Digitized by Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XX
B
9
NAPOLI

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GERMANIA
SPQR
IOH. SCHIL
TERI
INSTITUTIONES
IUSTINIANEÆ,
EX
IURE NATURALI
GENTIUM
et
GERMANICO
Completæ
Lipsiæ
Sumt.
Val. Adleri

Jo. SCHILTERI

INSTITVTIONES JVRIS

Exprincipiis JurisNaturæ, Gentium & Civilis, tum Romani, tum Germanici, ad usum fori hodierni accommodatæ.

Qvibus

Textus Justinianeus retentus,

Jus qvo utimur, suppletum, atq; fundamenta solida tum theoriæ non superfluæ, tum praxeos necessariæ, quantum ad hoc institutum satis est, exposita.

Adjectus est Titulus

De

REGVLIS JVRIS

LIPSIÆ,
Sumtibus VALENTINI AUFERI,
Literis VIDVÆ CHRISTIANI MICHAELIS,
M. DC. LXXXV.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III - NAPOLI

CVPIDÆ LEGVM JUVENTVTI S.

QVum non una vehat navis, qvi Juſtinianeas Inſtitutiones commentariis partim expoſuerunt, partim obruerunt, non immeritò qvis Iliada poſt tot Homeros ſcribere videbitur, qvi tale qvid iisdem veſtigiis inſiſtens proſeqvi voluerit. Verum enim verò neqve vulgus hîc imitari volupe eſt,

neqve à verò & genuino ſcopo ſolidioris Jurisprudentiæ amatores ſeducere, multoqve minus vanam ex hoc muſtaceo laureolam captare. Qvamobrem id qvod unice hîc intendimus, Vobis, Lectiſſimi Juvenes, explicare duximus. Atqve fundamentum ſtudii Juridici tyronibus Inſtitutiones Juſtinianeas præbuiſſe, poſtqvam duobus abhinc ſeculis, & qvod excurrit, Jus Romanum pleniusin forum Germanorum receptum fuit, tralatitium eſt.

est. Huic instituto ut hodieqve insistamus, non una causa est; præcipua & qvæ instar omnium, inveteratus mos Academiarum omnium. Enimvero tria imprimis sunt, qvæ nos inde absterrere possint: unum *insufficientia* est. Etsi enim Imperator in Procœmio profidetur, se institutiones has fieri jussisse, ut essent *totius* legitimæ scientiæ prima elementa: oppido tamen patet, non tantum plures juris *Romani* articulos atqve materias hîc de-

ficere; ſed etiam multa juris Romanis incogniti ex noſtro foro accesſiſſe, qvorum elementa utiqve ſupplenda eſſe ratio dictitat.

Alterum *antiqvatio* eſt, intendit eqvidem Juſtinianus Inſtitutiones ſuas ita componi, ut liceret prima legum cunabula non ab antiqvis fabulis diſcere, ſed ab Imperiali ſplendore appetere, nihilqve perperam poſitum, ſed qvod in ipſis rerum argumentis obtineret, accipere: ſed poſt tot ſecula, atqve

qve in alio orbe & diversâ Reip. forma, non possunt non multa obsoleta jam iis contineri, & contrà qvæ ad usum & mores fori Germanici attinent, dissparere. His defectibus alii aliter medicinas qvæsiverunt: Vel enim textui usum fori adjecerunt, retentâ tamen titulorum insufficientiâ: Vel & reliqva juris argumenta suppleverunt, sed omisso Institutionum textu: qvo ipso, præter illorum qvidem mentem, contigit, ut aut textum negligerent

rent tyrones, aut geminato labore, & duplici temporis ſumtuumqve impendio rem tractare oporteret. Alii ulterius progreſſi, qvum *tertium* hoc deſiderarent, fontes cujusqve materiæ ex Jure naturali & gentium: putarunt novas concinnare Juris inſtitutiones ex Jure naturali & gentium, Juſtinianeo poſthabito. Verum hi non cogitarunt, in foro civili non niſi ex jure civili, ſive Romano eo, ſive Germanico, ſive qvocunqve, cauſas decidi;

cidi; Jus verò naturale partem Jurisprudentiæ communem esse, Jus civile propriam suæ cujusqve civitatis. Qvamobrẽ ad superandos hosce scopulos omnes, eam hîc, divinâ favente Gratiâ, methodum suppeditare intendimus, qvâ & textu Justinianeo substrato expositoqve, & materiis deficientibus suppletis, & fontibus juris naturæ & gentium qvolibet in argumento apertis, solidiora Jurisprudentiæ fundamenta, atqve *totius* legitimæ

timæ ſcientiæ elementa ſtudioſæ Juventuti ſuggerantur; ita ut etiã ubi Jus civile Romanorum receptum nõ eſt, hæ inſtitutiones tamen uſui ſint tùm pro cathedra in Scholis, tum in foro pro tribunali. Adjecim⁹ introductionẽ ſimul aliqvã in digeſta & Codicem tum per allegationes & remiſſiones ad præcipuas leges & titulos, tum per ſeriem harmonicam ad finem ſubjectam. Faxit DEUS, ut ſaltem propius à ſcopo abludam. Hoc unum eſt,

qvod

qvod Te volui, Lector Amice: alterum, qvod præclaræ indolis magnæqve spei Juvenes nonnulli, ad hanc metam penitius collimantes, hisce in carceribus sese exercere atqve Academicis velitationibus primitias hujus messis carpere instituerint: Qvorum laterculum forte duce, hîc vide, iisqve applaude.

I. De Jure Personarum.
Lib. 1. tit. 1. usqve ad tit. XII.
JOHNN. GOTTOFREDVS Schilter.
Naumburgensis Misnicus.

II. De Re Tutelari.
Lib. 1. tit. XII. usqve ad finem libri.

GE-

GEORG. Friederich Eggers. Rensburgo-Holſatus,

III. De Jure rerum.
Lib. II. tit. I. usqve ad t. IX.

ANTH. GVNTH. Schemmering. Oevelgonnâ-Friſius.

IV. De Re Teſtamentaria.
Lib. II. tit. X. usqve ad finem libri.

JOH. LEONHARDVS LOTZBECIVS. Weiſſenburgo-Noricus.

V. De Hereditatibus ab inteſtato.
Lib. III. tit. I. usqve ad XIII.

JOHANN. HEINRICVS Meffert. Salzungenſis

VI. De obligationibus.
Lib. III. tit. XIV. usq; ad finem libri. & Lib. IV. tit. I. usqve ad V.

GOTSCHALCK V. Kirchring.

VII.. De Actionibus.
Lib. IV. tit. VI. usqve ad t. XVI.

Jo-

JOHANN. CHRISTIANVS Schmiedt.
Sleusingâ-Hennebergicus.

IIX. De ordine Judiciario.
Lib. IV. tit. XVII. ad finem usqve.
HERMANN. V. Stauber.

Insti-

Institutionum Loci Singulares.

Ex

Jacob. Cujac. Lib. XI. Obs. Cap. XXXIIX.

EX libris Juris civilis, qvibus solis nos uti Justinianus voluit in respondendo, litigando, Judicando, libello Institutionum, neqve comptior neqve facilior ullus est, qvive interpretem desideret minus, ut planè illorum videatur esse otium ignobile, qvi eum libellum longissimis onerant commentariis; qvod positum est in una cognitione in infinita dispartientes, qvo

quo ſcilicet plura ſcire videantur, ut illis quidem videtur, noſtro judicio oſtentatione, vana quo cœteris nihil ſcire videantur. Nam quæ ſcientia hæc eſt quæ modum non habet ullum? quæ fines ſuos egreditur? quæ tota deerat à præceptis ſuis, & ſummo illo præſertim nec à Juſtiniano prætermiſſo, ut incipientibus jura tradantur levi ac ſimplici via, ne difficultate inſtitutionis tam numeroſæ atque perplexæ ab hoc ſtudio deterreantur, & ut Theo. monuit, ne fiat δυσέλπιστοι εἰς τὰ μετὰ ταῦτα: Quæ me ratio potiſſimum impulit olim, ut corrigendo Inſtitutionum contextui, qvi hiabat locis plerisque, potius quàm interpretando, operam darem. Sciebam enim nitidiſſimum libellum interprete ni-

hil indigere. Et ſi quid tamen noſtræ præter correctionem paululum accesſit, id ſanè invito extorſit ſuperiorum Commentariorum inſcitia, quos nonnunquam verarum rerum obſervantia meliore non potuimus non adnotare tacitè, & tàm certè molliter, quàm abuti palam noſtra lenitudine ſibi deinde præſumpſit multorum audacia, amplioribus quàm priores fecerant, commentariis, & veluti errorum omnium maculis, pulcherrimum libellum deformantium, ore quandoque etiam effuſo in veterum Jurisconſoltorum doctrinam ſingularem ac prope divinam: quos forſitan brevi (ſi Deus fecerit otium) Εὑρετὸν τῶν κομικῶν, meditatum jam diu opus ac propemodum adfectum à me,

à me, cum aliis plerisque contortoribus legum ita copulabit, ut deinceps noſcere cuivis ſit in facili, quicquid hi ſua manu attigerunt omnes, nihil aliud quàm ſcabiem & ulcus eſſe. Facilitas verò in Inſtitutionibus quam prædico, ut non poteſt eſſe magna, conditis ordine & arte tanta, quantam vix ullus hodiè nobis conficere poteſt aut poterit unquam? definitionum & diviſionum vel partitionum elegantiſſimarum plena omnia, Juris veteris à Jure novo ſeparatio perſpicua, veteris ſermone puriſſimo, veterum, novi ſermone Triboniani recenti & in his ſingularia innumera, quæ vix in aliis invenias noſtris alienisvé auctoribus, ut de lege Hoſtilia, quod eſt ſcriptum furti agere licere eorum nomine,

qui apud hoſtes ſunt, aut reip. cauſa abſunt, quivé in eorum cujus tutela ſunt: & inveniendorum codicillorum hiſtoria. Et quod prima ſpecie iniquum videtur, de noxalibus actionibus, Servus noxæ deditus, ſi damnum reſarcierit ei, cui deditus eſt quæſita pecunia, ut auxilio prætoris invito domino manumittatur. Et ratio tamen optima hæc quod etiam is dominus factus ſit non tàm ſua ſponte, quàm neceſsitate quadam noxalis judicii, quum nihil ipſe aliud deſideraret quam noxam ſarcire: quâ ratione etiam Græci utuntur in ſpecie l. 8. D. de nox. act. Sed & alio loco extare non puto rationem abſurditatis eam quæ redditur de actione furti manifeſti, cur ſit perpetua in tit. de perp. & temp. act.

Le-

Leniorem fecit Prætor actionem furti manifesti quàm esset civilis ex XII. Tab. & absurdum existimavit etiam facere breviorem. Est ergo perpetua, ut civilis, sed non est durior, ut civilis; In furto nec manifesto prætor nihil immutavit. Idem singularis locus ille est de fure manifesto, ut non minus visus cum re furtivâ quàm deprehensus, pro fure manifesto habeatur. Quo argumento existimo malè Bartolum in l. 1. D. de acquir. poss. hæc civitatum instituta, si quis inventus fuerit cum armis &c. interpretari de apprehenso sive capto. Nam inventus rectò dicitur & qui visus est: & quod ille de inventore lapillorum, adfert (qui quidem pro occupatore accipitur) hanc rationem habet, quia nisi cœperit non

videatur acquirere voluiſſe. Et in illum Virgilii locum,

Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum
Excipere inſidiis, multùm latrante Lycisca?

adnotans Servius, Manifeſti eum furti arguit dicendo, vidi: ad illum (opinor) reſpexit locum, eumque ex Cajo ſumpſit Tribonianus, legit in Cajo Servius. Fuit enim hic Juris auctor grammaticis familiaris propter bonarum literarum & Homeri potiſſimum tractandi, qvæ in eo fuit, peritiam ſummam, ut nominatim etiam quodam loco idem Servius ſcripſerit apud majores omne mercimonium in permutatione conſtitiſſe, & hoc Cajum Ho-

Homerico confirmare exemplo, qui Caji locus (ut puto) ſuper eſt in §. itē pretium, de Emptione & vendit. Sed qvia ſuperioribus verſibus Virgilius adjicit ſtatim, *Et cum clamarem, quò nunc ſe proripit ille*, exiſtimo viſum furem non aliter pro manifeſto haberi, quam ſi dominus qui vidit viſo acclamaverit, Qvò te fur proripis? Qvové res abit mea? aut qvid ſimile. Sicut ex XII. Clamor exigitur anteqvam Jure furem occidere poſſis l. 4. D. ad leg. Aqvil. At non illi tantùm ſingulares loci in Inſtitutionum præclariſſimo & erudentiſſimo libro, verùm & alii plures, de fiduciaria tutela cur liberi parentis manumiſſoris ſint fiduciarii, liberi patroni legitimi, de tribus generibus teſtamentorum, de ora-

tione pertinacis in tit. qvib. mod. teſtam. infirm. & oculis ſubjecta graduum deſcriptio, & enumeratio actionum bonæ fidei perfectisſima, & alia de Jure antiqvo non pauca. Hæc inde caſſe ſatis erit, qvæ ſimul etiam totus liber qvalis ſit qvantiqve momenti, ſatis (ut arbitror) indicabunt.

IN-

INSTITVTIONVM, SEV ELEMENTORVM JVRIS D. JVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS,

PROOEMIVM.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESV CHRISTI.

IMperator Cæsar Flavius, JVSTINIANVS, *Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, cupidæ legum Juventuti (S.D.)*

Imperatoriam Majeſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, ut utrumq; tempus, & bellorum & pacis, rectè poſſit gubernari: & Princeps Romanus non ſolum in hoſtilibus præliis victor exiſtat: Sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniqvitates expellat: & fiat tàm Juris religioſiſſimus, qvàm victis hoſtibus triumphator magnificus.

I.

Qvorum utramqve viam cum ſummis vigiliis, ſummaqve providentia, annuente Deo perfecimus. Et bellicos qvidem ſudores noſtros barbaricæ gentes ſub juga noſtra redactæ cognoscunt, & tàm Africa, qvàm aliæ innum-

nummeræ provinciæ, post tanta temporum spatia, nostris victoriis à cœlesti Numine præstitis, iterum ditioni Romanæ nostroq; additæ imperio, protestantur. Omnes vero populi Legibus tàm à nobis promulgatis, qvàm compositis reguntur.

2.

Et cum sacratissimas Constitutiones, antea confusas, in luculentam ereximus consonantiam, tunc nostram extendimus curam ad immensa veteris Prudentiæ volumina, & opus desperatum, qvasi per medium profundum euntes, cœlesti favore jam adimplevimus.

3.

Cumqve hoc Deo propitio pera-

peractum est, Triboniano viro Magnifico, Magistro, & Exquæstore sacri Palatii nostri, & Exconsule, nec non Theophilo & Dorotheo: Viris illustribus, & Antecessoribus (quorum omnium solertiam & legum scientiam, & circa nostras Jussiones, fidem, jam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis, mandavimus specialiter, ut ipsa nostra auctoritate, nostrisq; svasionibus Institutiones componerent: ut liceat vobis prima legum cunabula non ab antiqvis fabulis discere, sed ab Imperiali splendore appetere: & tam aures, qvam animi vestri nihil inutile, nihilq; perperam positum, sed qvod in ipsis rerũ obtinet argu-

gumentis accipiant. Et qvod priore tempore vix post qvadriennium prioribus contingebat, ut tunc Constitutiones Imperatorias legerent; hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantaqve reperti felicitate, ut & initium Vobis, & finis legum eruditionis à voce principali procedat.

4.

Igitur post libros qvinqvaginta digestorum seu Pandectarum, in qvibus omne Jus antiqvum collectum est, qvod per eundem virum excelsum Tribonianum, nec non cæteros viros illustres & facundissimos confecimus: in qvatuor libros easdem institutiones partiri jussimus,

mus, ut ſint totius legitimæ ſcientiæ prima elementa.

5.

In qvibus breviter expoſitum eſt, & qvod antea obtinebat, & qvod poſtea deſvetudine inumbratum, Imperiali remedio illuminatum eſt.

6.

Qvas ex omnibus antiqvorum inſtitutionibus, & præcipuè ex Commentariis Caji noſtri, tam inſtitutionum, qvam rerum qvotidianarum, aliisqve multis Commentariis compoſitas, cum tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt, & legimus, & recognovimus, & pleniſſimum noſtrarum Conſtitutionum

num robur eis accommodavimus.

7.

Summâ itaqve ope, & alacri ſtudio has leges noſtras accipite: & vosmet ipſos ſic eruditos oſtendite, ut ſpes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto poſſe etiam noſtram Rempub. in partibus ejus vobis credendis gubernari. D. CP. XI. Kal. Dec. D. Juſtiniano PP. A. III. Coſ. 533.

Digitized by Google

INSTITVTIONVM IVSTINIANEARVM

ex Jure Naturali, Romano & Germanico completarum.

LIBER I.

TITVL. I.

DE JVSTITIA ET JVRE. I. T. I.

I.

FInis atqve scopus doctrinæ hujus, qvam Jurisprudentiam vocamus, est Justitia, utqve actiones morales in societate hominum civili justæ atqve validæ; agentibusqve utiles exerceantur. Justitia

II. Justitia est habitus, qvo homines idonei sunt ad agendum ea qvæ justa sunt, & qvo justa volunt & agunt. *Aristot. V. ad Nicomach. 1.* qvid

III. Justum porrò dicitur vel qvod jure seu *lege* tum naturali tum positiva præceptum aut permissum est: Vel qvod suum cuiqve *tribuit*. Hinc Justitia duplex est; Legalis, qvæ & *universalis*; vel etiam *cardinalis* vocatur, qvâ omnes qvotuplex

mnes actiones moraliter bonæ ac legitimæ diriguntur. *Arist. d. c. i.* atqve *particularis*, qvam Justinianus hîc definit:

Pr. Definitio Justitiæ.

Justitia est constans & perpetua voluntas, jus suum cuiq; tribuendi.

L. 10. π. h. t. Conf. Aug. Menag. *Amœnit. J. Civ. c. 4.*

officium & subdivisio.

IV. Debetur & tribuitur cuiqve suum vel simplici æqvalitate rerum, vel habitâ *proportione τῆς ἀξίας* & *dignitatis* personarum, qvæ proportio moralis per metaphoram *geometrica* ab Aristotele vocatur, sicut prior *Arithmetica*. Hinc justitia alia est *commutativa*, aliàs & correctiva, qvæ in commutatione & conventione circa res, suum cuiqve simplici æqvalitate tribuit, nullo habito respectu ad dignitatem personarum: alia *distributiva*, qvæ attendit respectum dignitatis civilis atqve statûs, ad qvam pertinet distributio præmiorum, salariorum, pœnarum publicarum.

H. Grot. notatur.

V. H. Grotius & qvi eum secuti juris naturalis Dd. novè dicunt justitiam *attributricem* pro distributiva, & *expletricem* seu correctoriam pro commutativa: sed differentiam utriusqve, & effectum proprium expletricis ponunt in jure exigendi ab invito; eum autem justitiæ attributricis non esse. *Grot. l. 1. de J. B. c. 1, 4.* Pufend. *de J. N. 1: 7, 11. & 4: 11, 4.* Sed verius est, in utraqve specie versari jus qvod cuiqve debetur, & proinde & obligationem perfectam &

jus

jus exigendi. *conf. Manuduct. ad JProd. c. 8, 16.*

VI. Doctrina igitur qvæ actionibus moralibus juſtitiam applicat & juſtas fieri docet, atq; validas, aut ſecus factas dijudicat, eſt Jurisprudentia. JPrudentia

§ 1. Defin. JPrudentiæ.

qvid *Jurisprudentia eſt divinarum & humanarum rerum notitia, juſti atq; injuſti ſcientia.*

L. 10. π. h. t. Conf. *Manuduct. c. 1. & 6.*

VII. Clarius: eſt habitus ex ſapientia & prudentia conſtans, actiones morales circa res divinas & humanas, h. e. in ſocietate tam inter DEVM & hominem, qvàm inter homines ipſos ſecundum jus divinum & humanum dirigendi & inſtituendi, atqve inſtitutas examinandi, ſed & normam ipſam ſive legem interpretandi, & ritè, i. e. per regulas, ampliationes & exceptiones, applicandi. Itaqve ab Vlpiano & Celſo definitur; *Ars boni & æqvi. l. 1. pr. π. h. t.*

VIII. OBJECTVM Jurisprudentiæ eſt vel materiale vel formale: illud ſunt *actiones* morales, qvæ in ſocietate exſeruntur. Hoc vero, norma & *leges*, per qvas actiones fiunt juſtæ & validæ & agentibus utiles, & *Jus* generatim appellatur. objectū

IX. Juris enim vocabulum ſumitur primò ac propriè pro Juſſu ſeu præcepto ac lege. Deinde pro qvalitate actionis juxta normam factæ. *Tertio* pro facultate perſonæ à Lege tributæ, ut in definitione juſtitiæ. A qva non bene diſtinguit Grot. *de J. B. l. 1, 7.* τὴν ἀξίαν ſeu *jus di-* Vox Juris qvotupliciter dicatur.

gnitatis, distributivæ justitiæ proprium, *Aptitudinem* eam tantum vocans, ex qva obligatio imperfecta h. e. sine jure exigendi oriretur.

Jus divinum

X. Societas in genere duplex est, & duas facit partes Jurisprudentiæ, una inter DEVM & hominem, altera inter homines ipsos cernitur. Jus inter DEVM & hominem explicat Theologia Naturalis & Revelata. Qvod argumentum libro singulari *de Prudentia Juris Christianorum* tractatur.

Humanū

XI. Juris humani prudentia duas habet partes, universalem & particularem. Illa explicat regulas Societatis humanæ generales cum suis limitationibus & ampliationibus, ex legibus naturæ & gentium communibus constitutas. Vocatur à nonnullis *Jurisprudentia universalis*, sed pars communis est Jurisprudentiæ. Pars ejus altera *specialis*, est Juris Civilis Prudentia, qvæ ad certam aliqvam *Remp.* accommodavit partis communis regulas cum suis ampliationibus & restrictionibus, vel simplici receptione, vel adjectione aut demtione. *l. 6. π. de J. & J.* Respubl. porrò qvævis in duas dividitur particulares societates, qvarum altera circa religionem & sacra occupatur, altera civilium rerum curam sustinet. Hinc jus aliud *sacrum*, aliud *civile*, speciatim ita dictum. De posteriori hoc loco potissimum agitur: de priori in *Institutionibus Juris Ecclesiastici*.

XII. *Methodus* tractandi Juris Prudentiam est Analytica, qva primò de Fine, Justitia: deinde

inde de Objecto, actionibus moralibus, & tertiò de Mediis objecto finem obtinendis, h. e. ut actiones justæ fiant & validæ, traditur. *V. Manuduct. c. 1.*

XIII. Ordo docendi duplex est, prior compendiosus, posterior diductus. ordo docendi

§. 2.

His igitur generaliter cognitis, & incipientibus nobis exponere jura populi Romani, ita videntur posse tradi commodissimè, si primò levi ac simplici viâ, post deinde diligentissima atq; exactissima interpretatione, singula tradantur: alioqvin si statim ab initio rudem adhuc & infirmum animum studiosi, multitudine ac varietate rerum oneraverimus; duorum alterum, aut desertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore, sæpe etiam cum diffidentia, qvæ plerumq; juvenes avertit, serius ad id perducemus, ad qvod leviore via ductus, sine magno labore, & sine ulla diffidentia, maturius perduci potuisset. V. Prax. Analyt. in Jure. P. 2.

XIV. De fine & Objecto diximus, de *Mediis* seqvitur, qvæ sunt principia, reqvisita, leges ac præcepta singulis actionibus ac negotiis præscripta. Eaqve vel communia, vel propria. Communia Principia juris. communia.

§. 3.

Juris præcepta sunt hæc: Honestè vivere, alterum non lædere, suum cuiq; tribuere.

XV. Hæc enim præcepta sunt primi fontes tum justitiæ universalis circa Honestatis & omnis Virtutis actiones occupatæ; tum particu-

laris utriusqve & commutativæ & distributivæ. *V. Tabulas in Manud. c. 1.*

propria

XVI. Propria Juris principia & reqvisita sunt, qvâ cujuslibet negotii natura secundum causas suas constat. Qvæ natura vel à Lege Naturæ atqve Gentium determinatur, vel a Lege Civili, qvæ & illi sæpe qvid superaddit.

Jus publicum & privatū.

XVII. Actiones deniqve seu negotia illa vel concernunt privatorum utilitates, vel statum & bonum publicum immediatè, hinc

§. 4.

Hujus studii duæ sunt positiones, publicum & privatum. Publicum jus est, qvod ad statum rei Romanæ spectat. Privatum, qvod ad singulorum utilitatem. Dicendum est igitur de Jure Privato, qvod tripartitum est, collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

TIT. II.

l. π. 2. 3. 4. l. c. 14. seqq. Dist. 1. seqq.

DE JVRE NATVRALI, GENTIVM, ET CIVILI.

l. π. 2. 3. 4. 5

I.

DE Jurisprudentiæ parte universali separatim in hac priori compendiosa via tractare, haud expedit, sed in qvalibet materia atqve titulo cujusqve rei natura ex jure naturali & gentium arcessenda erit. Hic igitur qvid sit Jus naturale & Gentium, & qvomodo à Civili atqve inter sese differant, videndum.

J. N. an sit,

II. Esse aliqvod Jus naturæ ex insita Numinis

minis reverentia & agnita hominum dependentia demonstratur, qvæ ipsa dictamen hoc suggerit: DEVM esse, & colendum, & amandum, & metuendum. Ab eo hominem & omnia dependere. Ex ejus instituto hominem esse socialem. Societatem humanam esse certis legibus munitam: SVVM cuiqve esse tribuendum: Neminem lædendum: honeste vivendum.

ejus fundamentum

III. Fundamentum igitur Juris naturalis est Socialitas hominis, *l. 2. π. de stat. hom.* qvâ ille naturâ aptus natus est, & inclinat ad societatem. Qvales inclinationes etiam in brutis animalibus cernuntur, veluti ad se suaqve servanda, defendenda: ad conjunctionem utriusqve sexus, ad procreationem sobolis: ad educationem, qvæ Philosophi τὰ πρῶτα τῆς Φύσεως *prima Naturæ* vocarunt, velut principia ad jus naturæ ducentia. Qvos secutus Vlpianus & Imperator, Jus naturale ita describunt:

Pr.

Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit, nam jus istud non humani generis proprium est: sed omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris atq; fœminæ conjunctio, quam nos Matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoq; animalia istius juris peritia censeri.

definitio

IV. Sunt porro actus sociales etiam hominum proprii, veluti Remp. ordinare, leges condere, magistratus constituere, causas judicare,

paciſci, tranſigere & ſimiles plures. Vtriusqve hujus & prioris generis actus diriguntur legibus naturæ communibus ad tuendam ſocietatem humani generis in univerſum. Vnde Jus Naturale etiam Jus Gentium vocatur, & pro iisdem hactenus habentur â Juſtiniano, §. *i. h. t.* qvod etiam cum adjectione dicitur *Jus Gentium primævum* ſeu naturale: atq; ita definiri poteſt: *Jus, qvod DEVS naturæ humanæ indidit, ac intrinſecus per dictamen rectæ rationis promulgavit ad communem humani generis atq; gentium inter gentes ſocietatem tuendam.* Vnde conſeqvens eſt, qvod in convenientia cum natura rationali ſociali propriè conſiſtat.

J.G. qvid & qvotupl. V. Præter Jus hoc naturaliter cognitum, eſt etiam Jus, qvod non à natura inſitum eſt, ſed ex voluntate & poſitione humana conſtitutum, uſu ita exigente & humanis neceſſitatibus, §. 2. *h. t.* qvod in genere *Poſitivum* vocatur, eſtq; duplex, primò commune gentibus, veluti Jus belli, ſervitutis, contractuum, judiciorum, pœnarum &c. & appellatur *Jus Gentium voluntarium* ſeu ſecundarium. Qvod porrò vel omnibus gentibus eſt commune, vel certis nationibus, ut *Jus Feudale.* Sed & aliud *vetus* eſt, veluti de ſervitute; aliud *Novum.* Secundò proprium & ſpeciale cujusq; Reip. aut Civitatis, & *Jus Civile* nominatur. Hoc â Jure Gentium utroq; differt tum cauſa, tum uſu, qvod ita effert Imperator.

§. 1.

J. Civ. qvid *Jus autem Civile â jure gentium diſtingvitur: qvod*

qvod omnes populi, qui legibus & moribus regun-tur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam qvod qvisq; populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturq; Jus Civile qvasi jus proprium ipsius Civitatis. Qvod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræq; custoditur, vocaturq; Jus Gentium, qvasi qvo jure omnes gentes utantur. Et Populus itaq; Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. Qvæ singula qualia sint, suis locis proponemus.

VI. Jus Civile multiplex est atqve varium, quælibet enim Civitas seu Respubl. independens, itemqve ea, qvæ etsi ab alia dependet αὐτονομία tamen & potestate LLatoria gaudet, Jus Civile sibi constituit, qvale est Jus Hebræorum, Jus Atticum, Jus Romanum, Jus Saxonicum, Jus Francorum, Jus Alemannorum &c. qvotuplex

§. 2.

Sed Jus qvidem civile ex unaquaq; civitate appellatur, veluti Athenienſium. Nam si qvis velit Solonis vel Draconis leges appellare jus civile Athenienſium, non erraverit. Sic enim & Jus, qvo Romanus Populus utitur, Jus Civile Romanorum appellamus: vel Jus Qviritum, qvo Qvirites utuntur. Romani enim à Romulo, Qvirites à Qvirino appellantur. Sed qvoties non addimus nomen, cujus sit civitatis, noſtrum jus significamus; ſicuti cum Poetam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregius Homerus; apud nos, Virgilius.

J.N.&G. differ.

VII. Cæterum Jus Gentium Positivum â Jure Gentium Naturali differt, prout ex cujusq; definitione patet, & ab Imperatore ita proponitur:

§. 3.

Jus autem Gentium (etiam secundarium) *omni humano generi commune est. Nam usu exigente & humanis necessitatibus, gentes humanæ jure quædam sibi constituerunt. Bella etenim orta sunt, & captivitates secutæ, & servitutes, quæ sunt naturali juri* (i. e. libertati primævæ) *contrariæ. Jure enim naturali* (permittenti, non præcipienti aut vetanti) *omnes homines ab initio liberi nascebantur. Et ex hoc jure gentium* (tam naturali qvam positivo) *omnes pene contractus introducti sunt, ut emtio & venditio, Locatio & conductio, societas, depositum, mutuum, & alii innumerabiles.*

J. Civ. qvotuplex

VIII. Qvemadmodum vero Jus Gentium naturale promulgatione interna cognoscitur & cordibus hominum inscriptum dicitur: Jus Gentium voluntarium autem usu & consvetudine invaluit: Ita etiam Jus civile duplex est, aliud promulgatione publicâ sancitum, qvod specialiter *Jus scriptum* dicitur, etsi non præcise scriptura necessaria sit; aliud usu populi receptum, qvod Jus non-scriptum & *Consvetudo* vocatur.

§. 4.

Constat autem Jus nostrum qvo utimur aut scripto, aut sine scripto: ut apud Græcos τῶν νό-

μων

μων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. i.e. legum aliæ sunt scriptæ, aliæ non scriptæ. Scriptum autem jus est Lex, Plebiscitum, SCtum, Principum placita, Magistratuum Edicta, Responsa Prudentum.

IX. In Republica Romana Jus Civile seu Quiritum duplex fuit, primò Civile strictius dictum, quod sub primo Regum statu *Jus Civile Papirianum* dictum, à Sexto Papirio collectore Legum Regiarum. Abrogato Regio Statu & Leges illæ abolitæ; successerunt *Leges XII. Tabularum*, & earum Interpretatio, seu Fori disputatio, quæ & strictissime *Jus Civile* vocatum, mox & Formulæ actionum, quarum descriptiones speciatim *Jus Civile Flavianum* & *Ælianum* à collectoribus cognominatum. *l. 2. §. 2. seqq. π. de O. J.* secutæ fuerunt variæ Leges diversis temporibus conditæ à Populo, Senatu aut Magistratu Senatorio rogante, ut Lex Voconia, Oppia, Aquilia, & Multæ aliæ, quæ *Media Jurisprudentia* dicitur, *§. 3. J. de leg. agn. succ.* Nam J. Rom. qvotuplex

§. 4.

Lex est, qvod Populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante, veluti Consule, constituebat. Qvemadmodum vicissim *Plebiscitum est, qvod* sola *Plebs Plebejo Magistratu*, qvum Plebs à Senatu secederet sibiq; jura constitueret anno V. C. 259. 304. & 467. *interrogante, veluti Tribuno, constituebat. Plebs autem à Populo eo differt, qvo species à genere* seu Toto. *nam appellatione populi universi cives significantur, connumeratis etiam Patriciis & Senatoribus. Plebis autem appella-* Lex Plebisc.

pellatione ſine Patriciis & Senatoribus, cæteri cives ſignificantur. Sed & ſi *Plebiſcita* illa per diſcordiam civilem lata, â Senatu ut Leges haud agnita ab initio; tandem tamen qvum Patres cum Plebe A. V. C. 467. in concordiam redirent, *Lege Hortenſia lata, non minus valere, qvam Leges cœperunt,* ſi qva poſtea etiam lata, veluti Lex Falcidia.

Sc. X. Itaqve poteſtas LLatoria, qvæ antea penes S. P. Q. R. conjunctim fuit, poſtea diviſa inter Senatum atqve Plebem fuit, ut & Senatus ſeorſim leges tulerit, Tribunis non intervenientibus.

§. 5.

Senatus Conſultum eſt, qvod Senatus jubet, atq; conſtituit. Nam qvum auctus eſſet Populus Rom. in eum modum, ut difficile eſſet in unum eum convocari, Legis ſanciendæ cauſa: æqvum viſum eſt Populo, *Senatum vice Populi conſuli.*

Conſtitutiones. XI. Mutato deniqve iterum ſtatu Reip. & primævâ formâ alio ſub nomine reductâ, Poteſtas LLatoria penes Imperatores eſſe cœpit, Lege Regia tempore Auguſti lata & Hadriano repetita: inde *Conſtitutiones* dictæ & Placita Principum. Itemqve *Orationes* Principum, ad qvas SCta neceſſario ſecuta in ſpeciem priſtinæ libertatis.

§. 6.

Sed & qvod Principi placuit, ut in genere Lex ſit, *legis habet vigorem, qvum Lege Regia, qvæ de ejus imperio lata eſt, Populus ei & in eum omne impe-*

imperium suum & potestatem concedat. Quod-cunq; ergo Imperator per Epistolam ad preces de jure interrogantium, *constituit, vel cognoscens* inter litigantes *decrevit, vel edicto præcepit* sponte suâ, *legem esse constat. Hæc sunt, quæ Constitutiones appellantur, Plane ex his quædam sunt personales* tantum personam singulorum, qvi rescriptum impetraverunt, aut qvos seorsim attinet, non egredientes, *quæ nec ad exemplum trahuntur, qvoniam non hoc Princeps vult* pro subjectâ materia. *Nam* privilegium *qvod alicui ob meritum indulsit. vel si qvam pœnam irrogavit* extra ordinem, *vel si cui sine exemplo subvenit*, restitutione ex plenitudine potestatis, *personam non transgreditur*, & jus qvidem facit, sed singulare, *l. 16 π. de LL. Aliæ autem* constitutiones *qvum generales sint, omnes procul dubio tenent.* Privileg.

XII. Legis effectus est *obligatio* civilis atqve actio. Qvod si lex speciale nomen est sortita, veluti Aqvilia, etiam actio nomen retinet. Sin, actio vocatur *Condictio ex Lege*, de qva titulus in *π.* Condictio ex lege.

XIII. Altera Juris Romani species Juri Civili pressius sumto contradistincta est *Jus Honorarium*, â causa ita dictum, qvod qvi summos in Rep. honores ac potestatem judiciariam obtinuissent, hoc jure ac honore præ aliis Magistratibus gauderent, ut priorem speciem, Jus Civile interpretari ac temperare ex æqvitate naturali possent. Hi Magistratus *Prætores* & *Ædiles* erant, instituti, teste Livio, Anno V. C. 387. jus Jus Honorariū. V. §. IX.

Edi-

Edictis annuis proponebant, usqve dum Julianus JC. *Edictum Perpetuum* auctoritate publica concinnaret, cujus ductum Justinianus in concinnandis Digestis potissimum secutus.

§. 7.

Prætorum qvoq; Edicta non modicam obtinent juris auctoritatem. Hoc etiam Jus honorarium solemus appellare, qvod qvi honores gerunt, i. e. magistratus, auctoritatem huic juri dederunt. Proponebant & Aediles Curules Edictum de qvibusdam causis, de rebus alienatis vitio morbove laborantibus, *qvod & ipsum Juris honorarii portio est. V. t. D. de Aedilit. Edict.*

Respon-sa Prud.

XIV. Jus à Prudentibus disputatione fori compositum, sine scripto venit, ait Pomponius *l. 2. §. 5. & 12. de O. J.* fuit enim communis sententia, non singulorum opinio, eaqve usu fori recepta, qvam & *Observantiam* & *Præjudicia* dicere consvevimus. *V. l. 35. 36. 37. 38. π. de LL. l. 43. π. de act. emt.* Justinianus tamen refert hoc ad Jus scriptum, qvod & jam tum in scripturas & commentarios publice redactum, & à Justiniano in certum corpus Imperatoriâ auctoritate formatum ac promulgatum esset.

§. 8.

Responsa Prudentum sunt sententiæ & opiniones eorum, qvibus permissum erat de Jure respondere. nam antiquitus constitutum erat, ut essent, qvi jura publice interpretarentur, qvibus à Cæsare jus respondendi datum est, qvi Juris Consulti appellabantur; qvorum omnium sententia & opinio-

opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere à responso eorum non liceret, ut est constitutum.

XV. Jus non scriptum sive Mos & *Consvetudo* immediate originem ducit non à potestate LLatoria, neqve á momentanea promulgatione, sed à singulorum actibus eodem modo repetitis, atqve à LLatoriæ potestatis præsumto consensu. Parit hæc ad similitudinem Juris scripti *Conditionem ex Moribus.* Consvetudo. Condictio ex morib.

§. 9.

Sine scripto jus venit, qvod usus approbavit: nam diuturni mores consensu utentium comprobati, legem imitantur. conf. l. 34. de reg. jur l. 3. §. 4. π. de testib. l. 32. 33. 34. π. de LL.

XVI. Consvetudinis vis est, ut legem priorem abrogare possit, *l. 32. §. 1. π. de LL.* non posteriorem, qvippe qvæ consvetudinem cessare facit, *l. 2. C. qvæ sit long. consv.* Præsumitur porro tacitus consensus Legislatoriæ potestatis ex diuturnitate temporis, ut, in scientiam illius rei venire potuerit, qvod arbitrio judicis determinandum Jus Romanum reliqvit. *Menoch. 2. de Arbitr. judic. 83.* At placuit Majoribus nostris, pro arbitrio judicis, recipere tempus *præscriptioni* definitum, *c. fin. X. de consv. c. Cumana. 50 X. de Elect. Aurea Bulla cap. VIII. & IX. fi.* Unde duo reqvisita probandæ consvetudinis attendenda: unum est, actuum freqventia, *duorum* saltem, & si fieri potest, contradicto in judicio, *l. 34. π. de LL.* alterum, præscriptionis tempus. effectus. temporis determinatio. reqvisita.

pus. Rationabilitas verò præsumitur. *Jac. Schultes Lib. 2. Q. 76. P. 2.*

Jus script. & non scr. Atqve hæc de Jure Civili Romano scriptô & non-scripto, qvæ Juris Civilis diversitas etiam in aliis Rebuspublicis invenitur, & Juris Gentium est. Qvare & Imperator porro hanc partitionem laudat:

§. 10.

Et non inelegantèr in duas species Jus Civile distributum esse videtur. Nam origo ejus ab institutis duarum Civitatum, Athenarum scilicet & Lacedæmoniorum fluxisse videtur. In his civitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedæmonii qvidem magis, ea qvæ pro Legibus observabant, usui tantum nec promulgata, memoriæ mandarent: Athenienses verò ea qvæ in Legibus scripta comprehendissent, custodirent.

Jus Germanorũ scriptum XVII. Atqve hæc de Jure Civili Romano. Pariter verò etiam in foro *Germanico* utimur Jure scripto & non-scripto. Juris scripti species duæ sunt: Jus proprium & receptitium.

* proprium. vetus Proprium ac Vetus Germanorum Jus consistit in Capitularibus Imperatorum Francorum, & seqventium Impp. Constitutionibus, Ordinationibus, & Imperii Recessibus; Capitularia & alias Leges Teutonicas exhibet Codex LL. antiqvarum *Lindenbrogii*. Constitutiones Impp. Germanicorum collegit *Goldastus* tribus Tomis

novum. Codex Recessuum Imperii à Friderico III. Imp. usqve ad præsens seculum, auctoritate Electoris Moguntini, Archi Cancellarii Germanici, editus

tus extat. *Vid D. Mauritii Dis. de Recess. Imperii.*

Præter hoc patrium jus receptum qvoqve est Jus Civile Justinianeum à temporibus Lotharii Imp. primò in Academiis, postea etiam in foro, qvatenus juri proprio non contrariatur, Vid. Lindenbrogii *Prolegom. in Cod. LL. antiqv.* & Conring. *de O. J. G.* Isto enim in casu præsumtio est pro Jure nostro proprio, & fundans sese in Jure Romano, *probare* debet ejus ea in re receptionem atqve observantiam; Jus enim Germanicum prius & antiqvius est in foro Germanico, qvam Romanum, nec ejus abrogatio per receptionem Juris Romani probari potest. Vnde Hahnius *ad Wesenbec. de Condict. indeb. n. IV.* hanc regulam inculcat: *Jura Romanorum pro nullis sunt, ubi de eorum acceptatione & observantia manifestò non apparet.* Etsi enim Jus Romanum Justinianeum est species Juris scripti, tamen in Germania nostra non fuit promulgatione introductum, unde qvoad nos magis naturam juris non-scripti obtinet, veluti & sequens.

receptitium Civile.

non-scriptum.

XVIII. Nam & Jus *Canonicum* ad Jura non-scripta, sed usu, nec tamen per omnia, recepta refertur, præsertim qvum ad æmulationem Juris Civilis conditum sit, & *Decretales* tam in sacris qvam in civilibus plura contineant, qvæ salva libertate Reip. atqve Ecclesiæ Germanicæ admittineqveunt. *Vid. Institut. Jur. Can. l. 1.* Eodem refertur Jus *Feudale*, tum Commune sive Longobardicum, tum Saxoni-

Canonicum

Feudale

cum & Alemannicum seu Svevicum, qvod utrumqve etiam privata auctoritate collectum ex moribus, constitutionibus, & responsis Prudentum. Pariter & Saxonicum atqve Alemannicum *Provinciale*, ut vocatur, his enim duobus Germania per duos Vicariatus Imperii qvondam judicata fuit: recepto Romano Saxones sui tenaciores permanserunt. Cæteri Status plurimi, tum Principes, ac Comites, tum Civitates Imperiales jure territoriali & legislatorio Jura sibi specialia condiderunt, qvæ vim Legis Provincialis ac Juris communis territorialis obtinent.

Saxonicum Svevicum

Provincialia

XIX. Civitates verò Municipales, & aliæ Communitates atqve Collegia Leges Municipales, *Statuta* & Jura localia sibi condunt, ex concessione & confirmatione Domini superioris non tantum Jurisdictionalis, sed & Territorialis. Sunt autem Statuta alia scripta seu promulgata, alia non-scripta & consvetudines, *l. 25. π. ad L. Municip.* In his qvi se fundat actor vel reus, observantiam probare debet; secus in illis, qvorum tamen desvetudinem allegans, & ipsam probare tenetur. *Carpz. Dec. 3. & 101, 15. Lud. Engel. Proleg. C. 7. C. 2. 4, 69. pag. 109.*

Statuta

XX. In *respondendo* itaqve de jure, primò omnium inspicienda sunt Statuta localia, si in his casus propositus non est decisus, progrediendum ad Jus Provinciale proprium, si nec hoc sufficit, Jus commune Imperii Germanici, & tandem Jus Romanum, Canonicum, aut Naturale.

Norma de jure respondendi

XXI.

XXI. In *interpretatione* Juris dubii imprimis inſpiciendum eſt, qvo jure civitas retro in ejusmodi caſibus uſa fuiſſet, optima enim eſt legis interpres conſvetudo ſive obſervantia, *l. 37. π. de LL. add. l. 23. eod.* Nec ratio tum ſcrupuloſe inqviri debet, *l. 21. eod.* Qvod ſi animadvertitur, contra rationem juris aliqvid receptum eſſe, non eſt producendum ad conſeqventias, *l. 14. eod.* Sed ratio juris ſeqvenda. Scire enim leges non hoc eſt, verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem, *l. 17. eod.* itaqve in voce ambigua ea ſignificatio accipienda, qvæ vitio caret, *l. 19. eod.* id eſt qvam ratio juris vel civilis vel naturalis, eaqve adæqvata ſuggerit. *Vid. H. Grot. de J. B. 2. 16.* juris interpretandi

XXII. Hæc de diviſione Juris naturalis atqve poſitivi. Utriusqve affectiones propriæ ſunt Immutabilitas, & Mutabilitas.

§. 11.

Sed naturalia quidem jura, quæ apud omnes gentes peræq; obſervantur, divina quadam providentiâ conſtituta, ſemper firma atq; immutabilia permanent. J. Nat. immutabile

Ea verò quæ ipſa ſibi qvæq; civitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, aut penes qvem eſt poteſtas Legislatoria, *vel aliâ poſtea lege lata.* Civile ſeu

Similiter & jus, qvod gentibus communiter placuit, & *Voluntarium* ſeu poſitivum dicitur, absqve præcepto juris naturalis, tolli iterum poteſt vel in totum, vel ex parte, ut jus ſervitutis. Gent. et voluntarium

§. 12.

Partitio juris

Omne autem jus, qvo utimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones, ſive remedia jus circa perſonas vel res perſeqvendi, adde, & ad modum atqve ordinem procedendi in perſeqvendo. *Et prius de perſonis videamus. nam parum eſt, jus noſſe, ſi perſonæ, qvarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur. L. 1. π. de ſtat. hom.*

TIT. III.

l. π. ſ. Diſt. 54.

DE JVRE PERSONARVM.

I.

Connexio.

CUm igitur hominum causâ omne jus conſtitutum ſit, *l. 2. π. de ſtat. hom.* ut hac norma & hoc vinculo in ſocietate atqve ſtatu tum domeſtico & privato, tum publico ac civili contineantur, in eoqve tranqville & æqvaliter vivant: primò de Perſonarum ſtatu, ac poſt de jure rerum dicemus, actiones verò ſuis qvasqve titulis & fontibus applicabimus, ultimo autem loco de jure ac ordine eas proſeqvendi.

Jus, Status Societas ut diſt.

II. Differunt autem *Societas*, *Jus* atqve *Status* hoc modo: Cum Creator O. M. homines primos ex duplici naturâ, ſenſitiva aut materiali, itemqve immateriali ſeu intellectuali unitos condiderit, atqve duplici ſexu conjunxerit; fluxit ex hac primæva inſtitutione & ordinatione *Socialitas* hominum ſeu naturalis ad conſociationem inclinatio: qvæ qvoties in actum deducitur, veluti per nuptias, actu oritur conjunctio:

ctio: hujus porrò continuatio & permanentia *Societ as* est: modus verò forma atqve ordo Societatis à lege atqve *jure* tanqvam norma & causa dirigente præscribitur, atqve *Status* & facies societatis appellatur: qvilibet deniqve ex consociatis & *obligatur* alteri ad id, qvod sui est officii in societate, & vicissim gaudet *jure* suo exigendi ab altero, ad qvod ille obligatur. Qvod utrumqve iterum singulorum *Status* & conditio nominatur, ut status libertatis, servitutis. Hoc est Jus personarum, ortum ex statu hominum, qvi qvod in certo statu vivunt, *Personæ* dicuntur. Qvotuplex igitur est Satus hominum, totuplex & Jus personarum.

III. Etsi autem prima conjunctio, & societas â Deo instituta conjugalis fuit, atqve in primævo societatis humanæ statu omnes liberi nati sunt, est tamen status servitutis, voluntario gentium jure & cum jure belli introductus, qvi tamen inter populos Christianos invicem sublatus fere cernitur, inde â seculo XIV. Neqve Christiani â Turcis & Barbaris capti & in servitutem redacti libertatis jura apud suos amittunt, ut nec Postliminii nec L. Corneliæ fictione opus sit. *Covarruv. T. 1. ad c. peccatum. de R. J. in 6. P. 2. §. 11. de Capt. n. 6. p. 510.* idqve è re publica factum asserit *Arnisæus l. 3 S. 7, 21. conf. Conzen. lib. 8. c. 15.* Dissentit *Bodin. l. 5.* Status libertatis & servitutis

Pr

Summa itaq; divisio de jure personarum hac est, qvod omnes homines aut liberi sunt aut servi.

Libertas qvotuplex

IV, Libertas hîc non intelligitur facultas mentis *interna*, seu liberum voluntatis arbitrium, qvæ latissimè patet, nec per vim externam cogi potest, adeoqve etiam in servitute remanet: sed qvatenus illa se forâs exserit, & circa res morales ac civiles occupatur, qvâ qvisqve facere vel omittere potest, qvod de jure ac per naturam potest. Restricta enim est libertas hæc agendi, vel potius objectum libitum justæ libertatis, ac voluntatis dictamen Rectæ Rationis sequentis, partim *per rei naturam*, ne ad naturaliter impossibilia se extendat, qvod aliàs *Velleitatem* vocant Scholastici: partim per *leges* societatis humanæ naturales ac civiles. Neqve hæc restrictio facultatis agendi species servitutis est, aut privatio qvædam libertatis, qvâ dominio alterius qvis subjicitur, sed justa moderatio ad tuendam societatem comparata. *V. Arist 5. Pol. 9. & l. 6. c. 4.*

externa

restricta

§. I.

Libertatis definitio

Et libertas qvidem (ex qva etiam liberi in societate domestica ex patrefam: nati & servis oppositi *vocantur) est naturalis* á natura indita homini *facultas* moralis, *ejus* negotii actusqve socialis, *qvod cuiqve facere libet, nisi si qvid vi* injusta aut qvæ facti est, *aut jure* naturali aut civili *prohibetur.*

Libertas qvotuplex

V. Libertas alia est privata seu singulorum hominum aut civium; alia publica seu civium universorum, illa pro objecto habet actiones status privati & domestici, ut alienationem rerum

rerum, testamentum condere, familiam regere, & similes. Hujus Objectum sunt actus populi in statu publico civitatis & τῶ κυρίᾳ, estque facultas civilis populi aut plurium de populo participandi τῶ κυρίᾳ. Ea facit Remp. liberam, Democratiam, Aristocratiam, aut mixtam; qvò etiam pertinet Regnum, qvod Status habet liberos, ut Regna Francorum & Germanorum. Libertatis publicæ præcipuæ species sunt Libertas Qviritum, & Libertas Germanorum, si tamen comparantur, hæc magis publica est, qvam illa, nam hæc magis universitatis, illa magis singulorum jura afficit, velut jus patriæ potestatis, jus testandi & similia.

§. 2.

Servitus autem est Constitutio aut status, cui jus origo est *juris gentium, qva qvis dominio alieno contra naturam* seu inclinationem naturalem, qva omnes libertatis sumus avidi, *subjicitur*. Etsi sint, qvi naturâ ita comparati sint, ut rectius serviant aut gubernentur, qvàm ut domini sint & alios regant, qvos Aristoteles *servos naturâ* vocat, *l. 1. Pol. 3. seq.* Servitus. Servi natura.

§. 3.

Servi autem ex eo appellati sunt, qvod Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare nec occidere solent: unde & jus vitæ & necis in servos naturaliter non competit, qvia juri necandi successit jus servitutis. *Qvi etiam Mancipia dicti sunt, eò qvod ab hostibus manu capiantur.* Unde dicti.

VI. Subjicitur autem alterius dominio qvotvel plices

vel universitas vel singuli; Hinc servitus alia privata est, alia publica, sicuti & libertas. Privatorum servitus est, qva & *ipsi*, & ex iis in servitute *nati* dominio alieno subjiciuntur: in eaq; nulla est differentia.

§. 4.

qvot modis fiat. *Servi autem aut nascuntur aut fiunt. nascuntur ex ancillis nostris*, Vernæ. *Fiunt autem Jure Gentium, i. e. ex captivitate*; & pacto tacito gentium, ut victus victori serviat, *Pufend. 6: 3, 6.* *aut jure civili, cum liber homo major XX. annis ad pretium participandum sese venundari passus est.* aut si pœnæ loco in servitutem redigitur. aut spontanea deditione ex naturali imbecillitate, & impotentia rebus suis super esse, qvæ species etiam Juri naturæ conveniens, *Pufend. de J. N. 6: 3, 4.*

servitus an alii perfecta vel minus VII. Sunt qvi in servorum conditione differentiam asserunt, aliam perfectam, aliam imperfectam esse. Imperfectæ servitutis varias porro differentias ac gradus. Ita speciem ejus naturaliter qvidem esse, ejus qvi *altero parente liberæ*, altero servilis conditionis nascitur, *H. Grot. J. B. 2: 5, 30.* forte qvia utraqve persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur, *§. 5. J. de exher. lib.* Sed hoc casu Jure Justin. partus liber est, *pr. J. de ingenuis.* Antea verò SCto Claudiano, *C. Th. ad SCt. Claud.* itemqve aliis gentibus placuit, ut in tali casu partus deteriorem conditionem seqvatur. Plato lib. XI. de LL. *Serva si servo aut liberto conjuncta peperit,*

perit, servæ domino natus detur; sin ex servo liberæ peperit, servi dominus nati similiter dominus esto. Itaqve Lege Wisigothorum, si mulier ingenua, servo alieno sese conjungit, filii inde procreati, conditionem patris sequuntur, ut in servitio permaneant, *Lib. 3. t. 2. c. 3.* Sic & Jure Longobardorum, *Lib. 2. t. 9. c. 3.* Eodem referunt & servitutem *in diem*, ut Jure Hebræorum ad septennium, aut ad Jubileum: Sed hæc servitus perfecta est, etsi non perpetua: ut dominium rerum revocabile. Item accensetur imperfectæ servituti servitus *sub conditione*: conditio statuliberorum: glebæ adscriptorum: Verum qvemadmodum *statuliberi* non sunt liberi, sed revera servi, spem libertatis habentes, ita servi sub conditione nulli sunt, sed si qvi sunt, liberi existunt, potentiâ forte servi, veluti obsides, si fides violata à dante. *Glebæ* verò adscripti alii revera servi erant, alii libertini generis, *l. 18. l. 21. seqq. C. de agric. & censit. Arist. VII. Polit. c. x. fi. Longobard. 2: 18, 3.* *Nexi* seu *Addicti* creditoribus non sunt servi, nec mutant statum, sed operas serviles præstant, donec debitum solutum, *Qvintil. l. V. & VII.* Idem de addictis Jure Saxonico zur Halffter gegeben. Thessali qvoqve πενεστὰς servos vocarunt tum bello captos, tum glebæ adscriptos. Idem de *Helotis* dixeris. Francorum deniqve *manumortuæ* sunt libertini generis, manumissi reservatis operis & successione, si sine liberis moriantur, qvam *Amortizamentum* vocant, *Bodin.* 1. de Rep. V. Qvare

§. 5.

In servorum conditione nulla est differentia: in liberis autem multa. aut enim sunt ingenui aut libertini.

Auth. C. de jure aur. annul & de natalib. restit.

Sed hodie qvia manumittentes servos suos, cives denunciant Romanos, non enim aliter licet, per l. un. C. de Lat. lib toll. *ex ipsa manumissione, aurcorum annulorum, & regenerationis* (natalium, ingenuitatis) *jus habent, ut sint qvidem liberi & ingenui, sed jure patronatus illaso.*

J. Hod. VIII. Atqve hoc jure & Germani utimur. Censitici Coloni, Rustici glebæ adscripti, Zinß- und Frohnbauern / Anspanner / Hintersättler / Kötner &c. sint libertinæ fortè originis, sunt tamen hodie ingenui: præter Lassios & homines proprios atqve Wildfangios, qvi etsi & ipsi liberi sint, ingenuis tamen opponuntur, Leibeigen / Lassen / V. Zas. *1. Resp. 3, 76.* Klock. 1. *Consil. 10, 750.* Hortled. de C. B. G. 4: 48, 30. salvo puta jure patronorum h. e. dominorum hereditariorum, der Erb-Herren / Zinß-Herren / qvi differunt â dominis jurisdictionalibus, der Gerichts-Herren.

servitus publica IX. Publica Servitus est, qvâ populus aliqvis alterius Regis aut populi imperio *deditione absolutâ* se subjicit. *H. Grot. J. B. 2: 5, 31.* ut Gibeonitarum, Jos. IX. 21. Alemannorum â Francis victorum, *Lehman. Chron. Spir. 2: 20.*

TIT.

Tit. IV. 40. t. 14.

De Ingenvis.

Pr.

Ingenuus est is, qui statim, ut natus est, liber est: sive ex duobus ingenuis matrimonio editus est, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & si quis ex matre nascitur libera, patre verò servo, ingenuus nihilominus nascitur; quemadmodum qui ex matre libera, & incerto patre natus est, quoniam vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et è contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre est. Ex his illud quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta peperit, liberum, an servum pariat? Et Martianus probat liberum nasci. Sufficit enim ei, qui in utero est, liberam matrem vel medio tempore habuisse, ut liber nascatur. Quod & verum est.

Ingenuus quis

l. 4. C. de pœn.

§. 1.

Cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit ei in servitute fuisse, & postea manumissum esse: sæpissime enim constitutum est, natalibus non officere manumissionem.

diff. à liberto manumissus

Conf. t. t. C. de ingenuis manuisis.

Tit.

40. π. 1. seqq 7. C. 1. sqq. cau. 12. q. 2. 1. X. 18.

TIT. V.

DE LIBERTINIS.

Pr.

Libertinus qvis

LIbertini sunt, qvi ex justa causa manumissi sunt. Manumissio autem est de manu datio, nam quamdiu aliqvis in servitute est, manui & potestati suppositus est: & manumissus, liberatur à domini potestate. Quæ res à Jure gentium originem sumsit: utpote qvum jure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum servitus esset incognita. Sed postqvam jure gentium servitus ingenuitatem invasit, secutum est beneficium manumissionis. & cum uno communi nomine omnes homines appellarentur, Jure gentium tria hominum genera esse cœperunt: liberi, & his contrarium, servi, & tertium genus, libertini, qvi desierant esse servi.

l. 32. π. de re jud.

§. 1.

modi manumittendi l. 1. l. 2. C. de his qvi ad Eccl. l. 4. C. de præpos. sacr. autic.

Multis autem modis manumissio procedit: aut enim ex Sacris Constitutionibus in Sacrosanctis Ecclesiis, aut vindicta, aut inter amicos, aut per epistolam, aut per testamentum, aut per aliam qvamlibet ultimam voluntatem. Sed & aliis multis modis libertas servo competere potest, qvi tam ex veteribus, qvam ex nostris Constitutionibus introducti sunt.

§. 2.

Servi vero à dominis semper manumitti solent: adeo ut vel in transitu manumittantur: vel uti

uti cum Prætor, aut Præses, aut Proconsul, in balneum, vel in Theatrum eant.

§. 3.

Libertinorum autem status tripertitus antea Species
fuerat. nam qui manumittebantur, modo majorem & justam libertatem consequebantur, & fiebant cives Romani: modo minorem, & Latini ex Lege Junia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex Lege Ælia Sentia dedititii. Sed quoniam dedititiorum quidem pessima conditio jam ex l. un. C. de dedititiis
multis temporibus in desuetudinem abierat; Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoq; nostra pietas omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, duabus Constitutionibus hoc l. un. C. de dedititiis
emendavit; & in pristinum statum reduxit. quia & à primis urbis Romæ cunabulis una atq; simplex libertas competebat; id est, eadem, quam habebat manumissor: nisi quod scilicet libertinus sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. Et dedititios quidem per Constitutionem nostram expulimus, quam promulgavimus inter nostrates decisiones: per quas, suggerente nobis Triboniano, Viro excelso, Quæstore nostro, antiqui Juris altercationes placavimus. Latinus autem Junianos, & omnem, quæ circa eos fuerat, observantiam, alia Constitutione per ejusdem Quæstoris suggestionem correximus, quæ inter Imperiales radiat sanctiones. Et omnes libertos (nullo nec ætatis manumissi, nec domini manumittentis, nec in manumissionis modo discrimine habito, sicut jam antea observabatur) civitate Romana decoravimus: l. un. C. de Latin. libert.

multis

multis modis additis, per quos possit libertas servis cum civitate Romana, quæ sola est in præsenti, præstari.

TIT. VI.

QVIBVS EX CAVSIS MANVMITTERE NON LICET.

40. π 9. 7. C. 11. 12.

I.

Manumisio in fraudem

ETsi alienatio dominii & renunciatio sui juris regulariter cuique naturaliter concessum est: atque libertatis quoque acquirendæ major favor sit Legislatoriæ prudentiæ, quàm aliarum rerum, exceptionem tamen ex L. Ælia Sentia sub Augusto lata patitur hæc regula, si in fraudem creditorum manumisio servorum fiat, in quibus quippe sæpe maxima dominorum substantia consistit: ut sic æquata sit hactenus libertatis & aliarum rerum ratio.

Pr.

Non tamen cuicunq; volenti manumittere licet. nam is, qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit: quia Lex Aelia Sentia impedit libertatem.

Conf. t. π. qui & á quib. manumisi.

§. 1.

Licet autem domino, qui solvendo non est, in testamento servum suum cum libertate heredem instituere, ut liber fiat, heresque ei solus & necessarius: si modo ei nemo alius ex eo testamento heres extiterit: aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia

quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa heres ei non extiterit. Idque eadem Lege Ælia provisum est, & recte. Valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus alius heres extiturus non esset, vel servum suum necessarium heredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus: aut hoc eo non faciente, creditores res hereditarias servi nomine vendant, ne injuriâ defuncti afficiatur.

§. 2.

Idemq; juris est, etsi sine libertate servus heres institutus est. Quod nostra Constitutio non solùm in domino, qui solvendo non est, sed generaliter constituit, nova humanitatis ratione: ut ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei competere videatur: cum non sit verisimile, eum, quem heredem sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse, & neminem sibi heredem fore.

§. 3.

In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel qui datis libertatibus, desiturus est solvendo esse. Prævaluisse tamen videtur, nisi animum quoq; fraudandi manumissor habuerit, non impediri libertatem, quamvis bona ejus creditoribus non sufficiant: sæpe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines. Itaq; tunc intelligimus impediri libertatem, cum, utroq; modo fraudantur creditores, id est, & consilio manumittentis, & ipsa re, eo quod ejus bona non sunt sufficitura creditoribus. In fraudem creditorum quid.

§. 4. Ex-

§. 4.

Minor

Eadem Lege Aelia Sentia domino minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud Consilium justa causa manumissionis approbata fuerint manumissi.

§ 5.

causæ manumittendi

Justæ autem manumissionis causæ hæ sunt: veluti si quis patrem aut matrem, filium filiamve, aut fratres sororesve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat, aut servum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii habendi causa, dum tamen intra sex menses in uxorem ducatur, nisi justa causa impediat; & servus, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & septem annis manumittatur.

§. 6.

Semel autem causa adprobata, sive vera sit, sive falsa, non retractatur.

§. 7.

Minoris jus in testamento

Cum ergo certus modus manumittendi minoribus XX. annis dominis per Legem Æliam Sentiam constitutus esset: eveniebat, ut qui XIV. annos impleverat, licet testamentum facere, & in eo sibi heredem instituere, legataq; relinqvere posset; tamen si adhuc minor esset XX. annis, libertatem servo dare non posset. Qvod non erat ferendum: nam cui totorum suorum bonorum in testamento dispositio data erat: qvare non similiter ei, qvemadmodum alias res, ita & de servis suis in ulti-

ultima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, ut & libertatem eis posset praestare. Sed cum libertas inaestimabilis res sit, & propter hoc ante XX. aetatis annum antiquitas libertatem servo dari prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori XX. annis libertatem in testamento dare servo suo concedimus, nisi XVII. annum impleverit, & XVIII. attigerit. Cum enim antiquitas hujusmodi aetati & pro aliis postulare concesserit; cur non etiam sui judicii stabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertatem dandam servis suis possint pervenire?

Tit. VII.

7. C. 2. & 3. seqq.

De Lege Fusia Caninia Tollenda.

Pariter facultatem testamento manumittendi Lex Fusia Caninia restrinxit ad certum numerum, eumque varium pro numero servorum, ut videre est apud Gajum *lib. 1. Inst. t. IV.* J. Paulum *l. 4. T. 14.* & Vlpian. *T. 1. §. 14.* Lata haec Lex videtur sub Augusto M. Furio Camillo, & S. Nonio Quinctiliano COSS. cui posteriori tamen C. Caninius Gallus suffectus videtur. Secus ac conjicit Rævardus *l. 2. Conjectan. c. 1.* Augustum de numero & de conditione ac differentia eorum qui manumitterentur, curiose caviſſe, Svetonius refert. Ratio Imperatoris sine dubio fuit, quod in dandis libertatibus circum-

Jus manumittendi in testamento

ſpectio ſit habenda, qvemadmodum & Nero præcepit: Diſpiceret qvisqve merita manumittendorum, tardeqve concederet, qvod datum non adimeretur. *Tacit. Ann. XIII. 27, 5.* Morituri porrò faciliores hactenus, qvàm vivi. Sed non attenta hac civili ratione Juſtinianus ſuſtulit hanc legem, & ob favorem ultimæ voluntatis parem libertatem per teſtamenta conceſſit.

Lege Fuſia Caninia certus modus conſtitutus erat in ſervis teſtamento manumittendis: qvam qvaſi libertates impedientem, & qvodammodo invitam, tollendam eſſe cenſuimus. cum ſatis fuerat inhumanum, vivos qvidem licentiam habere totam ſuam familiam libertate donare, niſi alia cauſa impediat libertatem; morientibus autem hujusmodi licentiam adimere.

1. π. 6.
Diſt. 54.
3. x. 35.

TIT. IIX.

DE HIS, QVI SVI VEL ALIENI JVRIS.

Pr.

Alia diviſio perſonarum

SEqvitur de jure perſonarum alia diviſio. Nam qvædam perſonæ ſui juris ſunt, qvædam alieno juri ſubjectæ. Rurſus earum, qvæ alieno juri ſubjectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentum, aliæ in poteſtate dominorum. Videamus itaq; de his, qvæ alieno juri ſubjectæ ſunt. nam ſi cognoverimus, qvæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligemus, qvæ ſui juris ſunt.

sunt. Ac prius dispiciamus de his, quæ in potestate dominorum sunt.

I. Potuisset hac divisione supersedere Imperator, & potius pergere, de his, qvæ sub dominorum potestate sive in servitute sunt: postea verò primæ divisionis membrum de Liberis personis subdividere, qvod aliæ sui juris, aliæ sub potestate patria vel tutelari. — ejus ratio

II. Potestas dominica in servum constat jure in Personam, & actiones. Illud tam ratione corporis, qvàm animi. Hinc jus castigandi, vinciendi, verberandi, alienandi, vindicandi actione reali, *l. 5. fi. π. de R. V.* & qvod servus non habet voluntatem, sed ejus voluntas est domini, *l. 4. de R. J.* Jus in actiones tum exactione operarum constat, tum acqvisitione per eas, & qvicqvid servus acqvirit. *Infra t: per quas pers. cuiq; acqu.* — Jus dominii

§. 1.

In potestate itaq; dominorum sunt servi, quæ quidem potestas Juris gentium est. Nam apud omnes peræque gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitæ necisq; potestatem fuisse: & quodcunq; per servum acquiritur, id domino acquiri. Grot. J. B. 3: 4, 10.

§. 2.

Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio nostro sunt, licet sine causa Legibus cognita in servos suos supra modum sævire. Nam, ex Constitutione Divi Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quàm si alienum — restrictum

enum servum occiderit. Sed & major asperitas dominorum ejusdem Principis Constitutione cöercetur. Nam Antoninus consultus à quibusdam Præsidibus Provinciarum de his servis, qui ad eedem sacram, vel ad statuam Principum confugiunt, præcepit, ut si intolerabilis videatur sævitia dominorum, cogantur servos suos bonis conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur, & recte. Expedit enim Reipublicæ, ne sua re quis male utatur. Cujus rescripti ad Ælium Martianum missi verba sunt hæc: Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi, sed & dominorum interest, ne auxilium contra sævitatem, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juste deprecantur. Ideoq; cognosce de querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad Sacram statuam confugerunt, & si vel durius habitos, quam æquum est, vel infami injuria adfectos esse cognoveris, venire jube, ita ut in potestatem domini non revertantur. Quod si meæ Constitutioni fraudem fecerit, sciat, me hoc admissum adversus se severius executurum.

l. 12. C. de Episc. aud.

Conf. l. un. C. de emend. serv.

TIT. IX.

DE PATRIA POTESTATE.

l. π. 6. 8. C. 47. & 4. 43. Nov. 81.

I.

p. P. origo ex J. N

CAusa ac modus acqvirendi jus in personam liberam de naturali jure est Generatio libero-

berorum, unde societas inter parentes & liberos oritur, atqve utrinqve jus & obligatio mutuis officiis ad familiæ utilitatem & publicam honestatem definita. Est autem illa societas inæqvalis propter dependentiam horum ab illis: itaq; jus rectorium Parentibus competit & imperium domesticum, liberis obsequium, *l. 2. π. de J. J. l. 6. π. de in jus voc. l. 4. de cur. fur.* Inter Parentes porro jus patris prævalet materno, tum qvod pater in generatione principium motús ac vitæ confert, tum qvod Vir societatis domesticæ caput, & major dignitas ac naturalis ad regendum aptitudo in sexu virili est, *l. 1. pr. π. de Senator. H. Grot. J. B. 2: 5, 29. & 2: 8, 18.* Habet igitur pater jus in partum, & obligatur hic illi etiam, extra legitimum matrimonium, idqve jure naturali, unde jus cognationis & affinitatis, & impedimenta connubiorum, obligatio ad alendum, acqvisitio per liberos, præsertim infantes, & ex adultorum operis, qvos alimus, aliiqve effectus juris naturalis. Qvod vero Vlpianus *l. 24. de statu hom.* ait: *Lex naturæ hæc est, ut qvi nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur:* id de statu matris civili, non de jure in partum naturali dicitur; excludit itaqve patriam potestatem juris civilis tantum, idqve fit lege naturæ h. e. naturali ratione, qvia talis partus de jure civili prohibetur esse in patris potestate, & consequenter statum patris civilem non seqvatur, ergo naturali ratione reliqvum est, ut alterius parentis, matris, statum seqvatur, nisi & de

L. 24. π de stat. hom.

hoc lex civilis aliter disponat. Juri itaqve naturali inter genitorem & partum Jus civile addit & demit, ut generatio per legitimam conjunctionem fieri debeat, idqve jus patriæ potestatis vocatur, soli patri competens, §. *10. J. de adopt. l. 196. de V. S.* V. Petr. Ærodium *de Jur. Patr. Potest.* Eichel. *de jure natur. Parent. in lib. & hor. in parentes.* Phil. Paschalis *de virib. P. P.*

Pr.

In potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex justis nuptiis procreavimus. aut adoptione, aut legitimatione P. P. acqvisivimus.

J. Civ. vetus

II. Adjecit Jus Civile juri Patris naturali, qvoad *jus in personam*, ut in vito patre non egrediatur potestatem, sed per emancipationem regulariter, de qvo inferius. Vetus qvoqve jus Pviritum ex XII. Tab. jus vitæ & necis concesserat, jus vondendi, jus vindicandi actione reali, *l. 1. §. 1. π. de R. V.* jus noxæ dedendi, *§ 1. J. de nox. act. V. Dionys. Halicarn. lib. 2.* qvod proin Valer Max. VII. 7, 5. appellat *Patrism Majestatem.* Sed hic rigor cum juri naturali non esset consonus, abrogatus fuit: remansit tamen jus castigandi, & controversias domesticas terminandi, *l. 3. & 4. C. h. t. Conf. Platon lib.* IX. *de LL.* jus dissentiendi & irritandi nuptias liberorum. *l. 11. π. de stat. dom.* jus in Vota liberorum, *l. 2. §. 1. π. de pollicit.* qvod & Juris Divini, *Numer.* XX. *4.* & naturalis, *Grot. 2. 5, 7.* eoq; & hodie utimur, *L. Engel. J. Can. 1, 1, 20, 2. 4. Ferd. de Castro Palav. P. 3. D. 2. Punct. 3. §. 2. n. 5. Ziegler.*

novum

ler. ad Lancell. 1, 30, 3. fi. Qvoad *jus in rem*, ut qvicqvid acqvirit etiam adultus, patri acqvirat, excepto peculio castrensi, & qvasi castrensi, itemqve in adventitio & bonis maternis, sed qvoad usumfructum duntaxat, *§. 1. J. per qvas perf.* Vnde matri ususfructus haud competit, Jure Romano: secus Jure Teutonico & Saxonico, *Carpz. 6. Resp. 70. fi. Richt. Dec. 18, 32. Berlich. 2. concl. 12, 14.* Sed ex aliis principiis, puta communionis bonorum & administrationis marito defuncto. Jus Saxonicum Electorale, seqvitur Jus Romanum. *Decis. LXII.* Vsusfr. matris in bonis liberorū.

III. Ex qvalibet procreatione etiam per conjunctionem *illegitimam* jus oriri de jure naturali *Aphor. I. h. t.* dictum: Sed qvia & ipsum jus naturæ illegitimas conjunctiones aversatur, itaqve majus jus concedit in liberos ex legitima conjunctione natos, & his vicisim. Est alia *legitima* jure naturæ, alia jure civili. & illa aliter jure naturæ *primigeniæ*, aliter corruptæ, aliter instaurandæ. De essentia connubialis conjunctionis in statu naturæ integræ ac primævæ ex prima institutione hujus societatis judicandum, qva unius viri & unius fœminæ est conjunctio individuam vitæ consvetudinem continens ad sobolis procreationem. atqve secundum hanc excluditur polygamia & facultas divortiendi; deficiente qvippe causa. Generatio qvotuplex. legitima in statu naturæ integræ

IV. In statu vero naturæ corruptæ, in qva & jus gentium secundarium positum, ita definienda est matrimonialis consociatio, ut & po- corrupta

lygamiam patrum, & concubinatum & contubernium servorum, & matrimonium ad morganaticam comprehendat. Hac ratione â
4. §. 8. Grotio definitur: *Cohabitatio maris cum fœmina* (una vel pluribus) *qva hæc constituitur qvasi sub oculis & custodia maris, & fide data se mari obstringit*, soli: mas verò vicissim qvidem, sed non soli, atqve ita ut cuilibet divertere liceat, neqve omnium jurium communio inter eos existat.

restaurandæ V. In statu deniqve naturæ restaurandæ & ad primævam institutionem conformandæ coincidit cum iis qvæ *Aphor. III.* dicta atqve sic hodierno Jure Ecclesiastico definienda est, ut & polygamiæ & divortiorum lubido excludatur, reliqvæ tamen juris gentium species, non item. Qvo in sensu accipi etiam potest Justiniani definitio:

§. 1.

Nuptiæ qvid *Nuptiæ autem sive matrimonium est viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consvetudinem continens.*

VI. Hoc est: Societas unius viri & unius mulieris indissolubilis, nisi justa ex causa, ad sobolis procreationem, & omnium rerum, corporis animi & fortunarum communionem. Hanc enim natura ad facilius obtinendum finem ita regulariter svadet, ut tamen Legislatori civili communionem eam restringere integrum sit. Qvia enim mutua potestas in corpus & personam traditur, multò magis in bona. Vnde,

de Modestinus *l. 1. de R. N.* addit: *consortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio.* Ratio autem, ob qvam Legislator civilis qvandoqve ab hac Regula recedit, consistit in natura & moribus populi & divortiorum licentia, ut tunc eò facilius pars qvælibet res suas sibi habeat. Vnde ubi hæc non admissa est, uti in Germania & alibi, ibi *communio bonorum* locum occupavit. At enim intelligit Imperator nuptias hîc jure civili justas & legitimas, qvas titulo seqvente porrò explicat, qvippe ex qvibus jus proprium P. P. oriatur.

§. 2.

Jus autem potestatis, qvod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum. nulli enim alii sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qvalem nos habemus. Secundum vigorem scilicet juris veteris Qviritum, nam jure novissimo temperato, etiam aliis populis communis fere est.

§. 3.

Qvi igitur ex te & uxore tua nascitur, in tua potestate est, Idem qvi ex filio tuo & uxore ejus nascitur, id est, nepos tuus & neptis, æqve in tua sunt potestate; & pronepos & proneptis, & deinceps ceteri. Qvi autem ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum.

Conf. infra *t. per qvas pers. cuiqve acqviritur.*

2. 3. π. I. seqq. 5. C. I. seqq. Nov 22. & 134. & 157. Dist. 26. seqq. Can. 27. seqq. 4. X. per tot.

TIT. X.

DE NVPTIIS.

I.

NVptias præcedunt sponsalia, qvæ sunt mentio & repromissio nuptiarum futurarum, *l. 1. π. de sponsal.* & alius est consensus sponsalitius, alius nuptialis, illo promittuntur nuptiæ seu conjunctio matrimonialis, hoc contrahitur matrimonium & societas conjugalis. Promissio illa fieri potest aut pure, & dicuntur *sponsalia de præsenti*, aut ex die, veluti impuberum, vel sub conditione, & vocantur sponsalia *de futuro*. Differunt itaqve sponsalia etiam de præsenti â nuptiis, nisi forte conjunctio ipsa sine intervallo accedat, qvomodo interdum abusive pro nuptiis ponuntur, *c. 1. & pen. X. de sponsal.* Sed qvum matrimonium sit & Reip. Seminarium & suæ cuiusqve fortunæ fundamentum, & naturalis ratio & regula civilis prudentiæ dictitat, ut destinato animo, deliberatoqve consilio plenoqve consensu fiat, ita ut gradibus qvasi certis ad consummationem ejus perveniatur.

Sponsalia qvid qvotuplicia

Matrimonii consummandi gradus

1. Eorum primus est mentio futurarum nuptiarum, Ehe-Werbung: seqvitur post deliberationem maturam repromissio, Zusage / complementum sponsaliorum, Ehe-Versprechung / Verlöbnis. Tertius, nuptiæ ipsæ,
2. 3. Ehe-Vollziehung / Trauung; & tori conscen-

sio,

lio, Beylager / Beschreittung des Ehe-Bettes. 4.

II. Ad sponsalia ac consequenter ad nuptias non tantum sponsi ac sponsæ consensus requiritur, sed etiam Parentum, ex naturali & civili ratione, *l. 1. & 10. C. de nupt. Carpz. 2. def. Eccl. 44. Andr. Pulvens lib. sing. de hoc argum.* præcipue patris, sive in potestate patria, qvæ juris civilis est, habeat, sive emancipârit, qvoniam nihilominus obligatio naturalis ad obsequium & reverentiam utriqve parentum permanet, præsertim in his, qvæ ad familiam pertinent, cujus caput est pater. Etsi vero rigor juris civilis, ut Romani vi P. P. & Saxonici, *Carpz. 2. def. Eccles. 35. sqq. & 58. Richt. Dec. 8, 42. sqq. Exercit. ad. π. III. §. 12. & XXXVI. §. 31.* jubet, ut ejusmodi sponsalia invitis parentibus facta, sint *nulla*, Jus tamen naturæ & gentium, qvod Jus Canonicum sequitur, ob σκληροκαρδίαν naturæ corruptæ licentiam ita concessit, ut non sint nullæ tales nuptiæ, *c. 2. X. de clandest. sponsal. conf. Paul. 2. sent. 19. 1, 2.* Pufend. *de J. N. 6. 2. fi.* Sed â pœnis tamen privatis & publicis haud immunes, qvalis est exheredatio, *Carpz. d. l. 2. def. Eccl. 54.* Consensus Parentum. ejus effectus J. C. Rom. & Sax. J. Nat. & Canon.

III. Qvia verò amor contrahentium fundamentum est amicitiæ conjugalis, non debent cæteris paribus, parentes facile consensum denegare, *l. 19. π. de R. N. Carpz. 2, 3. def. Eccl. 52. sqq. Richt. Dec. VIII. 49. & 82.* aliàs Magistratus consensum supplere potest, *Carpz. 2. def. Eccl. 53.* Nisi supplectio consens. parent.

dissenti-endi cau-sæ

Nisi justam dissentiendi causam habeant, etiamsi concubitus accesserit, *Sande Decis. Fris. 2. 1, 4. Carpz. 2. Def. Eccl. 60. Richt. Dec. 8, 55. Dedek 3. 2, 4. Exercit. ad π. III.* qvalis est *contemtus* impetrandi consensus parentum. *Carpz. def. 57.* Qvare monitum observent inter se pacisentes, ut cum reservatione consensus parentum, & sub conditione eum impetrandi pacisentur.

1.

2. itemqve si alterutra persona turpis & inhonesti

3. vitæ generis est, *idem Carpz. def. 62, 4.* item si rixæ inter parentes & liberos metuantur, si suspicio sit, bonis alterius insidiari, item imputatio delicti & similia, de qvibus cognitio est penes competentem judicem. *Idem def. 52. & 62.*

Clandestina sponsalia qvæ J. Civ. J. Can.

IV. Sine consensu porro facta repromissio nuptiarum *clandestina* dicitur, & non obligat. Jus Canonicum aliam clandestinitatis adjecit speciem, si parentes non sint superstites, nec in præsentia *duorum testium* sponsalia celebrata, *t. t. X. de sponsal. clandest.* Differentia tamen est inter utramqve, qvod defectus consensus parentum sponsalia qvoad essentiam irrita facit, defectus testium non item. Qvia si sponsalia sine testibus inter personas sui juris sunt in confesso, utiqve obligant civiliter, & testes tantum ad probationem adhibentur, non ut requisitum essentiale, qvum ipsorum consensus non requiratur. Qvanqvam ex jure positivo potest naturali & gentium juri hoc addi, ut ad essentiam

sponsalia solennia

qvoqve sponsaliorum adhibitio & præsentia atqve auctoritas testium requiratur, sicuti Jure Græ-

Græcorum per *Novell. Leon. 74. & 103.* itemqve benedictio qvædam Ecclesiastica per *Novell. Alexii 3. & 5.* & conf. *Carpz. 2. def. Eccl. 35. seqq.* Unde in qvibusdam locis sponsalia Ecclesiæ publice denunciantur cum precibus, aut saltem trinâ vice proclamantur. *c. 27. X. de sponsal.*

V. Effectus sponsaliorum de jure naturali, est omnibus pactis & conventionibus communis *obligatio* & jus exigendi promissum, etiamsi sub conditione vel ex die, *V. D. Stryk. ad Brunnem. J. Eccl. 2, 16. 7.* A qvo jure receserat Jus Romanum, qvo alterutri pœnitere & repudium dare licuit, *l. 10, π. h. t.* itemqve Hebræum, qvo etiam divortium inter conjuges licitum, *Malach. 2, 16.* qvemadmodum etiam ex aliis pactis nudis actio non data Romanis, nisi stipulatu sponsalia firmata, *l. 1. seqq. π. de R. N.* Sed Ecclesia Christiana ad jus naturæ rediit. *can. 54. Concil. Eliberrini.* Finckelth. *Obs. 42.* adeo ut nec mutuo dissensu liceat recedere, qvoniam in sponsalibus non tantum inter pacisc entes, sed etiam inter hos & DEVM, conciliatorem societatis conjugalis, obligatio nascitur & qvi sine causa dissolvit, in DEVM fit injurius, *Gen.* XX, *6. & c.* XXXIX, *9.* Datur igitur ex ista obligatione actio & imploratio judicis ad compellendum, *c. ex literis. 7. c. 31.* X. *de sponsal.* etiam per mulctam vel carcerem, *Carpz. 2, 132. seqq.* Qvod si absens est aut desertor, *Processus desertionis* instituitur, perinde ac contra conjugem desertorem.

Effectus sponsaliorum.

J. Rom.

J. Eccles.

Actio de matrimonio

Desertionis Processus.

VI. Et

Exceptio erroris & aliæ

VI. Et viciſſim *Exceptio* datur ex juſta repudiandi cauſa, qvalis eſt de jure naturali, qvæ poſt ſponſalia interveniens, ſi ante extitiſſet, nunqvam in ſponſalia conſenſum fuiſſet, h. e. qvæ officit conſenſui & eſſentialibus ſponſaliorum, ut *error* circa *eſſentialia* matrimonii, velut impotentia, furor, morbus contagioſus vel deſperatus, inimicitiæ irreconciliabiles; *dolus* item & vis aut metus & ſimiles. De qvibus cognitio & ſententia judicis competentis exſpectanda. *c. 2. X. de ſponſal.* Metus autem *reverentialis* neqve de jure naturæ neqve Romano juſta cauſa eſt annullandi ſponſalia, qvia contradiſtinguitur metui juſto, & actionem voluntariam mixtæ voluntatis parit. Etſi Jure Pontificio vel ex Canoniſtarum traditione ab utroqve illo jure receſſum, & metus qvoqve reverentialis inter juſtas cauſas relatus. *V. Manuduct. c. V. §.*

Interventio binorum ſponſal.

VII. Etſi polygamia & deſponſatio cum pluribus fœminis jure & naturali primævo & Romano & Chriſtiano prohibita eſt, contingit tamen ſæpius, ut unus pluribus nuptiarum mentionem faciat, & repromiſſionem à ſingulis accipiat, qvo in caſu *Interventio* judicialis oritur, & de prærogativa qvæſtio. Cum porrò ex ſponſalibus ſemel *valide* contractis jus qvæſitum utriqve competat, conſeqvens eſt, ut

Regula ampl. 1.

in ejus præjudicium poſteriora ſponſalia non valeant; neqve concubitu accedente, ſi delictum utrumqve pars innocens condonare parata

ta est. *c. 1. & ult. X. de sponsal. duor.* neqve item, si ad priora sponsalia cohabitatio, ad posteriora benedictio sacerdotalis accesserit, *Coler. decis. 3. Berlich. 4, concl. 28, 66. Ziegler. ad Lancell. 2, 10, 17. Exercit. ad π.* XXXVI. *61.* Secus autem est, si priora sunt clandestina, posteriora publica, qvia ex istis nullum jus qvæsitum oritur. *Carpz. 2. def. Eccl. 67. sqq.* Reliqva qvæ ad hoc argumentum pertinent, ex Institutionibus Ecclesiastici Juris petenda sunt, ad qvas causæ matrimoniales earumqve jus hodie proprie pertinet. 2. limit.

VIII. Nuptiæ qvæ sint jure naturali, titulo superiori est dictum. Civilis porro Legislatio de suo qvædam addit aut minuit; iisqve demum *justas* civiliter pronunciat nuptias. Itaqve qvoad personas contrahentes restringit eas Jus Romanum ad solos cives seu Qvirites. Nuptiarum definitio J. Civ.

Pr.

Justas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt, qvi secundum præceptæ Legum coëunt, masculi qvidem puberes, fœminæ autem viripotentes: sive patres familiarum sint, sive filiifamiliarum: dum tamen, si filifamiliarum sint, consensum habeant parentum, qvorum in potestate sunt. nam hoc fieri debere, & civilis & naturalis ratio svadet: in tantum, ut jussus parentum præcedere debeat. Unde qvæsitum est, an furiosi filia nubere, aut furiosi filius uxorem ducere possit? Cumq; super filio variabatur, nostra processit decisio, qva permissum est, ad exemplum filiæ furiosi, filium

filium quoq; furiosi posse & sine patris interventu matrimonium sibi copulare, secundum datum ex nostra Constitutione modum.

V. l. 25. C. de nupt.

J. Hod. IX. Moribus nostris justæ nuptiæ inter omnes Christianos cujuscunqve sint Reip. cives, etiam inter peregrinos, barbaros, & servos contrahuntur, *t. t.* X. *de matrim. servor.* Neqve etiam necesse est, ut consensus Parentum præcedat, sed & *ratihabitio* sufficit, ita tamen ut retrotractionem temporis non efficiat, sed à momento ratihabitionis sponsalia demum valere incipiant, *Strauch. Dissert. ad D. h. t. §. 20. Carpz. 2. def. Eccl. 41.*

Gradus prohibiti in cognatione. X. Secundò restringitur jus connubii ad certas personas atqve gradus consangvinitatis & affinitatis, etiam naturali jure. Itaqve inter parentes & liberos natura abhorret commixtionem, qvum iam tum fit una caro & unus sangvis, diversa autem sunt commistibilia: accedit reverentia & pudor naturalis, qvibus salvis commixtio illa fieri non potest. Jus civile porro extendit regulam juris naturæ ad omnes qvi parentum & liberorum *respectum* inter se habent, etiam ex adoptione, & susceptione baptismali, *l. 26. C. de nupt. Carpz. 2, 74.*

§. I.

In linea recta. *Ergo non omnes nobis uxores ducere licet: nam à qvarundam nuptiis abstinendum est. Inter eas enim personas, qvæ parentum liberorumve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt:*

sunt: velati inter patrem & filiam, vel avum & neptem: vel matrem & filium, vel aviam & nepotem: & usq; in infinitum. Et si tales personæ inter se coïerint, nefarias atq; incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et hæc adeo vera sunt, ut quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco esse cœperint, non possint inter se matrimonio jungi; in tantum, ut etiam dissoluta adoptione, idem juris maneat. Itaq; eam, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis esse cœperit, non poteris uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris.

Conf. *l. ult. C. de adopt.*

XI. Connubia fratrum & sororum natura non æqve abhorret, & distinxerunt quædam gentes inter sorores germanas & uterinas: sed jure divino positivo, quod civilia jura merito sequuntur & hic gradus prohibitus est. In collaterali æqvali

§. 2.

Inter eas quoq; personas, quæ ex transverso gradu cognationis junguntur, est quædam similis observatio, sed non tanta. Sane enim inter fratrem sororemq; nuptiæ prohibitæ sunt: sive ab eódem patre eademq; matre nati fuerint, sive ab altero eorum. Sed si qua per adoptionem soror tibi esse cœperit: quamdiu quidem constat adoptio, sane inter te & eam nuptiæ consistere non possunt. cum verò per emancipationem adoptio sit dissoluta: poteris eam uxorem ducere. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. Et ideo constat, si quis generum adoptare velit, debere eum antea filiam suam emancipare

& si quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium suum emancipare.

§. 3.

inæqvali

Fratris verò vel sororis filiam uxorem ducere non licet: sed nec neptem fratris, vel sororis quis ducere potest, quamvis qvarto gradu sint. Cujus enim filiam uxorem ducere non licet, neq; ejus neptem permittitur. Ejus verò mulieris, quam pater tuus adoptavit, filiam non videris impediri uxorem ducere: qvia neq; naturali, neq; civili jure tibi conjungitur.

Conf. *l. 12. ff. de R.N.*

XII. Ulterius prohibitio juris Naturalis, Divini & Romani non extenditur. Itaqve.

§. 4.

Consobrinorum nuptiæ

Duorum autem fratrum vel sororum liberi, vel fratris & sororis conjungi possunt.

Conf. *l. 19. C. de nupt.*

At Jus Ecclesiasticum etiam inter consobrinos nuptias prohibuit, *c. 8. X. de consangv. & affin.* & usqve ad septimum gradum sive generationem, qvousqve scilicet jus successionis & hereditatis extenderetur, *cau. 36. q. 2. c. 1. sq. cau. 35. q. 2. c. sqq. & 12. Longob. 2. 8, 4. Capitul. Francor. 5, 188.* Qvod Juris Pontificii conditores, non intelligentes gradum rationem, confuderunt, & novam computandi rationem introduxerunt, *cau. 35. q. 5. c. 2. & cap. 8. X. de consangv. & affin.* qvâ

non

non generationes numerantur, sed personæ generatæ in tertis locis descriptæ juxta lineæ collateralis æqvalitatem vel inæqvalitatem. Qva de re in Instit. Juris Ecclesiast. dicuntur plura.

XIII. Plane si qvi in linea collaterali sibi invicem loco parentum & liberorum sunt, hoc est, qvorum alter *immediate* subest communi stipiti; is est alteri loco Parentis, inter hos nuptiæ prohibitæ, ex naturali ratione, etiamsi ex fornicatione cognatio orta, *Carpz. 2, 82. & 117.* unde seqvitur: Qvi parentum loco sunt

§. 5.

Item amitam, licet adoptivam, ducere uxorem non licet; item nec materteram: qvia parentum loco habentur. Qva ratione verum est, magnam qvoq; amitam, & materteram magnam, prohiberi uxorem ducere.

XIV. Affinitatis qvoqve ratione nuptiæ prohibentur ob honestatem naturalem, & qvia conjuges sunt una caro ac persona. Est autem affinitas conjunctio inter conjugem & alterius conjugis cognatas, *l. 4. §. qvoniam π. de grad. & affin.* atqve jure naturali & Canonico etiam ex illegitima conjunctione & qvalibet carnali copula affinitas contrahitur, *c. 6. vers. sed nec affin. X. de eo qvi cogn. consangv. cap. tua. 10. eod. Rauchb. 2, Q. 13. Carpz. 2. def. Eccl. 92. & 98. & Qv. Crim. 74.* Prohibitio itaqve eadem, qvæ in gradibus cognationis, ob rationem prædictam, qvia conjuges sunt una caro. *Genus* Affinitatis grad. prohibiti iisd. regulis

affinitatis variat perſonarum mutatione in ſecundis nuptiis tertiisve.

§. 6.

In linea recta. *Affinitatis quoq; veneratione à quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt: ut ecce privignam, aut nurum uxorem ducere non licet: quia utræq; filiæ loco ſunt. Quod ita ſcil. accipi debet, ſi fuit nurus, aut privigna tua. Nam ſi adhuc nurus tua eſt, id eſt, ſi adhuc nupta eſt filio tuo, alia ratione uxorem eam ducere non poteris, quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc privigna tua eſt, id eſt, ſi mater ejus tibi nupta eſt, ideo eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eodem tempore habere non licet.*

§. 7.

Socrum quoq;, & novercam prohibitum eſt uxorem ducere: quia matris loco ſunt, Quod & ipſum diſſoluta demum affinitate procedit. Alioquin ſi adhuc noverca eſt, id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt, communi jure impeditur tibi nubere: quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt, id eſt, ſi adhuc filia ejus tibi nupta eſt, ideo impediuntur tibi nuptiæ: quia duas uxores habere non potes.

Conf. *l.* 4. §. *hos itaq; ff. de gradib.* & 2. Cor. 3.

§. 8.

Exc. *Maritit amen filium ex alia uxore, & ex uxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium recte contrahunt: licet habeant fratrem, ſororemve ex matrimonio poſtea contracto natos.*

Conf. l, 34. §. inter comprivignos. ff. de R. N.

§. 9. Si

§. 9.

Si uxor tua post divortium ex alio filiam procreaverit, hæc non est quidem privigna tua, sed Julianus ab hujusmodi nuptiis abstineri debere ait. Nam constat, nec sponsam filii nurum esse, nec patris sponsam novercam esse: rectius tamen, & jure facturos eos, qui ab hujusmodi nuptiis abstinuerint. Ampl. 1. de Qvasi privigna

Conf. *l. 12. §. si uxor. π. de R. N. L. 6. & 8. π. de gradib. L. 4. π. ad L. Pomp. de parricid.* de prohibitione ob affinitatem *collateralem* vid. *L. 5. C. de incest. nupt.*

§. 10.

Illud certum est, serviles quoq; cognationes impedimento nuptiis esse: si fortè pater & filia, aut frater & soror, manumissi fuerint. Quia in contrahendis matrimoniis naturale jus & pudor inficiendus est, *l. 14. §. 2. π. de R. N.* Ampl. 2.

§. 11.

Sunt & aliæ personæ, quæ propter diversas rationes nuptias contrahere prohibentur, quas in libris Digestorum seu Pandectarum ex Jure Veteri collectarum enumerari permisimus. Veluti ex incapacitate sive naturali, sive civili, *vid. l. 36. 37. 38. & c. π. de R. N.*

XV. Ex prohibitione ista nuptiarum in certis consangvinitatis & affinitatis gradibus committitur à contravenientibus crimen *Incestus*; idqve ex duplici fonte, duplex: ex juris naturalis Divini & gentium prohibitione Incestus Incestus qvotuplex

ſtus proprie dictus Blutſchande: ex juris civilis prohibitione, *Inceſtus*, qvi cum adjectione cauſæ, *civilis* vocari ſolet, verbotene/ unordentliche Vermiſchung. In poſteriori *diſpenſatio* ſummæ in Republ. poteſtatis locum habet, in priori neutiqvam. *Carpz. 2. def. Eccl, 109. Ferd. de Caſtro Palav. P. 1, Tr. 3. D. 6, P 3.*

Vnde & nuptiæ poſterioris generis contractæ tolerantur, ſed puniuntur; prioris generis ſunt ipſo jure nullæ, qvemadmodum & *injuſtæ*, hoc eſt, ſive parentum conſenſu contractæ, Jure qvidem Rom. *Vid. ſupra n. 2.* & præterea pœnis civilibus ſubjiciuntur: itaqve

§. 12.

Nuptiæ injuſtæ

Si adverſus ea, qvæ diximus, aliqvi coierint; nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaqꝫ ii, qvi ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt, ſed tales ſunt, (qvantum ad patriam poteſtatem pertinet) qvales ſunt ii, qvos mater vulgo concepit; nam nec hi patrem habere intelliguntur, cum & iis pater incertus ſit. unde ſolent SPVRII appellari ἀπὸ τὴν πορϕὴν, & ἀπάτορας, qvaſi ſine patre filii. Sequitur ergo, ut diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni locus ſit. Qvi autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, qvæ ſacris Conſtitutionibus continentur.

inceſtæ

Conf. *t. C. de inceſt. nupt. &. infr. lib. ult. tit. ult. n. 18.*

Nuptiarum nomen

XVI. Hæc de cauſis externis: neceſſarium eriam eſt de eſſentia ac forma *nuptiarum* diſpicere,

cere, qvarum *nomen* Romanis multitudinis numero efferri placuit ob plurimas, qvibus constant, solennitates: simile qvid Epularum & Nundinarum vocibus contigit. *Substantia* porro Nuptiarum consistit duabus partibus, *conventione & traditione*; sive vera sive symbolica. partes

De priori regula juris est: *Nuptias non concubitus facit* solus, *sed consensus* matrimonialis solennitatibus suis constans, cujus effectus de Jure Romano est concubitus, *l. 30. de reg. jur. l. pen. C. de incest. nupt.* de iis regula

Consensus & ipse Juris est Nat. & Gent. & ut solennis qvoqve sit, qvippe in tam momentoso negotio: Unde Justinianus: Conditionem nuptiarum impleri non posse, nisi ipsa nuptiarum accedat festivitas. *l. Sancimus. b. t.* at solennitates ipsæ sunt juris civilis. Solennitas cujus juris

Romano jure novissimo *Domum ductio* & tabularum nuptialium signatio, præcipua solennitas nuptiarum videtur, *l. 5. π. b. t. l. cum fuerit. π. de condit. & demonstr. l. cum in te. C. de don. ant. nupt. l. sancim. C. de nupt.* potuit tamen & alio ritu consensus nuptialis fieri, qvod innuit Scævola *l. 66. de donat. inter V. & ll.* Jure Ecclesiastico, *Benedictio sacerdotalis*, ad instar institutionis divinæ, *Gen. 1, 28. & IX, 1. Tertull. lib. 2. ad uxorem. fin. Concil. Carth. IV. c. 13. Leo Novell. 98. Alexii Comneni Novell. V. Capitul. Franc. 7, 80. & 305. & 363. caus. 30. q. 5. c. 1. seqq. Carpz. 2. def. Eccles. 142.* Constat autem hic actus, qvi â potiori *Benedictio Sacerdotalis* vocatur, etiam *Symbolica traditione* sui ipsius contra. qvotuplex

trehentium, imprimis per dextræ & annulorum connubialium traditionem. *V. Exercit. ad π.* J. Sax. XXXVI, *63.* Qvæ tamen Jure Saxonum nondum ad plenum juris effectum acqvirendum, ſufficit, ſed reqviritur etiam *conſcenſio thori*, Jus Saxon. *lib. 1. Art. 45. Conſtit. Elector P. 3. 57. Color. Dec. 57. Carpz. P. 3. Conſt. Elect. 57. def. 6. Richt. Dec. 94.*

Jus & obligatio conjugum in genere

jus in perſonã

XVII. Effectus nuptiarum juſte contractarum eſt jus & obligatio tum circa perſonam, tum circa res. Illud Jus Divinum explicat: *Vxor proprii corporis jus non habet, ſed maritus: ſimiliter & maritus proprii corporis jus non habet, ſed uxor. 1. Cor. 7, 4, 5. & c. XI, 11. ſqq.* Exinde eſt jus prohibendi, ne accedat altera pars ad carnem alienam, *Marc. X, 9. 12.* Hoc in *communione bonorum* conſiſtit, vel omnigena, vel jure civili reſtricta, ad bona dotalia & paraphernalia, de qvibus ſuo loco. Vnde & obligatio mutua ad alimenta. *Coler. de Alim. 1. 10. & 12.*

communio bonorum

jus mariti

In ſpecie competit marito imperium aut directio, uxori obſeqvium, ex naturali præpollentia naturæ & judicii virilis, *Ariſt. 8. ad Nicom. c. 11. 1. Pol. 5. & ult. l. 4. C. de ſponſal. l. fi. C. qvi pot. in pign. l. fi. π. qvi pet. tut. Novell. 117. c. 1. ſeqq.* & divina ſanctione, *Gen. 3, 16. 1. Pet. 3. 1. Tim. 2, 12.* qvo & jus caſtigandi continetur, *l. 18. π. de op. libert. Novell. 117, 8. & 14. Cau. 33. q. 2. c. placuit ut ſi. Tiraqv. l. 1. connub. n. 22.* Obligatur exinde etiam ad defenſionem uxoris, *l. 2. π. de injur. 1. Petr. 3, 7.* Vxor viciſſim particeps reddi-

obligatio ejus

jus uxoris

tur

tur juris & dignitatis mariti, *l. 13. C. de dignit. l. 18. π. de senat. l. 10. C. de nupt.* ejusqve domicilii & fori, *l. 65. π. de judic.* Juris comiter castigandi, *l. Sam. 25, 37.* Obligatur in specie mulier ad operas officiales, non serviles aut opificiales, *Coler. de Alim. 2, 6.* obligatio

XVIII. Ad persequenda ista jura Legena turæ infligante, Civilis *remedia* suppeditat, eaqve vel *Possessoria*, sive ad juris possessionem tantum adqvirendam vel tuendam vel recuperandam, *cap. 5. X. de restit. spol. Carqz. 3. def. Eccl. 27, 3.* vel *Petitoria*, imprimis *Actionem præjudicialem*, qva dominium juris in personam persequimur, & conjugem qvasi vindicamus; tum etiam *Implorationem officii judicis* qva compendiose, summarie, absqve ambagibus possessorii & petitorii litis decisio, & juris atqve justitiæ administratio postulatur. Remedia juris

XIX. Solvitur matrimonium regulariter morte, qvia societas individua est, ex causa tamen justa etiam divortio. utroqve casu tollitur obligatio mutua, aliàs enim societas non esset soluta: Morte Soluto matrimonio facultas ad secundas nuptias restringitur Jure naturali & Divino ad legem honestatis, *l. C. r. 7. pen.* qvam Jus Rom. in *fœmina* tempore annuo determinat, sub infamiæ pœna secundas nuptias prohibens, *l. 1. C. de sec. nupt.* qvam tamen pœnam remisit Pontifex *c. pen. & ult. X. de sec. nupt.* In *viduo* semestre spatium observari solet. Expedit qvoqve, ut à secundis nuptiis tam diu arceantur, Quib. modis solv. matrim. morte Nuptiæ secundæ

antur, donec cum liberis prioris matrimonii de bonis maternis & ſucceſſione futura pacti fuerint, qvod vocamus, Eid) mit den Kindern abſtaden. Si *mors abſentis* præſumitur, ſed probari neqvit, Proceſſus peti poteſt, qvi aliàs contra deſertorem malitioſum locum habet. *Carpz. 2. 170. V. t. C. de ſec. nupt. Nov. 22. & X. eod.*

divortio J. Rom. J. N. Hod.

XX. Divortia mutuo qvidem conſenſu & privata auctoritate etiam ſine cauſa Jure Romano fieri licuit, *Novell. 22, 4. ſeqq.* Sed qvum iſtud Juri naturæ & gentium non ſit conſentaneum, *V. Platon. l.* XI. *de LL. Pufend. l. VI. de J. N. & G. c. 1, 20. ſeqq.* correxit iſtud Juſtinianus, & certas cauſas conſtituens prohibuit mutuo conſenſu ſine cauſæ cognitione nuptias ſolvi. *V. Novell. 117, 8. & 9. ſeqq. & Novell. 134, 11.* Etſi enim *Novell 140.* vetus licentia reducta, ea tamen Juſtini conſtitutio uſu fori haud approbata eſt. Sed & cauſæ à Juſtinianeo expreſſa non peræqve receptæ : verum juxta dictum Salvatoris, Matth. XIX, 9. *qvicunq; repudiat uxorem ſuam, niſi ob ſtuprum, & aliam ducit, committit adulterium*, adhuc magis reſtrictæ, ita ut cauſa ſolvens matrimonium talis debeat eſſe, qvale eſt adulterium aut ſtuprum antea ab alio illatum, h. e. ex facto aut qvalitate, qvo tolluntur eſſentialia matrimonii, & conſenſus nuptialis, ut impotentia, *l. 10. C. h. t. Carpz. 2, 200.* & malitioſa deſertio, *l. 7. C. h. Nov. 22, 14. Carpz. 2, 192. & 3, 56.* Modus inſtituendi proceſſum deſertionis

onis in institutionibus Juris Eccles. latius exponitur.

XXI. Effectus divortii est, partim qvoad Jus in personam, partim in res: qvantum ad prius effectus est solutio vinculi & obligationis atqve societatis conjugalis, tam naturali qvam civili jure, *l. 1. π. de divort. Pufend. de J. N. 6, 1. 21.* itemqve Divino, *Matth. V, 32.* XIX. *9 cau. 32. q. 7. can. 19. &, 24. itemque 32.* atqve gentium, *P. Ærod. l. 8. rer. judic. 1, 2. Carpz. 2, 191.* secus Jure Pontificio, *Concil. Trident. Sess. 24. can. 7. de Sacram. Matrim. Ferd. de Castro Palav, 5, 3, 6. 1.* Et consequenter facultas iterum nubendi ex parte innocentis, *per ll. allegatas.* parti reæ verò & condemnatæ regulariter prohibentur secundæ nuptiæ, usqve dum superior dispenset, *Carpz. 3. def. Eccl. 70.* ac præterea pœnitentiæ Ecclesiasticæ aut relegationi subjicitur, *Carpz. 3. def. Eccl. 73.* Qvoad jus rerum, divortio perdit pars rea & condemnata jus & de præsenti in bonis conjugis & successionem, *Carpz. 2. def. Eccles. 215.* pars vero innocens dotis repetitionem habet, *t. t. π & C. de repud. & judic. & t. sq. soluto matr.* de qva *Libro II. de Jure rerum. Tit. 8. n.* XVI. *& Lib. III. post. T.* X.

Effectus in genere

J. Canon.

ex parte rei

XXII. Jure Canonico intermedia qvædam species est adinventa, qva obligationis qvidem vinculum non solvitur, sed tamen suspenditur, & qvæ *separatio à thoro & mensa* appellatur, nec Juri Nat. dissentanea, *Pufend. de J. N. 6. 1. 22.* Datur hoc juris novi remedium, qvo-

Separatio à Thoro & mensa.

Digitized by Google

qvoties fribuscula in inimicitias graves erumpunt, ad eum finem, ut animorum reconciliatio & morum emendatio exſpectetur, *t. 1. X. b. t. Carpz. dec. 291. & 150. Richt. Vol. 2. Conſil. 58.* interea marito alimenta ſubminiſtrante, *Carpz. 2. def. F. cl. 213. & 3, 26, 8.*

Concubinatus

XXIII. Præter juſtas nuptias Jure Romano alia qvoqve datur Conſvetudo licita, *l. 5. C. ad Sc. Orfit.* conjugium inæqvale, *l. 3. C. de natur. lib.* ſive Concubinatus, *t. t. π. & C. de concub.* inter virum & unam mulierem, neqve enim juſtæ uxori *pellicem* ſuperinducere licet, *Novell. 18. c. 5. Diſt. 34. c. 4. ſeqq.* Qvæ ſpecies eò magis diſſolubilis erat, qvum & juſtum matrimonium mutuo & privato conſenſu ſolvi poſſet, qvod Eccleſiaſtico jure ſublatum, *cau. 32. q. 2. c. 6.* & Germanico civili, *Rec. Imp. de anno 1530. & 1538. Ord. Polit. Imp. t.* XXVI. *Carpz. 2. def. Eccl. 235.* Retinetur vero Matrimonium *ad Morganaticum*, & inæqvale, qvo uxor & liberi paternæ ſucceſſionis niſi in ſola Morgen-Gabe *l. 2. F. 26. §. filii. & t. 29.* H. Grot. *J. B. 2: 7, 8.* itemqve dignitatis non ſunt participes, inqve ejus rei indicium copulatio fieri ſolet *ſiniſtrâ* interveniente, *V. Myleri Gamolog. c. VI.* In genere *Jura Conjugum* libro ſingulari expoſuit *Chr. Rodenburgius* JC. Belga.

Matrim. ad Morganat.

Legitimatio

XXIV. Seqvitur altera cauſa acqvirendæ Patriæ poteſtatis ex Jure Civili, per *Legitimationem*, qva liberi naturales illegitimi pro legitimis declarantur per juris fictionem, qvaſi juſtæ nuptiæ

ptiæ in er parentes eorum factæ fuissent, qvoniam fieri potuissent. Itaqve primo ob favorem utilitatis publicæ & munerum municipalium, qvi *Curiæ* ad illa destinati offerebantur, legitimi fiebant, qvæ species cessante ratione munerum istorum in nostrum forum non recepta. Deinde ob favorem *matrimonii subsequentis* etiam liberi ante illud nati per *pacta dotalia* Jure Justinianeo, vel nostro Jure per *Copulationem Sacerdotalem* subsequentem legitimantur, & justæ nuptiæ retrotrahuntur, *Novell. 74. c. 1. Nov. 89, 8. c. quanquam. 11. X. qui filii sint leg.* species 1. 2.

§. 13.

Aliqvando autem evenit, ut liberi, qvi statim, ut nati sunt, in potestate parentum non sunt, postea redigantur in potestatem patris: qvalis est is, qvi, dum naturalis fuerat, postea curiæ datus potestati patris subjicitur, nec non is, qvi à muliere libera procreatus, cujus matrimonium minime Legibus interdictum fuerat, sed ad qvam pater consvetudinem habuerat, postea ex nostra Constitutione dotalibus instrumentis compositis, in potestate patris efficitur. Qvod & aliis liberis, qvi ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra Constitutio præbuit.

V. L. 10. C. de natur. lib. & Auth. 3b.

XXV. Præter hos duos modos, Justinianus *de Novell. 74. c. 2. & 89, c. 9.* etiam tertium adjecit, ut naturales absqve subsequentibus nuptiis 3.

ptiis per *Reſcriptum Principis* legitimis, iis tamen non extantibus, adæqventur. Qvod uſu Curiæ, præſertim Pontificiæ, extenſum dupliciter, ut non tantum *exiſtentibus* etiam legitimis naturales ita legitimari poſſint; cum iisdem tamen ad ſucceſſionem non admittantur; ſed
4. etiam ut *adulterini* & *inceſtuoſi* & *vulgò qvæſiti* per Reſcriptum legitimari poſſint, qvibus in caſibus fictio ratioq; juris civilis locum non habet, qvia in ejusmodi caſibus poſſibilitas nuptiarum juſtarum præſupponi neqvit; habet itaq; hæc extenſio rationem *privilegii perſonalis. c. per venerabilem. 13. X. qvi fil. ſinteg.* Iſtud deniqve etiam ſtylus Curiæ introduxit, qvod non tantum Impp. ipſi atqve Pontifices Romani legiti-
5. mare ſoleant, ſed & Comites eorum Palatini, ex jure delegato.

1. π. 7. 8. C. 45.

TIT. XI.

DE ADOPTIONIBVS.

I.

origo NAturam imitatur Adoptio juris civilis, aliis qvoqve gentibus recepta, qva filiifamilias fiunt & patria poteſtas acqviritur; qvæ tertia ejus cauſa eſt. eâqve his conſultum, qvibus natura denegavit liberos, veluti ſpadonibus, & aliis qvi generare non poſſunt, *l. 2. §. 1. π. h. t.*

Pr.

Non ſolum autem naturales liberi, ſecundum

dum ea, quæ diximus, in potestate nostra sunt, verum etiam ii, quos adoptamus.

II. Est itaqve adoptio actus legitimus, definitio
qvo filius alienus in filium fam. primi vel secundi gradus auctoritate magistratus, seu judicialiter & solenniter, adsumitur. Atqve cum hic vel est in potestate patris sui naturalis, vel sui juris, itaqve adoptio duplex est, alia generis nomen retinet, alia *Arrogatio* dicitur, qvæ causâ divis.
cognitâ rescripto Principis fit. *Gail. 2. Obs. 125.* Qvanqvam nostri fori usu etiam Status & Magistratus, & Comites qvoqve Palatini hac potestate gaudeant. *Philipp. Eclog. 73.*

§. 1.

Adoptio autem duobus modis fit: aut Principali Rescripto; aut imperio magistratus. Imperatoris auctoritate adoptare qvis potest eos, easve, qvi, qvæve sui juris sunt. Qvæ species adoptionis dicitur Adrogatio. Imperio magistratus adoptamus eos, easve, qvi, qvæve in potestate parentum sunt: sive primum gradum liberorum obtineant, qvalis est filius, filia; sive inferiorem, qvalis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

III. Effectus adoptionis regulariter est jus Effectus
in personam sive P. P. & in res adoptati, salvo J. N.
tamen jure naturali, & obligatione inter patrem naturalem & filium adoptatum, qvæ jure civili non tolluntur; sed restricta postea est hæc regu- J. C. vet.
la ad familiam adoptati, si intra eam permanet adoptatione, qvæ *perfecta* dicitur adoptio: excipitur itaqve adoptio *extraneo* facta, cujus effectus

ctus imprimis est successio ab intestato, *l. pen. C. de adopt. Vlp. tit. 8. §. 2.* qvomodo & fœminæ adoptant, *l. 5. C. h. t.* qvæ *imperfecta* vocatur adoptio. Nec excluditur tamen jus & communicatio dignitatis, *l. 5. l. 10. π. de Senator.* & obligatio adoptantis circa personam educandam, alendam, informandam elocandam, & ejusmodi: sed & obligatio adoptati non vocandi in jus sine venia. *l. 8. π. de in jus voc.*

§. 2.

J. C. hod. V. l. 10. C. h. t. §. 14. J. de her. ab int.

Sed hodie ex nostra Constitutione, cum filius-familias à patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datur, jura patris naturalis minime dissolvuntur, nec quicquam (fere) non simpliciter, sed secundum hæc intelligantur, ut intra *pr. de Public. judic. ad patrem adoptivum transit, nec in potestate ejus est: licet ab intestato jura successionis ei à nobis tributa sint. Si vero pater naturalis non extraneo, sed avo filii sui materno, vel, si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo vel proavo simili modo paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem, in hoc casu, qvia concurrunt in unam personam & naturalia, & adoptionis jura, manet stabile jus patris adoptivi naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum, ut & in familia & in potestate hujusmodi patris adoptivi sit.*

Arrogationis effectus

IV. Arrogationis qvoqve effectus certis conditionibus restringitur, ne alter cum alterius præjudicio ex tali negotio locupletior fiat, qvod pro fundamento amorem præ se fert:

§. 3. *Cum*

§. 3.

Cum autem impubes per principale rescriptum adrogatur, causâ cognitâ adrogatio fieri permittitur: & exquiritur causa adrogationis, an honesta sit, expediatq; pupillo, & cum quibusdam conditionibus adrogatio fit: id est, ut careat adrogator persona publica, si inter pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem ejus venturi essent. Item non aliter emancipare eum potest adrogator, nisi causa cognita, dignus emancipatione fuerit, & tunc sua bona ei reddit. Sed &, si decedens pater eum exheredaverit, vel vivus sine justa causa emancipaverit, jubetur quartam partem ei bonorum suorum qvæ mortis suæ tempore relinqvit, *l. fi. π. si quid in fraud patron.* non legitimam solum. *V. Exarc. ad π. 3, 16. relinquere, videlicet, præter bona, qvæ ad patrem adoptivum transtulit, & qvorum commodum ei postea adqvisivit.*

plin. l. Ep. 18. Gel. 5. c. 19. Brisson. Formul. l. 8. p. 723.

V. Illud etiam reqviritur, ut ætate distent inter se adoptans & adoptatus, ut per naturam non impossibile sit, generare sese potuisse.

ætat

§. 4.

Minorem natu majorem non posse adoptare placet: Adoptio enim naturam imitatur: & pro monstro est, ut major sit filius, qvam pater. Debet itaq; is, qvi sibi filium per adoptionem, vel adrogationem facit, plena pubertate, id est, decem & octo annis præcedere.

§. 5.

adoptio in grad. secund.

Licet autem & in locum nepotis, vel neptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps, adoptare, quamvis filium quis non habeat.

L. 43. π. h. l. 37. eo.

§. 6.

secundi in primùm

Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quam nepotem in locum filii.

Conf. *Geneſ.* 48, 5.

§. 7.

conſenſus

Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex filio, quem habet jam adoptatum, vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet: eo caſu & filius conſentire debet, ne ei invito ſuus heres adnaſcatur. Sed ex contrario, ſi avus ex filio nepotem det in adoptionem, non eſt neceſſe filium conſentire.

L. 24. π. h. l. 6. l. 11. π. eo.

§. 8.

Adoptionis adoptio

In plurimis autem cauſis adſimilatur is, qui adoptatus, vel adrogatus eſt, ei, qui ex legitimo matrimonio natus eſt, & ideo ſi quis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præſidem provinciæ non extraneum adoptaverit, poteſt eundem in adoptionem alii dare.

L. 8. C. h. t.

§. 9.

Spadonum

Sed & illud utriusq; adoptionis commune eſt, quod & ii, qui generare non poſſunt: quales ſunt

ſunt ſpadones, adoptare poſſunt: caſtrati autem non poſſunt.

L. 2. §. 1. π. h. l. 39. π. de jur. dot. l. 6. π. de lib. & pr. tl. Novell. Leon. 26.

§. 10.

Fœminæ.

Fœminæ quoq; adoptare non poſſunt: quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habent: ſed ex indulgentia Principis ad ſolatium liberorum amiſſorum adoptare poſſunt.

L. 5. C. h. Nov. Leon. 27.

§. 11.

Liberi arrogati.

Illud proprium eſt adoptionis illius, quæ per Sacrum oraculum fit, quod is, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolum ipſe poteſtati adrogatoris ſubjicitur, ſed etiam liberi ejus in ejusdem fiunt poteſtate, tanquam nepotes. Sic etenim divus Auguſtus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptaſſet: ut protinus adoptione facta incipere Germanicus Auguſti nepos eſſe.

Sveton. in Tiber. Tacit. 1. Ann. 3, 7. & 1. Hiſt. 15.

§. 12.

Adoptio ſervi

Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitatis, ſervos ſi domino adoptati ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari. Unde & nos eruditi in noſtra Conſtitutione etiam cum ſervum, quem dominus actis intervenientibus filium ſuum nominaverit, liberum eſſe conſtituimus: licet hoc adjus filii accipiendum et non ſufficiat.

L. 4. §. Cato. π. de V. G. L. un. C. de Lat. Lib.

Digitized by Google

Vnio prolium

VI. Imperfectæ adoptionis extranei species est Jure Germanico recepta, nuptiis secundis intervenientibus, qva utriusqve conjugis liberi, prioris matrimonii & seqventis, auctoritate Magistratus ac cognitâ causâ, inqvisitisqve summariter utriusqve partis bonis, invicem adoptantur, & ad successionem ab intestato admittuntur, qvæ *Vnio prolium*, ein Kindschaft/ appellatur. de qva *Rickius* tractatum singularem scripsit. *Add. Exerc. ad π.* III. *§.* 17. *seqq.*

8. C. 49. Nov. 81.

TIT. XII.

QVIBVS MODIS JVS P. P. SOLVITVR.

I.

JVs & obligatio naturalis inter parentes & liberos, vivos, nunqvam solvitur, solvitur autem jus & obligatio civilis tum inter vivos, tum morte alterutrius.

Pr.

Videamus nunc qvibus modis ii, qvi alieno juri subjecti sunt, eo jure liberentur. Et qvidem, qvemadmodum liberentur servi à potestate dominorum, ex iis intelligere possumus, qvæ de servis manumittendis superius exposuimus. Hi vero, qvi in potestate parentis sunt, mortuo eo, sui juris

Morte

fiunt. Sed hoc distinctionem recipit: Nam mortuo patre, sane omnimodo filii filiæve sui juris efficiuntur: mortuo verò avo, non omnimodo nepotes neptesve sui juris fiunt; sed ita, si post mortem

avi

avi in potestatem patris sui recasuri non sunt. Itaque si moriente avo pater eorum vivit, & in potestate patris sui est, tunc post obitum avi in potestate patris sui fiunt. Si vero is, quo tempore avus moritur, aut jam mortuus est, aut per emancipationem exiit de potestate patris; tunc ii, qui in potestatem ejus cadere non possunt, sui juris fiunt.

Conf. l. 56. §. 2. π jur. dot. L. 41. π. de adopt.

Capitis minutione.

II. Inter vivos Solvitur P. P. primo *capitis diminutione*, sive status & ejus jurium amissione, maximâ & media, qva libertas aut civitas amittitur, qvarum prior, ad qvam & *pœnæ servitus* per *Nov. 22. c. 8.* sublata pertinet, in foro Germanico exulat, posterior in *Banno* consistit: âqvo differt relegatio, qva non obstante retinetur P. P. sicut & minimâ C. D. qva familia amittitur, §. 3. J. *de cap. demin.* veluti Emancipatione & Adoptione, qvæ tamen novissimo jure successionem ab intestato non amittunt.

Banno

§. 1.

Cum autem is, qvi ob aliqvod maleficium in insulam deportatur, civitatem amittit: sequitur, ut qvi eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde qvasi eo mortuo, desinant liberi in potestate ejus esse. Pari ratione & si is, qvi in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit esse in potestate parentis. Sed si ex indulgentia Principis restituti fuerint, per omnia pristinum statum recipiunt.

Conf. t. 1. π. & C. de sent. pass.

§. 2.

Relegatio

Relegati autem patres in insulam in potestate liberos retinent. Et ex contrario, liberi relegati in potestate parentum remanent.

§. 3.

Pœnæ servitus

Pœnæ servus effectus, filios in potestate habere desinit. Servi autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui bestiis subjiciuntur.

Dignitate qvæ à Curia liberat

III. Secundò Dignitate non cujusvis, sed *Patriciatus Romani*, qvæ summa erat, & potestate major consulari, etsi non præcedentia. qvod tamen Justinianus extendit ad *dignitatem Consularem*, & qvamvis qvæ à Curiali onere liberat, etiam Episcopalem, *Novell. 81.*

§. 4.

Filiusfamilias si militaverit, vel si senator, vel Consul factus fuerit, remanet in potestate patris. Militia enim, vel consularis dignitas de patris potestate filium non liberat. Sed ex Constitutione nostra summa Patriciatus dignitas illico, Imperialibus Codicillis præstitis, filium à potestate patria liberat. Quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare; Imperatoriam autem Celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?

V. l. ult. C. de coss.

captivitate.

IV. Est etiam causa, qvæ non Solvit patriam potestatem, *suspendit* tamen, nempe *captivitas*

vitus in bello justo; sed Christianorum jure ne qvidem suspenditur, sed cum reliqvis juribus, integrum manet etiam patriæ potestatis. de qvo supra.

§. 5.

Si ab hostibus captus fuerit parens, qvamvis servus hostium fiat, tamen pendet jus liberorum, propter jus postliminii: qvia hi, qvi ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina jura recipiunt: id circo reversus etiam liberos habebit in potestate: qvia postliminium fingit, eum, qvi captus est, in civitate semper fuisse. Si vero ibi decesserit, exinde ex qvo captus est pater, filius sui juris fuisse videtur. Ipse qvoq; filius neposve, si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus, propter jus postlimini, jus qvoq; potestatis parentis in suspenso esse. Dictum est autem postliminium, à limine & post. Vnde eum, qvi ab hostibus captus est, & in fines nostros postea pervenit, postliminio reversum recte dicimus. Nam limina, sicut in domo finem qvendam faciunt; sic & imperii finem esse limen, veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est, qvasi finis qvidam & terminus. Ab eo Postliminium dictum est, qvia ad idem limen revertebatur, qvod amiserat. Sed & qvi captus victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

Conf. *l. pen. ff. de suis & legit. t. t. 5. de Captiv. & postlim.*

V. Deniqve solvitur P. P. *Emancipatione*, vel simplici, vel cum adoptione conjuncta, de Emancipatione

qva antea, utraqve tamen ſolenni & judicialiter facta. Sed uſus fori Germanici ſeqvitur magis Jus naturale, atqve ſolâ & extrajudicialiter facta *ſeparatione* familiæ & habitationis ſolvit patriam poteſtatem. *Dauth. de Teſtam. p. 306, Carpz. 2, 10. def. 1. ſqq.*

§. 6.

Emancip. legitima L. XII. Tab. L. ult. C. de adopt. L. ult. C. de emanc. Anaſtaſiana L. 5. C. de emanc. Juſtinianea L. ult. C. de emanc.

Præterea emancipatione qvoq; deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe. Sed emancipatio antea qvidem vel per antiqvam Legis obſervationem procedebat, qvæ per imaginarias venditiones, & intercedentes manumiſſiones celebrabatur; vel ex imperiali Reſcripto. Noſtra autem providentia etiam hoc in melius per Conſtitutionem reformavit: ut fictione priſtina exploſa, recta via ad competentes judices, vel magiſtratus, parentes intrent: & filios ſuos vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, á ſua manu dimittant. Et tunc ex Edicto Prætoris in bonis ejusmodi filii, vel filiæ, vel nepotis, vel neptis, qvi, qvæve á parente manumiſſus, vel manumiſſa fuerit, eadem jura præſtantur parenti, qvæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Et præterea, ſi impubes ſit filius, vel filia, vel ceteri: ipſe parens ex manumiſſione tutelam ejus nanciſcitur.

§. 7.

arbitrium emancipandi

Admonendi autem ſumus, liberum arbitrium eſſe ei, qvi filium, & ex eo nepotem vel neptem in poteſtate habet, filium qvidem de poteſtate dimittere, nepotem verò vel neptem retinere; & è

conv

converſo, filium quidem in poteſtate retinere, nepotem verò vel neptem manumittere: vel omnes ſui juris efficere. Eadem & de pronepote & pronepte dicta eſſe intelligantur.

§. 8.

Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet, avo, vel proavo naturali ſecundum noſtras Conſtitutiones ſuper his habitas, in adoptionem dederit, id eſt, ſi hoc ipſum actis intervenientibus apud competentem judicem manifeſtaverit, præſente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo præſente, qui adoptat: ſolvitur quidem jus poteſtatis patris naturalis: tranſit autem in hujuſmodi parentem adoptivum, in cujus perſona & adoptionem eſſe plenſſimam antea diximus. L. ult. C. de adopt L. f. C. de emanc.

§. 9.

Illud autem ſcire oportet, quod ſi nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium poſtea emancipaveris, vel in adoptionem dederis prægnante nuru tua; nihil ominus, quod ex ea naſcitur, in poteſtate tua naſcitur, quod ſi poſt emancipationem, vel adoptionem conceptus fuerit; patris ſui emancipati, vel avi adoptivi poteſtati ſubjicitur. Nepos emancipati

§. 10.

Et quidem neq; naturales liberi, neq; adoptivi ullo pene modo poſſunt cogere parentes, de poteſtate ſua eos dimittere. jus emancipandi

VI. Hactenus jura privatorum in ſocietate herili, conjugali, atqve paterna vidimus, qvæ unum domeſticum atqve Familiæ ſtatum conſtituunt. Præter qvem etiam Status Civitatis Status Civitatis

publicus datur, secundum qvem personæ dividuntur in Cives & Peregrinos, ac Cives in imperantes & parentes; Civis generatim est, qvi habet jus Civitatis; Peregrinus, qvi eodem caret. Atqve in hac generali significatione inter cives etiam numerantur pueri & mulieres, & qvi in servitio civium sunt, qvia non sunt peregrini, sed ex civitate oriundi, vel in eam sive mediate sive immediate recepti. Magis propriè Cives sunt, qvi *capaces* sunt munerum & honorum civilium, *t. t. π. ad Municip, & de incolis.* Maximè propriè, qvi eorum sunt *participes*, ut Decuriones, Senatores & Magistratus. *tt. tt. π. & C. de officiis Magistratuum, & de Decurionibus, de Munerib. & honor, &c.* atqve ita vocabulo hoc utitur Aristot. *3. Pol. 1. & 3. at q. 7. Vid. Marsil. Patavin. Defens. Pac. P. 1. c. 12.*

Civis

Etsi vero prohibitum Jure Qviritum, aliqvem esse duarum civitatum, h. e. Romanæ & alterius civem, *Cic. pro C. Balb. c. 11. seqq. & pro Cæcin. c. 34.* Jure tamen Græcorum & aliarum gentium, secus, multò minus Jure naturali: qvorum ductum & nos seqvimur. V. Arnisæ. *Relect. Pol. 1. c. 5. 6. 7.* Bœcler. *Just. Pol. 1, 6.*

pluri um civita. tum

VII. Porro Jus Civitatis triplex hodie est, *locale*, qvod civem vel incolam facit alicujus civitatis, municipii, vici, aut communitatis, ubi forum domicilii habet, eoqve respectu peregrinus est, qvicunqve ibidem domicilii forum non habet, *Forensis* vulgò dictus. Aliud est *Provinciale*, qvi eidem domino territoriali sunt subje-

Jus civit. locale

provinciale

subjecti, sive ejusdem territorii cives sunt, sive cum jure suffragii publico, qvi *Status Provinciales* vocantur, sive sine eo, & sic peregrini sunt, qvi extra territorium nostrum domicilium habent, etiam Forenses dicti. Deniqve tertium est *Universale* seu Imperiale jus civitatis, qvo qvis est membrum Imperio Germanico subjectum, sive mediate, ut cives priorum generum, sive immediate, & sive cum suffragio publico, ut *Status Imperii*, sive absqve illo, ut Nobilitas immediata. His oppositi Peregrini sunt, qvi aliis Regnis atqve Rebus publ. parent, exterarum nationum cives. Qvare etsi veteri jure, Qviritum cives Romani non erant Provinciales homines, nisi jus civitatis specialiter acqvisivissent, ex Constitutione tamen Imp. Antonini, cives Romani effecti sunt, qvicunqve in orbe Romano sunt, *l. 17. π. de stat. hom. Novell. 78. c. 5.* Deniqve omnes omnium nationum peregrini hanc juris universalis particulam per Authent. Friderici II. acceperunt, ut possint in Imperio testamenta liberè condere, & bona sua etiam ab intestato suis relinqvere. *Auth. omnes, C. commun. de succeff.*

Vniversale

Peregrini

VIII. Cives generatim differunt τῇ ἀξίᾳ, ac statu dignitatis, alii Nobiles, alii Plebeji qvorum illi porro suos obtinent gradus, ad qvos etiam non genere, sed doctrinâ nobiles censentur, qvi *Doctores* appellantur *T. t. C. de dignitat. Tiraqvel. de Nobil. Nolden. de stat. nobilit.* Sed qvum hæc ad Jus publicum pertineant, hîc autem

Civium differentia

tem Juris privati Institutiones tradamus, plura de iis non addimus, sed qvæ actiones ex jure personarum oriantur, videamus.

Actio ex jure circa personas

IX. Etsi vero summa divisio Actionis dicitur in Realem & Personalem, §. 1. J. de act. & si actiones ex jure circa personas ortum ad alterutram classem referri oportet, in rem magis, qvam in personam esse videntur, §. 30. eo. tamen sicuti jus circa personas peculiarem juris speciem constituit, ita & ejus persecutio, sive *confessoria*, qva jus circa personas prætenditur, sive *negatoria*, qva ab aliis prætensum destruitur; qvæ proinde etiam peculiari nomine *Præjudicii & præjudicialis actionis* venit, sed præter ea & alia tantum remedia, nam liberæ personæ, qvæ sunt juris nostri, ut liberi & parentes, conjuges, cognati, cives atqve subditi, non petuntur actionibus realibus, sed aut Præjudiciis, aut Interdictis, aut cognitione Prætoriâ, *l. 1. π. de R. V.* Præjudicia appellantur, qvia cæteris sive in rem sive in personam intentatis actionibus solent viam aperire, qvæstione status obstructam. Differunt autem *Præjudicium & Cognitio Prætoria*, ut ordinarium & summarium, ita ut in Cognitionis processu ipse Prætor judicat, in Præjudiciali etiam judicem det, *l. 3. §. 7. π. de lib. hom. exhib.* ibi: *si qværatur.* in actione personali vel reali instituta, coram judice dato, per exceptionem *de statu, non oportet præjudicium fieri* à judice pedaneo *alienæ cognitioni* Prætoris vel Præsidis, coram qvibus *cognitionem*

præjudicialis

exer-

exercere actor dicitur, *l. 1. π. si ingen. esse dic.* & præjudicium reddi *l. ult. eod.* Et potest vel civiliter intendi vel criminaliter, ut ex L. Fabia de plagiariis, *l. 3. pr. π. de plagiar.* Porro Præjudicium & Cognitio ab *Interdictis* & actionibus ex his oriundis differunt, ut Petitorium à Possessorio, atqve in illis jus, in his possessio est probanda *V. l. 2. §. 1. π. de Interdict.* Præter hæc tria remedia, qvæ jure partis veniunt, datur etiam *Officium Judicis* sive *Inquisitorius* processus, qvo judex ex officio in statum hominis inqvirit, qvod fieri etiam potest neutra parte petente, aut utraqve invitâ. Remedia possessoria. Inqvisitio

X. Jus qvod his remediis persequimur, jam antea fuit per partes expositum: Jus scilicet libertatis aut servitutis, vel libertinitatis: V. *Husan.* & qvi *de homin. propr.* scripserunt. Jus matrimonii: jus familiæ, sive patrium, sive filiationis, *t. t. de agnosc. lib.* V. Mascard. *de Probat. 2. concl. 286. seqq.* Gail. *2. O. 97.* Christin. *ad Constit. Mechlin 18, 4.* Pacian. *2. de Probat. 6.* sive cognationis: jus deniqve civitatis aut potestatis publicæ, *l. 37. π. ad Municip.* Videtur etiam jus *tutelæ*, sive *vicariæ* potestatis patriæ, in personam liberam ita peti posse, præsertim inter personas illustres & principes Imperii. Jus qvod persequimur

De qva specie juris circa personas deinceps.

TIT.

Vnio prolium

VI. Imperfectæ adoptionis extranei ſpecies eſt Jure Germanico recepta, nuptiis ſecundis intervenientibus, qva utriusqve conjugis liberi, prioris matrimonii & ſeqventis, auctoritate Magiſtratus ac cognitâ cauſâ, inqviſitisqve ſummariter utriusqve partis bonis, invicem adoptantur, & ad ſucceſſionem ab inteſtato admittuntur, qvæ *Vnio prolium*, ein Kindſchafft appellatur. de qva *Rickius* tractatum ſingularem ſcripſit. *Add. Exerc. ad π.* III. *§. 17. ſeqq.*

8. C. 49. Nov. 81.

TIT. XII.

QVIBVS MODIS JVS P. P. SOLVITVR.

I.

JVs & obligatio naturalis inter parentes & liberos, vivos, nunqvam ſolvitur, ſolvitur autem jus & obligatio civilis tum inter vivos, tum morte alterutrius.

Pr.

Videamus nunc qvibus modis ii, qvi aliena juri ſubjecti ſunt, eo jure liberentur. Et qvidem, qvemadmodum liberentur ſervi à poteſtate dominorum, ex iis intelligere poſſumus, qvæ de ſervis manumittendis ſuperius expoſuimus. Hi vero, qvi in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo, ſui juris

Morte

fiunt. Sed hoc diſtinctionem recipit: Nam mortuo patre, ſane omnimodo filii filiæve ſui juris efficiuntur: mortuo verò avo, non omnimodo nepotes neptesve ſui juris fiunt; ſed ita, ſi poſt mortem

avi

avi in potestatem patris sui recasuri non sunt. Itaque si moriente avo pater eorum vivit, & in potestate patris sui est, tunc post obitum avi in potestate patris sui sunt. Si vero is, quo tempore avus moritur, aut jam mortuus est, aut per emancipationem exiit de potestate patris; tunc ii, qui in potestatem ejus cadere non possunt, sui juris fiunt.

Conf. l. 56. §. 2. ff. jur. dot. L. 41. ff. de adopt.

Capitis minutione.

II. Inter vivos Solvitur P. P. primo *capitis diminutione*, sive status & ejus jurium amissione, maximâ & media, qva libertas aut civitas amittitur, qvarum prior, ad qvam & *pœnæ servitus* per *Nov. 22. c. 8.* sublata pertinet, in foro Germanico exulat, posterior in *Banno* consistit: â qvo differt relegatio, qva non obstante retinetur P. P. sicut & minimâ C. D. qva familia amittitur, §. 3. J. *de cap. demin.* veluti Emancipatione & Adoptione, qvæ tamen novissimo jure successionem ab intestato non amittunt.

Banno

§. 1.

Cum autem is, qvi ob aliqvod maleficium in insulam deportatur, civitatem amittit: sequitur, ut qvi eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde qvasi eo mortuo, desinant liberi in potestate ejus esse. Pari ratione & si is, qvi in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, definit esse in potestate parentis. Sed si ex indulgentia Principis restituti fuerint, per omnia pristinum statum recipiunt.

Conf. t. t. ff. & C. de sent. pass.

§. 2.

Relegatio

Relegati autem patres in insulam in potestate liberos retinent. Et ex contrario, liberi relegati in potestate parentum remanent.

§. 3.

Pœnæ servus effectus

Pœna servus effectus, filios in potestate habere desinit. Servi autem pœna efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui bestiis subjiciuntur.

Dignitate qvæ à Curia liberat

III. Secundò Dignitate non cujusvis, sed *Patriciatus Romani*, qvæ summa erat, & potestate major consulari, etsi non præcedentia. qvod tamen Justinianus extendit ad *dignitatem Consularem*, & qvamvis qvæ á Curiali onere liberat, etiam Episcopalem, *Novell. 81.*

§. 4.

Filiusfamilias si militaverit, vel si senator, vel Consul factus fuerit, remanet in potestate patris. Militia enim, vel consularis dignitas de patris potestate filium non liberat. Sed ex Constitutione nostra summa Patriciatus dignitas illico, Imperialibus Codicillis præstitis, filium á potestate patria liberat. Quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare; Imperatoriam autem Celsitudinem non valere eum, qvem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?

V. l. ult. C. de coss.

captivitate.

IV. Est etiam causa, qvæ non Solvit patriam potestatem, *suspendit* tamen, nempe *captivitas*

vitas in bello justo; sed Christianorum jure ne qvidem suspenditur, sed cum reliqvis juribus, integrum manet etiam patriæ potestatis. de qvo supra.

§. 5.

Si ab hostibus captus fuerit parens, qvamvis servus hostium fiat, tamen pendet jus liberorum, propter jus postliminii: qvia hi, qvi ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina jura recipiunt: id circo reversus etiam liberos habebit in potestate: qvia postliminium fingit, eum, qvi captus est, in civitate semper fuisse. Si vero ibi decesserit, exinde ex qvo captus est pater, filius sui juris fuisse videtur. Ipse qvoq; filius neposve, si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus, propter jus postlimini, jus qvoq; potestatis parentis in suspenso esse. Dictum est autem postliminium, à limine & post. Vnde eum, qvi ab hostibus captus est, & in fines nostros postea pervenit, postliminio reversum recte dicimus. Nam limina, sicut in domo finem qvendam faciunt; sic & imperii finem esse limen, veteres voluerunt. Hinc & livien dictum est, qvasi finis qvidam & terminus. Ab eo Postliminium dictum est, qvia ad idem limen revertebatur, qvod amiserat. Sed & qvi captus victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

Conf. *l. pen. π. de suis & legit. t. t. 5. de Captiv. & postlim.*

V. Deniqve solvitur P. P. *Emancipatione*, vel simplici, vel cum adoptione conjuncta, de qva

Emancipatione

qva antea, utraqve tamen ſolenni & judicialiter facta. Sed uſus fori Germanici ſeqvitur magis Jus naturale, atqve ſolâ & extrajudicialiter facta *ſeparatione* familiæ & habitationis ſolvit patriam poteſtatem. *Dauth. de Teſtam. p. 306. Carpz. 2, 10. def. 1. ſqq.*

§. 6.

Emancip. legitima L. XII. Tab. L. ult. C. de adopt. L. ult. C. de emanc. Anaſtaſiana L. 5. C. de emanc. Juſtinianea L. ult. C. de emanc.

Præterea emancipatione qvoq; deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe. Sed emancipatio antea quidem vel per antiqvam Legis obſervationem procedebat, qvæ per imaginarias venditiones, & intercedentes manumiſſiones celebrabatur; vel ex imperiali Reſcripto. Noſtra autem providentia etiam hoc in melius per Conſtitutionem reformavit: ut fictione priſtina exploſa, recta via ad competentes judices, vel magiſtratus, parentes intrent: & filios ſuos vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, à ſua manu dimittant. Et tunc ex Edicto Prætoris in bonis ejusmodi filii, vel filiæ, vel nepotis, vel neptis, qvi, qvæve à parente manumiſſus, vel manumiſſa fuerit, eadem jura præſtantur parenti, qvæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Et præterea, ſi impubes ſit filius, vel filia, vel ceteri: ipſe parens ex manumiſſione tutelam ejus nanciſcitur.

§. 7.

arbitrium emancipandi

Admonendi autem ſumus, liberum arbitrium eſſe ei, qvi filium, & ex eo nepotem vel neptem in poteſtate habet, filium qvidem de poteſtate dimittere, nepotem verò vel neptem retinere; & è

conv

converſo, filium quidem in poteſtate retinere, nepotem verò vel neptem manumittere: vel omnes ſui juris efficere. Eadem & de pronepote & pronepte dicta eſſe intelligantur.

§. 8.

Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet, avo, vel proavo naturali ſecundum noſtras Conſtitutiones ſuper his habitas, in adoptionem dederit, id eſt, ſi hoc ipſum actis intervenientibus apud competentem judicem manifeſtaverit, preſente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo preſente, qui adoptat: ſolvitur quidem jus poteſtatis patris naturalis: tranſit autem in hujusmodi parentem adoptivum, in cujus perſona & adoptionem eſſe plenſſimam antea diximus. L. ult. C. de adopt L. f. C. de emanc.

§. 9.

Illud autem ſcire oportet, quod ſi nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium poſtea emancipaveris, vel in adoptionem dederis prægnante nurus tua; nihil ominus, quod ex ea naſcitur, in poteſtate tua naſcitur, quod ſi poſt emancipationem, vel adoptionem conceptus fuerit; patris ſui emancipati, vel avi adoptivi poteſtati ſubjicitur. Nepos emancipati

§. 10.

Et quidem neq; naturales liberi, neq; adoptivi ullo pene modo poſſunt cogere parentes, de poteſtate ſua eos dimittere. jus emancipandi

VI. Hactenus jura privatorum in ſocietate herili, conjugali, atqve paterna vidimus, qvæ unum domeſticum atqve Familiæ ſtatum conſtituunt. Præter qvem etiam Status Civitatis Status Civitatis

publicus datur, secundum qvem personæ dividuntur in Cives & Peregrinos, ac Cives in imperantes & parentes; Civis generatim est, qvi habet jus Civitatis; Peregrinus, qvi eodem caret. Atqve in hac generali significatione inter cives etiam numerantur pueri & mulieres, & qvi in servitio civium sunt, qvia non sunt peregrini, sed ex civitate oriundi, vel in eam sive mediate sive immediate recepti. Magis propriè Cives sunt, qvi *capaces* sunt munerum & honorum civilium, *t. t. π. ad Municip, & de incolis.* Maximè propriè, qvi eorum sunt *participes*, ut Decuriones, Senatores & Magistratus. *tt. tt. π. & C. de officiis Magistratuum, & de Decurionibus, de Muneribus & honor, &c.* atqve ita vocabulo hoc utitur Aristot. *3. Pol. 1. & 3. at q. 7. Vid. Marsil. Patavin. Defens. Pac. P. 1. c. 12.*

Civis

Etsi vero prohibitum Jure Qviritum, aliqvem esse duarum civitatum, h e. Romanæ & alterius civem, *Cic. pro C. Balb. c. 11. seqq. & pro Cæcin. c. 34.* Jure tamen Græcorum & aliarum gentium, secus, multò minus Jure naturali: qvorum ductum & nos seqvimur. V. Arnisæ. *Select. Pol. 1. c. 5. 6. 7.* Bœcler. *Just. Pol. 1, 6.*

pluri um civita. tum

VII. Porro Jus Civitatis triplex hodie est, *locale*, qvod civem vel incolam facit alicujus civitatis, municipii, vici, aut communitatis, ubi forum domicilii habet, eoqve respectu peregrinus est, qvicunqve ibidem domicilii forum non habet, *Forensis* vulgò dictus. Aliud est *Provinciale*, qvi eidem domino territoriali sunt subje-

Jus civit. locale

provinciale

subjecti, sive ejusdem territorii cives sunt, sive cum jure suffragii publico, qvi *Status Provinciales* vocantur, sive sine eo, & sic peregrini sunt, qvi extra territorium nostrum domicilium habent, etiam Forenses dicti. Deniqve tertium est *Universale* seu Imperiale jus civitatis, qvo qvis est membrum Imperio Germanico subjectum, sive mediate, ut cives priorum generum, sive immediate, & sive cum suffragio publico, ut *Status Imperii*, sive absqve illo, ut Nobilitas immediata. His oppositi Peregrini sunt, qvi aliis Regnis atqve Rebus publ. parent, exterarum nationum cives. Qvare etsi veteri jure Qviritum cives Romani non erant Provinciales homines, nisi jus civitatis specialiter acqvisivissent, ex Constitutione tamen Imp. Antonini, cives Romani effecti sunt, qvicunqve in orbe Romano sunt, *l. 17. π. de stat. hom. Novell. 78. c. 5.* Deniqve omnes omnium nationum peregrini hanc juris universalis particulam per Authent. Friderici II. acceperunt, ut possint in Imperio testamenta liberè condere, & bona sua etiam ab intestato suis relinqvere. *Auth. omnes, C. commun. de succeff.*

Vniversale

Peregrini

VIII. Cives generatim differunt τῇ ἀξίᾳ, ac statu dignitatis, alii Nobiles, alii Plebeji qvorum illi porro suos obtinent gradus, ad qvos etiam non genere, sed doctrinâ nobiles censentur, qvi *Doctores* appellantur *T. t. C. de dignitat. Tiraqvel. de Nobil. Nolden. de stat. nobilit.* Sed qvum hæc ad Jus publicum pertineant, hîc autem

Civium differentia

tem Juris privati Institutiones tradamus, plura de iis non addimus, sed qvæ actiones ex jure personarum oriantur, videamus.

Actio ex jure circa personas

IX. Etsi vero summa divisio Actionis dicitur in Realem & Personalem, §. 1. J. de act. & si actiones ex jure circa personas ortum ad alterutram classem referri oportet, in rem magis, qvam in personam esse videntur, §. 30. eo. tamen sicuti jus circa personas peculiarem juris speciem constituit, ita & ejus persecutio, sive *confessoria*, qva jus circa personas prætenditur, sive *negatoria*, qva ab aliis prætensum destruitur; qvæ proinde etiam peculiari nomine *Præjudicii* & *præjudicialis actionis* venit, sed præter ea & alia tantur remedia, nam liberæ personæ, qvæ sunt juris nostri, ut liberi & parentes, conjuges, cognati, cives atqve subditi, non petuntur actionibus realibus, sed aut Præjudiciis, aut Interdictis, aut cognitione Prætoriâ, *l. 1. π. de R. V.* Præjudicia appellantur, qvia cæteris sive in rem sive in personam intentatis actionibus solent viam aperire, qvæstione status obstructam. Differunt autem *Præjudicium* & *Cognitio Prætoria*, ut ordinarium & summarium, ita ut in Cognitionis processu ipse Prætor jus dicat, in Præjudiciali etiam judicem det, *l. 3. §. 7. π. de lib. hom. exhib.* ibi: *si qværatur.* in actione personali vel reali instituta, coram judice dato, per exceptionem *de statu, non oportet præjudicium fieri* à judice pedaneo *alienæ cognitioni* Prætoris vel Præsidis, coram qvibus *cognitionem*

præjudicialis

exer-

exercere actor dicitur, *l. 1. π. si ingen. esse dic.* & præjudicium reddi *l. ult. eod.* Et potest vel civiliter intendi vel criminaliter, ut ex L. Fabia de plagiariis, *l. 3. pr. π. de plagiar.* Porro Præjudicium & Cognitio ab *Interdictis* & actionibus ex his oriundis differunt, ut Petitorium â Possessorio, atqve in illis jus, in his possessio est probanda *V. l. 2. §. 1. π. de Interdict.* Præter hæc tria remedia, qvæ jure partis veniunt, datur etiam *Officium Judicis* sive *Inqvisitorius* processus, qvo judex ex officio in latum hominis inqvirit, qvod fieri etiam potest neutra parte petente, aut utraqve invitâ.

Remedia possessoria.

Inqvisitio

X. Jus qvod his remediis persequimur, jam antea fuit per partes expositum: Jus scilicet libertatis aut servitutis, vel libertinitatis: V. *Husan.* & qvi *de homin. propr.* scripserunt. Jus matrimonii: jus familiæ, sive patrium, sive filiationis, *t. t. de agnosc. lib.* V. Mascard. *de Probat. 2. concl. 286. seqq.* Gail. *2. O. 97.* Christin. *ad Constit. Mechlin 18, 4.* Pacian. *2. de Probat. 6.* sive cognationis: jus deniqve civitatis aut potestatis publicæ, *l. 37. π. ad Manicip.* Videtur etiam jus *tutelæ*, sive *vicariæ* potestatis patriæ, in personam liberam ita peti posse, præsertim inter personas illustres & principes Imperii.

Jus qvod persequimur

De qva specie juris circa personas deinceps.

TIT.

TIT. XIII.

DE TVTELIS

26. ff. 1. ſqq. 5. C. 28. ſeqq. Nov. 72.

I.

Origo ex J.N. & G.

ET jus naturæ divinum átqve gentium, & cujuslibet civitatis Lex maxime urget ſollicitudinem circa pupillos, tam qvoad eorum perſonas educandas & inſtituendas quam qvoad res eorum adminiſtrandas, qvum hæc recte fieri permultum Reipubl. interſit, & DEVS ipſe jubeat; *Exod.* XXII, *22. ſq. Hiob.* XXIV, *9. 18. Jerem.* XXII, *Deut.* X, *18. Pſalm. 68, 6. & 146, 9.* Conf. Heſiod. *op. & dier. 330.* Impuberes, ait Juſtin. in tutela eſſe, naturali juri conveniens eſt, ut is, qvi perfectæ ætatis non eſt, alterius tutela regatur, *§. pen. J. de Attilian. tut.* Etſi potro pupillus eſt perſona libera ſui juris, & rerum ſuarum dominus, qvia tamen judicio ac voluntate nondum per ætatem uti poteſt, itaqve poteſtas exercendi illius juris interim conceſſa eſt tutori, ut & perſonam regat, & res adminiſtret.

Pr.

connexio

Tranſeamus nunc ad aliam diviſionem perſonarum. Nam ex his perſonis, qvæ in poteſtate non ſunt, qvædam vel in tutela ſunt, vel in curatione, qvædam neutro jure tenentur. Videamus ergo de his, qvæ in tutela, vel curatione ſunt. Ita enim intelligemus ceteras perſonas, qvæ neutro jure tenen-

tenentur. Ac prius aſpiciamus de his, quæ in tutela ſunt.

§. 1.

Eſt autem Tutela (ut Servius definivit) vis ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qvi per ætatem ſe ipſe defendere nequit, Jure civili data & permiſſa. Tutela qvid

§ 2.

Tutores ſunt, qvi eam vim ac poteſtatem habent, exqve ipſa re nomen acceperunt. Itaqve appellantur tutores, quaſi tuitores atqve defenſores: ſicut æditui dicuntur, qvi ædes tuentur. Tutor qvid

II. Cum multum interſit civitatis. recte ſollicitum eſſe de pupillis ſuorum civium & incolarum, conſeqvens eſt, *magiſtratui* cujusqve communitatis hanc curam incumbere, atqve hoc *jus conſtituendi* principaliter competere. Qvod qvum ſit Juris naturalis atqve gentium, Jus tamen Civile Græcanicum, *Plato lib. XI. de LL.* & Romanum, *h. t.* onere conſtituendi ſublevavit magiſtra tum duplici modo, tum conceſſa parentibus poteſtate per *teſtamentum*, vel codicillos teſtamento confirmatos, *l. 3. de teſtam. tut.* dandi tutorem, tum *lege* lata, qva deficientibus teſtamentariis, jure ipſo ad tutelæ onus vocati agnati, ſucceſſuri. Eſt enim Tutela jus & poteſtas non mera, ſed cum neceſſitate ſeu obligatione conjuncta, ex *qvaſi contractu* orta, qvi inter pupillum & tutores geritur, lege ſupplente conſenſum pupilli: atqve is duobus actibus conſtat, *delatione* ſive teſtamentaria ſive Jus conſtituendi penes qvem

legi-

legitima, sive judiciali, & *Susceptione*, de qva postea.

§. 3.

Qvibus testamento tutor datur

Permissum est itaqve parentibus, liberis impubcribus, qvos in potestate habent, testamento tutores dare. Et hoc in filios filiasq; procedit omnimodo: nepotibus verò neptibusq; ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatem patris sui non sunt recasuri. Itaq; si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua sit, nepotes ex eo non poterunt ex testamento tuo tutores habere, qvamvis in potestate tua fuerint: scilicet, qvia mortuo te, in potestatem patris sui recasuri sunt.

Conf. l. pen. π. de testam. tut.

§. 4.

etiam posthumis

Cum autem in compluribus aliis causis posthumi pro jam natis habeantur: & in hac causa placuit non minus posthumis, qvam jam natis testamento tutores dari posse. Si modo in ea causa sint, ut si vivis parentibus nascerentur, sui heredes, & in potestate eorum fierent.

§. 5.

Emancipatis

Sed & si emancipato filio tutor à patre datus fuerit testamento, confirmandus est ex sententia Præsidis omni modo, i.e. sine inqvisitione. Similiter & naturali filio, *l. 7. pr. π. de confirm. tut. l. ult. C. eo.* aut si mater, vel extraneus dederit pupillo herede instituto, *l. 1. §. 1. π. de confirm. tut. l. 4. de test. tut.* aut pater non juste dederit, *l. 1. §. 1. & l. 3. π. de confirm. tut. l. 2. C. eo.*

III. Ger-

III. Germanicum Forum recepit qvidem jus hoc Romanum, sed ita ut à regula Juris gentium minus recederet, atqve utriusqve generis tutores sive testamontarios sive legitimos â Magistratu confirmandos esse juberet, per *Constit. Polit. de anno 1548. t. 31. §. 2. & 1577. t. 32. §. 2.* non omnimodo, sed cum inqvisitione, h. e. ut in personæ habilitatem inqvirere jus sit, *V. l. 7. π. de confirm. tut.* nec exceptis testamentis *illustrium* personarum. *Dn. Andler. lib. 2. Jurispr. t. 5. num. 26. V. Exerc. ad π.* XXXVII. 39. J. Germ.

TIT. XIV.

26. π. 2. §. C. 28.

QVI TESTAMENTO TVTORES DARI POSSVNT.

Pr.

DAri autem tutor potest testamento non solum paterfamilias, sed etiam filiusfamilias. Filiusf.

§. 1.

Sed & servus proprius testamento cum libertate recte tutor dari potest. Sed sciendum est, eum sine libertate tutorem datum, tacite libertatem directam accepisse videri: & per hoc recte tutorem esse. Plane si per errorem, qvasi liber, tutor datus sit, aliud dicendum est. Servus autem alienus purè inutiliter testamento datur tutor: sed ita, cum liber erit, utiliter detur. Proprius autem servus inutiliter eo modo tutor datur. servus.

Conf. l. 9. π. de fideic. libert. l. 22. π. de candit. inst.

an Privatus illustri

I. Ex qvo perperam colligitur, *privatum* posse dari tutorem personæ *illustri*, jus Status Imperii obtinenti, qvum in tutorem pupilli, qvi Status Imperii est, cadat *jus sessionis & suffragii* in Comitiis, atqve impetratio *Investituræ* in sua persona, qvæ tamen in personam privatam non cadunt. *V. Exercit. ad π.* XXXVII, *10. sq.*

An Judæus Christiano

Rectius verò, Judæum esse incapacem tutelæ in pupillum Christianum, qvia Jure Teutonico Judæi sunt servilis conditionis, respectu Cameræ Imperialis, ita ut omnis potestas circa personas Christianorum ipsis ademta sit, *Ibid. §. 19. sqq.*

Electoralis tutor an testamento dari potest

II. Testamentariæ tutelæ an Electores Imperii capaces sint, dubitatum est, propter textum Aureæ Bullæ *C. VII. §. 2* qvo tutela Electoralis defertur agnato proximo. Sed qvum tempore conditæ A. B. res testamentaria Juris Romani nondum usu fori recepta esset, postea autem inter Status qvoqve receptam eam & Cameræ observari præceptam esse constet, *Ord. Camer. 1555. P. 1. t. 57. Gail. 1. O. 36, 14. H. Conring. de O. J. G. c. 33.* non potest restrictiva interpretatio posterioris per priorem, locum invenire, id enim per se absurdum esset qvum legis prioris nulla sit vis in posteriorem: & hic posterior vim ampliandi habeat. *V. Exercit. prædict.* XXXVII. *29.*

§. 2.

Furiosus Minor, qvatenus datur

Furiosus vel minor viginti qvinq. annis tutor

tor testamento datus, tutor tunc erit, cum compos mentis, aut major viginti qvinqve annis fuerit factus.

§. 3.

Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub conditione, vel ante heredis institutionem posse dari tutorem, non dubitatur. Qvibus modis

Conf. l. 77 de reg. jur.

§. 4.

Certæ autem rei vel causæ tutor dari non potest: qvia personæ, non causæ, vel rei tutor datur. An rei vel causæ

§. 5.

Si qvis filiabus suis vel filiis tutores dederit, etiam posthumæ vel posthumo dedisse videtur: qvia filii vel filiæ appellatione & posthumus & posthumæ continentur. Qvod si nepotes sint, an appellatione filiorum & ipsis tutores dati sint? Dicendum est, ut & ipsis qvoq; dati videantur; si modo liberos dixerit. Ceterum si filios, non continebuntur. Aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Plane si posteris dederit, tam filii posthumi, qvàm ceteri liberi continebuntur. Datifiliis qvi intelligantur

In fine legendum videtur *posthumis*, pro *posteris* ex *l. 6. π. de testam. tut.* unde hic texus excerptus est.

Conf. *l. 84. l. 201. l. 164. π. de V. S. Exerc. ad π. 3, 14.*

TIT. XV.

26. π. 4. 5. C. 30.

DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA.

I.

origo ex J. N. G.

TEstamentariis tutoribus non extantibus legitimi locum inveniunt, *jure successionis* id qvod etiam Juri Nat. & Gent. est consentaneum, ut ii potissimum bona pupillaria administrent, qvi ob successionis spem rem qvasi suam curant: sed & jus circa personam educandam iisdem debetur, ob præsumtum amorem nativum: qvanqvam ubi suspicio esse potest de insidiis vitæ pupillo struendis & de hereditate captanda, educatio â Lege aut Magistratu aliis committenda.

J. Rom. vetus

II. Porrò successionis jus nec naturali nec gentium jure plane definitum, nisi qvod omni jure agnati succedant, cognatis sæpe exclusis, qvod & jure Romano obtinuit.

Pr.

Qvibus autem testamento tutor datus non est, his ex Lege duodecim tabularum agnati sunt tutores, qvi vocantur legitimi.

§. 1.

Agnati & Cognati diff.

Sunt autem agnati, cognati per virilis sexus cognationem conjuncti, qvasi â patre cognati: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, neposve ex eo: item patruus, & patrui filius, neposve ex eo. Atqui qvi per fœminini sexus personas cognatione junguntur, agnati non sunt, sed alias natu-

naturali jure cognati. itaq; amitæ tuæ filius non est tibi agnatus, sed cognatus, & invicem tuilli eodem jure conjungeris: quia, qui ex ea nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.

§. 2.

Quod autem Lex duodecim tabularum ab intestato vocat ad tutelam agnatos: non hanc habet significationem, si omnino non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare: sed si, quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit; quod tunc quoq; accidere intelligitur, cum is, qui datus est tutor, viro testatore decesserit. Intestatus quis

§. 3.

Sed agnationis quidem jus omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur; nam agnatio Juris civilis nomen est: cognationis vero jus non omnibus modis commutatur, quia civilis ratio civilia quidem jura corrumpere potest, naturalia verò non utiq;. Capitis minutionis vis

Tit. XVI.

De Capitis Deminvtione. 4. π. 5.

Pr.

Est autem capitis deminutio prioris status mutatio: eaq; tribus modis accidit. Nam aut maxima est capitis deminutio, aut minor, (quam quidam mediam vocant) aut minima. ejus natura & differentia

§. 1.

Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul & civitatem & libertatem amittit: quod maxima

accidit his, qui servi pœnæ efficiuntur atrocitate sententiæ: vel libertis, ut ingratis erga Patronos condemnatis: vel his, qui se ad pretium participandum venundari passi sunt.

Conf. *Novell. 22. c. 8.* Novell. *Leon. 59.*

§. 2.

Minor — *Minor, sive media capitis deminutio est, cum civitas quidem amittitur, libertas verò retinetur; quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei, qui in insulam deportatus est.*

Conf. *l. 5. ff. de extraord. cognit.*

§. 3.

Minima — *Minima capitis deminutio est, cum civitas retinetur, & libertas, sed status hominis commutatur: quod accidit his, qui cum sui juris fuerint, cœperunt alieno juri subjecti esse; vel contra: veluti si filiusfamilias à patre emancipatus fuerit, est capite deminutus.*

§. 4.

non cadit in servum — *Servus autem manumissus capite non minuitur: quia nullum caput habuit.*

§. 5.

differt à dignitatis privatione — *Quibus autem dignitas magis, quàm status permutatur, capite non minuuntur; & ideo à senatu motos, capite nod minui, constat.*

Conf. *d. l. 5. ff. de extraord. cognit.*

§. 6.

effectus quoad jus cognationis — *Quod autem dictum est manere cognationis jus etiam post capitis deminutionem: hoc ita est, si minima capitis deminutio interveniat, ma-*

net

vel etiam cognatio. nam si maxima capitis deminutio interveniat, jus quoq; cognationis perit, ut puta servitute alicujus cognati: & ne quidem, si manumissus fuerit, recipit cognationem. Sed & si in insulam quis deportatus sit, cognatio solvitur.

§. 7.

Cum autem ad agnatos tutela pertineat, plures agnati ejusd. gradus
non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximiores gradu sunt: vel si plures ejusdem gradus sunt, ad omnes pertinet, veluti si plures fratres sunt, qui unum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

III. Verum qvum jus succedendi ad agnatos restrictum, sit Juris Civilis, fatente Justiniano, itaqve proprius ad Jus naturale recedere idem Imp. voluit, *cognatis* æqve ac agnatis & successionem, & consequenter tutelam reddens, *Autq. sicut. C. de legit. tut.* Novell. *28. c. 4.* Et qvanqvam tutela virile munus est, nec ad sexum seqviorem pertinens, *Matris* tamen & *aviæ* amor atqve singularis sollicitudo pro liberis perfecit, ut etiam hæ in munere tutulæ volentes admittantur, nec invito Jure naturali, nec gentium ac moribus Teutonicis; qvibus sua in liberos potestas, præsertim, post patris mortem; L. Wisigoth. 4, 2, 13. *Patre mortuo filii in matris potestate consistant.* Eaqve Tutrix *naturalis* dicitur, *Richt. Vol. 1. P. 4. Conf. 12, 37.* Jure verò Romanorum, primò qvidem per speciale Principis rescriptum,

J. Rom. novum de cognatis

itemqve matre & avia ad tutelam admissis

l. fi. π. de tutel. l. 2. C. qvando mulier. poſtea etiam regulariter, ſi qvidem Scto Vellejano & ſecundis nuptiis, primò juratò, *Novell 22, 40.* poſtea tantum judicialiter renuncient, *Novell. 94, 2. & 118, 5. Auth. matri. C. qvando mul. off. tut. Carpz. 2, 11. def. 13. & Deciſ. 122, 22.* etiam illuſtris fœmina, *Richt. in Auth. Matri. n. pen.* qvod ſi renunciare Scto omiſit, nihilominus tenetur, nec eo beneficio uti poteſt, *Brunneman. in Auth. matri. C. qvando mulier. num. 9.* Atqve præfertur Mater vel Avia *avo* ſive paterno ſive materno, qvia & in ſucceſſione præfertur, *Bart. in d. Auth. matri. num. 6. Brunnem. ib.* Diſſentit *Carpz. 2, 11. def, 13. V. Exercit. ad ff.* XXXVII, *59.* Jure Saxonico idem obtinet, *Jus Prov. 31, 11. fi.* Sed ipſa qvoqve tutrix curatore opus haber, tanqvam mulier. *Jac. Sohnlt. ad Mod. Piſtor. 1. q. 27. Carpz. 2, 11. def. 11. Vid. Dn. Andler. 2, 5, 46.* etiam in bonis *Feudalibus*, dato ipſi contutore, *Gl. art. 23. lib. 1. Jur. Prov.* P. Heig. *2. q. 13, 40.* Berlich. *P. 3. Dec. 373, 18.* Deniqve inter cognatos in pari gradu omnes admittuntur Jure Civili, *l. 9. π. de legit. tut.* Jure Sax. Senior, *J. Proverb. 1. 4. 23.*

an præ avo?

J. Sax.

TIT.

Tit. XVII.

De Legitima Patronorvm Tvtela.

EX eadem lege duodecim tabularum, libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosq; eorum pertinet, quæ & ipsa legitima tutela vocatur: non quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur; sed quia perinde accepta est, per interpretationem, ac si verbis legis introducta esset. Eo enim ipso, quod hereditates libertorum libertarumq;, si intestati decessissent, jusserat lex ad patronos, liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres, voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere: cum & agnatos, quos ad hereditatem lex vocat, eosdem & tutores esse jusserit: quia plerumq; ubi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. Ideo autem diximus plerumq;: quia si à fœmina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, cum alius sit tutor. Ad exemplum Patroni & Liberti tradunt Dd. Dominum feudi esse tutorem legitimum Vasalli impuberis. *V. Jus Sax. Prov. l. 2. Art. 58.*

Tit. XVIII.

De Legitima Parentvm Tvtela.

EXemplo Patronorum recepta est alia tutela, quæ & ipsa legitima vocatur. Nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, &

Digitized by Google

demceps, impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit. Conf. *t. π. si à parente quis manumissus lit. l. 5. C. de dol.*

Cum emancipatio impuberum in nostro foro non sit usitata, itaqve & species hæc tutelæ legitimæ non freqventatur. Similis autem est in foro Germanico *Tutela naturalis* ut vocatur, qvæ patri vel avo competit etiam in patria potestate retinenti liberos, post mortem scilicet matris, bona materna administrandi, sed abusive dicitur Tutela, *Jur. Sax. Prov. 1. a. 11.* qvum sit ipsa Patria potestas, unde & immunis est à confectione inventarii, licet rectius descriptionem bonorum maternorum Magistratui insinuet, ad suspiciones & lites evitandas, lucratur ipse horum bonorum usumfructum, etiamsi ad secundas nuptias progreditur, qvæsita liberis hypotheca tacitâ in bonis paternis, *l. 8. §. ult. C. de sec. nupt. Perez. in C. de bon. qvæ lib.* ipse vero alimenta debet interim liberis : qvoties pater suspectus sit, cognati per Magistratum cautionem exigere possunt, bona materna salva fore liberis prioris matrimonii, & alimenta debita solvi qvâ non præstita, administratio tutoribus constitutis committitur. Ex natura porro hujus qvasi tutelæ sequitur, non opus esse confirmatione, *Carpz. Proc. Civ. 5. 3, 6.*

TIT. XIX.

DE FIDVCIARIA TVTELA.

EST & alia tutela, qvæ fiduciaria appellatur. nam

nam si pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes manumiserit, legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo defuncto, si liberi ejus virilis sexus existant, fiduciarii tutores filiorum suorum, vel fratris, vel sororis, vel ceterorum efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi sunt tutores. Quoniam filius quidem defuncti, si non esset à vivo patre emancipatus, post obitum ejus sui juris efficeretur: nec in fratrum potestatem recideret, idcoq; nec in tutelam. Libertus autem, si servus mansisset, utiq; eodem jure apud liberos domini post mortem ejus futurus esset. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ sint ætatis. quod nostra Constitutio in omnibus tutelis & curationibus observari generaliter præcepit.

V. *L. ult. C. de legit. tut.* Novell. 118. c. 5.

Tit. XX.

26. π. 5. 5. C. 34.

De Attiliano Tutore. Et Eo, qui Ex Lege Julia Et Titia Dabatur.

I.

Tutelæ dativæ origo

CEssante utraque tutela revertitur ad officium Magistratus in qualibet civitate, quum ad *curam publicam* pertineat, subvenire pupillis, *l. 2. §. 2. π. qui pet. tut.* itaque Jure Romano novissimo jus dandi tutorem datum est omnibus Magistratibus municipalibus, sed illum, qui ab eodem municipio vel agro ejus est, *l. 3. & 24. π. de*

π. de tut. dat. l. 1. §. 10. π. de magistr. conven. l. 19. pr. eo. l. 30. C. de Episc. aud. §. 4. J. h. t.

Pr.

J. Rom. vetus si nullus sit tutor

Si cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur, in urbe quidem à Prætore urbano, & majore parte Tribunorum plebis, tutor ex Lege Attilia: in provinciis verò à Præsidibus provinciarum ex Lege Julia & Titia.

§. 1.

si spes testamentarii

Sed & si in testamento tutor sub conditione, aut ex die certo datus fuerat; quamdiu conditio, aut dies pendebat, ex iisdem Legibus tutor alius interim dari poterat. Item si pure datus fuerat: quamdiu ex testamento nemo heres existebat, tamdiu ex eisdem legibus tutor petendus erat. qui desinebat esse tutor, si conditio extiterat, aut dies venerat, aut heres extiterat.

§. 2.

si captus

Ab hostibus quoq; tutore capto, ex his Legibus tutor petebatur: qui desinebat esse tutor, si is, qui captus erat, in civitatem reversus fuerat. nam reversus recipiebat tutelam jure postliminii.

§. 3.

abrogatum

Sed ex his Legibus tutores pupillis desierunt dari, posteaquam primo Consules pupillis utriusq; sexus tutores ex inquisitione dare cœperunt, deinde Prætores ex Constitutionibus. Nam supradictis Legibus, neq; de cautione à tutoribus exigenda, rem salvam pupillis fore: neq; de compellendis tutoribus ad tutelæ administrationem quicquam cavebatur.

§. 4. *Sed*

§. 4.

Sed hoc jure utimur, ut Romæ quidem Præfectus Vrbi, vel Prætor ſecundum ſuam jurisdictionem, in provinciis autem Præſides ex inquiſitione tutores crearent, vel magiſtratus juſſu Præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates. Jus Rom. novum.

§. 5.

Nos autem per Conſtitutionem noſtram, hujusmodi difficultates hominum reſecantes, nec exſpectata juſſione Præſidum, diſpoſuimus, ſi facultates pupilli vel adulti usq; ad qvingentos ſolidos valeant, Defenſores civitatum una cum ejusdem Civitatis religioſiſſimo antiſtite, vel alias publicas perſonas, id eſt, Magiſtratus, vel Juridicum Alexandrinæ civitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela ſecundum ejusdem Conſtitutionis normam præſtanda, videlicet eorum periculo, qvi eam accipiunt. novisſimum ex L. ſanciimus. 30. C. de Epiſc. aud.

§. 6.

Impuberes autem in tutela eſſe, naturali juri conveniens eſt: ut is, qvi perfectæ ætatis non ſit, alterius tutela regatur. Jus naturale.

Conf. l. 1. π. de minor.

§. 7.

Cum ergo pupillorum pupillarumve tutores negotia gerant, poſt pubertatem tutelæ judicio rationem reddunt. Rationum redditio

Conf. *l. 1. π. de tutelæ & rat. diſtrab.* & infr. *t. ult. h. libr. n. IV.*

II. Noſtro jure competit jus dandi tutores *jure magiſtratûs*, nec tamen omnis, ſed qvi J. Germ. hod.

juris-

jurisdictione civili, vel *inferiore* gaudet, *Ord. Pol. Imp. de anno 1548. & 1557. tit. 32.* Scabin. Magdeb. *P. 1. Sentent. cap. 8. dist. 8.* Carpz. *2, 15. def. 26. Proc. Civ. 5, 3, 39.* Franzk. *1. Resol. 16. 4. & 17, 7.* Berlich. *2. concl. 18, 10.* Klock. *1. Consil. 8. seqq. & Cons. 13. & 29.* Lauterb. *ad P. 2. J. Wurt. §. 34.* Atqve regulariter dandus ille est, qvi cum pupillo de eodem est municipio vel agro, *d. l. 3. π. de tut. dat.* qvod si in eo idoneus non reperitur, Jure Romano ad Municipes jus & arbitrium dandi non spectat, sed Præsidi nominare tantum idoneos, *l. 24. eod. l. 1. §. 10. π. de magistr. conv.* Nostro jure etiam hoc in casu tutor constituendus seqvitur forum pupilli, *l. un. C. ubi pet. tut. Decis. Elect. Sax. LIX. Carpz. 2, 15. def. 26.* qvia datio est jurisdictionis contentiosæ, *Carpz. Proc. Civ. 2, 1. 41. Lauterbach. de Jurisd. voluntar. §. 5.* nisi ad certam duntaxat causam detur, tunc judex causæ est etiam competens in datione. *idem Carpz. def. seqq.* Cæterum pupillo tutorem non habenti *curator ad litem* invalide datur, nisi in casu necessitatis, qvo copia tutoris haberi non potest, *Decis. Elect. Sax. 41. V. Exerc. ad π. XXXVII, 66. & 86.*

jurisd. contentios.

Qvi petant tutores

III. Petere tutores pupilli per ætatem ipsi non possunt, Magistratus qvidem ex officio etiam non petitos dare debet, *d. Decis. Elect. 41.* Sed qvum non omnium orbitatum casus in Magistratuum notitiam perveniant, itaqve *naturaliter* obligantur illi, qvi & notitiam orbitatis & affectum animi erga orphanos habere præsumun-

muntur, ut mater, avia, cognati, adfines, *Plato lib. 6. de LL.* parentum amici, liberorum educatores, ac qvilibet civis bonus. Sed iſta naturalis obligatio vim civilem non peræqve accepit Jure Romano. *V. l. 2. §. 1. π. qvi pet. tut. l. 2. §. 28. π. ad SCt. Tertull. l. un. C. Th. qvi pet. Carpz. Dec. 286. S. van Leuvven. Cenſ. For. 1, 16. 10.*

Tit. XXI.

De Avctoritate Tvtorvm.

26. π. 7. & 8. 1. C. 37. & 59.

HActenus una Tutelæ pars eſt expoſita, *Delatio:* ſeqvitur altera, *Suſceptio*, qvam ſeqvitur judicis ad acta relatio, Decretum, confirmatio, ſive Tutorii confectio. Suſceptio conſtat *declaratione* & *promiſſione* tutelæ gerendæ, *l. fi. C. de adm. tut.* Declaratio primo vel *pure* fit, vel cum *modo*, veluti ſi creditor aut debitor defuncti tutor eſt electus, is creditum & debitum manifeſtare tenetur, & ſe aut excuſare, aut petere curatorem ad litem pupillo, aliàs amittit creditum & removetur, per *Auth. Minoris. C. qvi dare tut. Novell. 72.* exceptis teſtamentariis tutoribus, & matre, aut avia, *Auth. adhæc. qvand. mul. tut. Novell. 94. c. 2.* etiamſi notorium ſit debitum, *Deciſ. Elect. Sax. 34.* Finckelth. *O. 28.* Berlich. *Dec. 260.* Diſ. Carpz. *2, 11. def. 19. Deciſ. 119. & 5. Reſp. 89.* Richt. *add. Auth. n. 10.* Excipiuntur illuſtres perſonæ, ad qvas Auth. illa non extenditur, *Richt. ad eandem*, qvum tutelæ Principum & perſonarum illuſtrium liberior ſit,

Suſceptionis declaratio qvotuplex ſit.

or ſit, qvam privatorum, Klock. *1. Conſil. 6, 53.* Burſat. *Conſil. 177, 30.* Gutierrez. *de Tutel. P. 3. c. 11, 5.*

2. II. Secundò ſit declaratio vel expreſſè, vel tacite, veluti qvum qvis ſcit ſibi tutelam eſſe delatam, ſive teſtamento, ſive lege, ſi neqve ſe excuſat, neqve gerit, *periculum* nihilominus ad ipſum ſpectat, *l. 1. §. 1. l. 5. §. fi. & l. ſeqq. π. de admin.* ſecus in matre & avia, qvarum expreſſa declaratio reqviritur.

Promiſſio qvotuplex

III. Promiſſio vel ſimpliciter fit, vel juratò, vel etiam cum cautione. *Juramentum*, reqvirit Juſtinianus *Nov. 72.* Gl. & Bart. *in l. 5. pr. π. de legit. tut.* Reformat. Polit. *1548. t. 36. §. 3. De anno 1577. t. 32. §. 3.* Ord. Camer. Imp. *P. 1. t. 66.* Andler. *Jurispr. 2, 5. 26.* In foro Saxonico aliisqve etiam promiſſio ſine corporali juramento admitti ſolet, *Carpz. 2, 11. def. 6. Lauterb. ad J. Würtenb. P. 2. §. 35. Giſebert. Peric. Statut. 2, 20. §.*

Cautio qvotuplex

IV. Cautio eaqve fidejuſſoria Jure Romano reqviritur, *t. t. J. de ſatisd. tut. l. 6. §. 1. de tutel. l. 5. de legit. tut. l. 17. ſeqq. de teſtam. tut.* Itemqve per *Reformat. Polit. d. §. 3. & Ord. Cam. l. c.* Jure qvoqve Sax. Prov. *l. a. 23.* Sed qvantum ad fidejuſſores, præfertur hodie hypotheca, eaqve expreſſa, ſed & *Tacita* atqve legatis fere ſufficit in foro Germanico, *Giſebert. Peric. II. Stat. 20, 366.* Buſ. *in π. de fidej. & nom. tut.* Rittersh. *in Novell. 72.*

V. Tutelæ delatæ, ſuſceptæ ac confirmatæ effectus

effectus obligatio ad *Gestionem*, & consequenter ipsa *Gestio*, quæ non semper ab inventarii confectione rerum pupillarium primordium capit, sed imò potius ab auctoritate, vel adictioni, vel divisioni hereditatis paternæ maternæve interponenda, & à conficiendo fortè *Inventario hereditatis* defuncti, de quo inferius suo loco: conflat itaque Gestio tutelæ, partim in jure circa personam pupilli educandam, instituendamque, *t. t. π. & C. ubi pup. educar.* ejusque negotia auctoritate validanda: partim in res ejus. Hinc duæ ejus partes, *Auctoritas* & *Administratio*. Auctoritas est facultas civilis, defectus judicii & voluntatis pupillaris supplendi, & tum in judicio, tum extra judicium, negotia pupilli gerendi, imprimis quæ solennitatem juris desiderant, rite conficiendi, *l. 19. π. de aut. tut.* qualis est aditio hereditatis, *l. 17. π. de appellat. V. l. 77. de reg. jur.* à qua differt jussus tutoris, *l. si quis mihi. 25. §. 4. de acqu. vel om. hered.* & facultatem pœnitendi continet, *d. l. §. pen l. 50. eo.*

Gestio

Auctoritas quid

Pr.

Auctoritas autem tutoris in quibusdam causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria: ut ecce si quid dari sibi stipulentur, non est necessaria tutoris auctoritas; quod si aliis promittant pupilli, necessaria est tutoris auctoritas. Namq; placuit, meliorem quidem conditionem

ejus necessitas

nem licere eis facere etiam sine tutoris auctoritate; deteriorem verò non aliter, quam cum tutoris auctoritate. Vnde in his causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, ut in emtionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depositis; si tutoris auctoritas non interveniat, ipsi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur, at invicem pupilli non obligantur.

§. 1.

Neq; tamen hereditatem adire, neq; bonorum possessionem petere, neq; hereditatem ex fideicommisso suscipere aliter possunt, nisi tutoris auctoritate (quamvis illis lucrosa sit) ne ullum damnum habeant.

§. 2.

modus interponendi Conf. l. 9. §. 3. π. de aut. tut.

Tutor autem statim in ipso negotio præsens debet autor fieri, si hoc pupillo prodesse existimaverit. Post tempus verò, vel per epistolam aut per nuntium interposita authoritas nihil agit.

Conf. l. 9. §. fi. π. de aut. tut.

Plane usu fori Germanici etiam per intervallum ratificatio interposita valet, *Gisbert. h. t. n. 69. & Peric. Stat tit. Art. 20. n. 477.*

§. 3.

qvandō non competit

Si inter tutorem pupillumq; judicium agendum sit, quia ipse tutor in rem suam auctor esse non potest non prætorius tutor (ut olim) constituitur, sed curator in locum ejus datur, quo curatore interveniente, judicium peragitur, & eo peracto, curator esse desinit.

Conf. t. t. C. de in lit. tand. tut. vel. curat.

VI. Cæte-

VI. Cæterum sine tutoris auctoritate *obligatur* pupillus infantiam egressus, jure *naturali* ex conventione sua, sicuti & ex delicto, qvia & intellectu & voluntate agendi gaudet, itaqve qvod solvit, non repetit; *l. 9. de O. & A. l. 17. §. naturales. 4. π. de fidejuss. l. 13. fi. de cond. ind. l. 21. pr. ad L. Falcid.* Sed succurrendum ipsi est ex æqvitate naturali, & liberandus iterum, qvoties læsio ejus apparet, qvia non præsumitur ætas ista lubrica omnes negotii circumstantias judicare posse, & consequenter nec plena animi destinatione velle. *l. 59. π. de O. & A l. 41. de cond. indeb. V. Exerc. ad π. XXXVII, 118. seqq.* Pupill. qvat. naturaliter obligatur.

VII. Autoritatis interpositæ effectus est jus acqvirendi pupillo, & obligandi tertium. Pupillus porro vel infans est, vel infantiam egressus. Jure Romano egressus infantiam ipse aut servus ejus interesse negotio, & ab ejus *persona* initium obligationis, naturalis nempe, sumere debebat, *l. 10. π. de O. & A. §. 9. & 10. J. de inutil. stipul. l. 1. §. exigere. 15. de Magist. conven. l. 9. π. de A. H.* Secus ex *facto* solo regulariter obligatio & actio pupillo non acqvirebatur, nisi certis ex causis, *l. fi. C. h. t.* scilicet qvoties pupillus de damno vitando laborat, ne tertius cum ejus injuria locupletior fiat, Actio utilis, *l. 2. & 3. π. qvando ex facto tut.* Sed usu fori nostri sive pupillus infans sit, sive infantiam egressus, & sive præsens, sive absens sit, tutor solus omnia valide expedit autoritate sua, *V. Exerc. ad π. XXXVII, 127. 131.* autoritatis effectus ex parte pupilli acqvisitio diff. J. Rom.

Ex parte tutoris.

VIII. Etsi tutor ratione tutelæ contraxerit, & bona qvoqve sua obligaverit, tamen proprio nomine neqve ipse obligatur, sed pupillus, & bonorum obligatio interpretationem itidem capit de bonis pupillaribus, *l. 23. §. item qvæcunq; π. de R. V. l. 178. de Reg. Jur.* nisi expresse pro pupillo intervenerit, *A. Tab. C. 5, 23. 5. Berlich. Dec. 15.* Multo minus finita tutela tutor nomine pupilli amplius tenetur, *l. pen. qvand. ex facto tut. l. 1. C. eod. Berlich. Dec. 13. sqq. Carpz. 5. Resp. 77.* Vicissim si tutor suo nomine ex pecunia pupilli rem emerit, dominium & rei vindicationem pupillo acqvirit, *l. 2. π. qvando ex facto tut. l. 2. l. 8. §. 1. de reb. eorum qvi. H. Pist. 1. Q. 7, 3.* Aut mutuam pecuniam pupilli suo nomine dederit, condictio pupilli est, *Carpz. 2, 11. def. 38.*

Administratio.

IX. Hæc de Autoritate. Administratio porro rerum initium capere debet ab *Inventarii* rerum pupillarium confectione, *l. 7. & 24. C. de admin. tut. Ord. Imp. Pol. de anno 1577. t. 32, 3.* sive solennis sit, coram judice aut Notario & testibus, sive privata specificatio coram pupillo & cognatis, si illam remiserit defunctus, *Carpz. 2, 11. def. 4, 8.*

modus

X. Etsi plures sunt tutores testamento constituti, regulariter non omnes administrant, *l. 3. §. 2. π. de adm. tut.* nisi omnes eam petant, *d. l. 3. §. 8. l. 5. §. pen. de legit. tut.* aut inter se dividi velint, *d. l. 3. §. fi. & l. seqq.*

XI. Ad-

XI. Administrationis partes sunt duæ, rationum redditio, & cura œconomica. Rationes porro constant partim *Acceptis*, partim *Expensis*. Ad illas pertinet diligens exactio debitorum morosorum, *l. 46. §. fi. de adm. tut. l. 18. C. eo.* ne *Reliquationes* fiant, & nomina inidonea, qvæ successor tutoris suscipere qvidem tenetur, non tamen suo periculo, in des Vorfahren beste treten/ nicht aber dafür stehen/ *l. tutor. 35. π. de adm. tut.* partes

XII. Jus alienandi, & consequenter etiam transigendi, regulariter non habet tutor, nisi 1. mobilia, qvæ servando servari non possunt, *l. 22. C. de adm. tut. l. fi. C. qvando decr. non op.* aut 2. pater alienationem permiserit, *l. 1. & fi. de reb. eor.* aut 3. urgente ære alieno, tunc & immobilia vendi possunt, sed cognitâ causa & necessitate, atqve interposito desuper *decreto* judiciali, *t. t. π. de reb. eor. qvi. & C. de præd. & al. reb.* Oct. Simoncella *Tr. de Decreto & cæt. solenn. in cont. min.* aut rescripto Principis, *l. 2. C. qvand. decret. non op.* Aliàs nulla est alienatio, *l. 14. C. de præd. & al. reb.* nisi major factus vel expresse, vel tacite, qvinqvennali silentio, ratihabeat, *l. fi. C. si maj. fact. alien. Carpz. 3. Resp. 76.* Alienatio.

XIII. In solvendo non moram faciat, *l. 23. C. de adm. tut.* sed & sibi solvere potest, ac debet, si pecunia parata est, & cum præscitu contutoris, judicis, aut curatoris, *l. non existimo. 54. de adm. tut.* vel matris & cognatorum, *Brederod. de Cautel.* Et generaliter, Qvod adversus alium præ- Solutio

ſtare debet pupillo ſuo, id adverſus ſe qvoqve, *l. 9. §. 3. π. de adm. tut.* lucrum verò ex tutela facere non debet, *l. qvi negat. 58. pr. eo.* Cæteroqvin præſtare dolum, latam & levem culpam, *Carpz. 2, 11, def. 35.* Sed & heredes tutoris, *Mevius Dec. 22. P. 8.*

Pecuniæ collocatio.

XIV. De colligenda & collocanda pecunia parata, varia eſt Legislatio Romana, & variant opiniones de jure qvo utimur; *V. Exerc. ad π.* XXXVII, *105. ſqq.* Sanè ſi habet pupillus unde alatur, bona etiam mobilia aſſervanda ſunt pupillis; ſin, poteſt pars & mobilium & immobilium, vel qvantum neceſſe eſt, cognitâ cauſa & impetrato decreto diſtrahi, & pecunira mutuò dari, ut alimenta ex uſuris capiat. Cæterum pecunia deductis alimentis reliqva aut fœnori danda, aut in emtionem prædiorum collocanda, utrum conſultius pupillo fuerit, aut uſuræ ab ipſo tutore ſolvendæ, *l. 7. §. 11. ſq. π de adm. tut. l. 58. §. ult. eo.* Novell. *72. c. 6.* Coll. Arg. *de tutel. & rat. diſtrah. 16.* Rauchb. *2. q. 26, 23. ſqq.* Carpz. *2, 11. def. 22.* itaqve in his & ſimilibus caſibus *Periculum* tutoris eſt.

Tutores non adminiſtrantes.

XV. Præter tutores adminiſtrantes dantur etiam qvidam alii, veluti is, qvem pater in teſtamento à cæteris adminiſtrantibus *rationes accipere* voluit, *l. jure. 20. §. 1. de teſt. tut.* qvi eſt qvaſi adminiſtrator ſuperior, Ober-Vormund/ absqve qvo ſi eſt, ipſe Magiſtratus eas vices gerit. Deinde ſunt tutores, qvi *rei notitiæ gratia* dati ſunt, i. e. ad inſtruendos contutores; qvi

& jus

& jus exigendi alimenta habet, *l.1. §.7. π. de tut & rat. distrah.* & dēniqve Tutores *Honorarii*, qvi utriqve etsi non administrant, sunt tamen veri tutores, & pertinet ad eos periculum, neqve regulariter ipsis interdicta est administratio, h.e. jus administrandi, etsi exercitium gerenti commissum, *l. qvod si. 14. §. 1. de solut. l. si plures. 3. §. 2. de adm. tut.* sunt itaqve observatores & custodes eorum, qvæ administrans gerit, & rationem ab eo exigere eos oportet, & imputatur eis, qvod suspectum non fecerint.

Tit. XXII.

Qvibvs Modis Tvtela Finitvr,

5.C.60.sq

CVm omni jure tutela introducta sit ob per ætatem imbecillius judicium rerum civilium agendarum, itaqve *naturaliter* finitur tutela eâ ætate, qvâ & imbecillitas ista finitur, ejus porro rei terminum natura fixit *pubertatem:* qvæ est illa ætas, qvâ ad propagationem generis sui aptus redditur homo à natura communiter. Cum autem natura cujusqve propria hac in re variet, civilis Legislator, id, qvod natura ut plurimum agit, secutus, determinavit pubertatis tempus secundum sexus diversitatem.

Pubertatis tempus

Pr.

Pr.

Pupilli pupillæ, cum puberes esse cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem autem Veteres quidem non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis æstimari volebant. Nostra autem Majestas dignum esse castitate nostrorum temporum existimans, beneputavit, quod in fœminis etiam antiquis impudicum esse visum est, id est, inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere. Et ideo nostra sanctâ Constitutione promulgata, pubertatem in masculis post decimum quartum annum completum illico initiam accipere disposuimus: antiquitatis normam in fœminis benè positam in suo ordine relinquentes, ut post duodecim annos completos viri potentes esse credantur.

§. 1.

cap. deminut. pupilli

Item finitur tutela, si adrogati sunt adhuc impuberes, vel deportati; item si in servitutem pupillus redigatur, vel si ab hostibus captus fuerit.

§. 2.

eventus conditionis

Sed & si usq; ad certam conditionem datus sit tutor testamento, aq; evenit, ut desinat esse tutor, existente conditione.

§. 3.

mors

Simili modo finitur tutela morte vel pupillorum, vel tutorum.

§. 4.

Cap. deminut. tutor.

Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas vel civitas amittitur, omnis tutela perit.

perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantum tutela perit: ceteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licet minima sit, omnes tutelas tollit.

§. 5.

Præterea qui ad certum tempus testamento dantur tutores, finito eo, deponunt tutelam. ad tempus

§. 6.

Desinunt etiam tutores esse, qui vel removentur à tutela ob id, quod suspecti visi sunt; vel qui ex justa causa se excusant, & onus administrandæ tutelæ deponunt, secundum ea, quæ inferius proponemus. Remotio. Excus.

TIT. XXIII.

DE CVRATORIBVS.

26. π. 5. sq 5. C. 70. Ord. Pol. 1577. c. 32

I.

ETsi vero pubertate adepta istud judicium regulariter acqviritur, ut tutoris auctoritate amplius non indigeat adultus; qvia tamen judicium istud rerum usu nondum perfectum est, adeo ut & in hac ætate adultus in rebus suis administrandis aliorum consilio & cura indigeat; hinc Jus Romanum jus naturæ seqvitur, de orphanis valde sollicitum, ut priori ætati *Tutores*, ita huic *Curatores* præfecit, ita ut Curatela sit jus administrandi, vel in administrando assistendi bona minorum, vel etiam majorum, Curatelæ origo ex J. N. & G.

qvi rebus suis superesse non possunt; qvanqvam apud alias gentes ista differentia non usqve adeo attenta, itaqve Jure Attico οἱ ἐπίτροποι tutelam usqve ad vigesimum annum continuarunt, sed & jure Saxonum & aliorum Germanorum usqve ad XXI. *Sim. v. Leuvven 1. Cens. For. 16, 1.* At Jure Romano

Pr.

diff. J. Rom. 1. *Masculi quidem puberes, & fœminæ viripotentes, usq; ad vicesimum qvintum annum completum curatores accipiunt: qvia, licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possunt.*

2. Sed & in eo differt Jus Saxonum, qvo utimur, ab Romano, ut minorennitas vigesimo primo anno finiatur, cum Septentrionalium populorum vigor virilis citius compleatur. *Jus Sax. Prov. 1. a. 42.* qvanqvam vetustiori Jure Teutonico, ut & Longobardico, anno decimo octavo finita. qvo jure hodieqve Electores & nonnulli Principes Imperii utuntur.

§. 1.

Qvi dant *Dantur autem Curatores ab eisdem Magistratibus, à qvibus & tutores. Sed curator testamento non datur: datus tamen confirmatur decreto Prætoris vel Præsidis.*

Conf. l. 1. fi. & l. seqq. π. de confirm. tut.

§. 2.

Qvibus. *Item inviti adolescentes curatores non accipiunt, præterqvam in litem. curator enim & ad certam causam dari potest.*

ita-

Itaqve & creditor soluturus minori compellere eum potest ad petendum curatorem, *l. 7. §. 2. π. de minor.* itemqve tutor ad recipiendas rationes, *l. 7. C. qvi pet. tut.* In foro Germanico regulariter compellitur minor ad recipiendum curatorem, tum in judicio, tum in negotiis extrajudicialibus. *Ord. Polit. Imp. 1577. t. 32.*

§. 3.

Furiosi qvoqve & prodigi, licet majores viginti qvinqve annis sint, tamen in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed solent Romæ Præfectus Vrbi, vel Prætores, & in provinciis Præsides, ex inqvisitione eis curatores dare. Conf. t. t. π. & C. de cur. fur.

§. 4.

Sed & mente captis, & surdis, & mutis, & qvi perpetuo morbo laborant, (qvia rebus suis superesse non possunt) curatores dandi sunt.

Qvi à minorum curatoribus in eo differunt, qvod & personarum curam gerere debent. *l. 7. pr. π. de cur. fur.*

§. 5.

Interdum autem & pupilli curatores accipiunt, ut puta, si legitimus tutor non sit idoneus: qvoniam habenti tutorem tutor dari non potest. Item si testamento datus tutor, vel à Prætore aut Præside, idoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret, solet ei curator adjungi. Item loco tutorum, qvi non in perpetuum, sed ad tempus à tutela excusantur, solent curatores dari.

§. 6.

§. 6.

Qvod si tutor vel adversa valetudine, vel alia necessitate impediatur, qvo minus negotia pupilli administrare possit, & pupillus vel absit, vel infans sit, qvem velit actorem, periculo ipsius tutoris, Prætor, vel qvi provinciæ præerit, decreto constituet.

Actor.

Conf. *l. 27. π. de test. tut. l. 24. π. de adm. tut. t. C. de act. à tut. dand.*

Curator obsentis.

II, Præterea etiam Majorennibus *Absentibus* certis in casibus curatores ex officio constituuntur, qvi eorum bona administrant. Absentis vero *coheredis*, de cujus vita & morte nil certi constat, portio proximo cognato, qvi si tum mortuus esset, succederet, administranda datur à magistratu, præstita cautione. *A. Fab. C. 5, 40. 1. Carpz. 3, 15. def. 48. Dec. 135. Exerc. ad π. XV, 71.*

Curator bonor.

III. Debitorum qvoqve vel absentium, vel mortuorum, nullo existente herede, vel cedentium *bonis* curatores constituuntur, qvi bona administrare & creditoribus respondere, & secundum sententiam designatoriam solvere debet. *t. π. de cur. bon. dand. l. 8. π. de cur. fur.*

mulierū.

IV. Itemqve *Fœminæ*, ut veteri Jure Attico & Romano, ita & Germanico in perpetua sunt sive tutela sive curatela, & maritatæ qvidem in maritorum tutela: non maritatæ qvos volunt sibi petunt, sed ita ut curatores administrationi bonorum consilio & consensu in negotiis gerendis tantum adsint, iisqve judicialibus,

J. Sax.

J. Sax. Prov. 1. A. 45. Richt. Dec. 27. &. Vol. 2. Consil. 496. in extrajudicialibus tamen si lædantur, restitutione in integrum gaudent; Sed Jure Sax. *Electorali* etiam in *extrajudicialibus* contractibus circa bona *immobilia* simpliciter, & circa mobilia excedentia 500. solidos curatore opus habent. *P. 2. Const. 15. Berlich. 2. Concl. 17, 87. V. Wibel. de contract. mulier. Exerc. ad. π.* XXXVII, *222. seqq.*

Tit. XXIV.

De Satisdatione Tvtorvm Vel Cvratorvm.

§. C. 42.

Pr.

NE tamen pupillorum pupillarumve, & eorum, qui quæve in curatione sunt, negotia à curatoribus tutoribusve consumantur, vel diminuantur, curet Prætor, ut & tutores & curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum. nam tutores testamento dati satisdare non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore approbata est. Item ex inquisitione tutores vel curatores dati satisdatione non onerantur: quia idonei electi sunt. Qui satisdent.

§. 1.

Sed si ex testamento vel inquisitione duo pluresve dati fuerint, potest unus offerre satisdationem de indemnitate pupilli vel adolescentis: & contutori suo, vel concuratori præferri, ut solus administret: vel ut contutor aut concurator satis offerens

præ-

praponatur ei, ut & ipsè solus administret. Itaq; per se non potest petere satisdationom à contutore suo, vel concuratore sed offerre debet, ut electionem det concuratori vel contutori suo, utrum velit satis accipere, an satisdare. Quod si nemo eorum satis offerat, siquidem adscriptum fuerit à testatore, quis gerat, ille gerere debet, quod si non fuerit adscriptum, quem major pars elegerit, ipse gerere debet, ut Edicto Prætoris cavetur. Sin autem ipsi tutores dissenserint circa eligendum eum vel eos, qui gerere debent, Prætor partes suas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquisitione datis comprobandum est: id est, ut major pars eligere possit, per quem administratio fiat.

Conf. *l. 17. π. de test. tut. l. 5. π. de cur. fur. l. 17. pr. π. de Test. tut. l. 38. §. 20. π. de V. O. l. 10. fi. π. de J. dot.*

Etsi supra dictum, hodierno usu admitti sæpius tutores absq; satisdatione fidejussoria, ac sufficere *tacitam hypothecam*, quod eò magis in curatoribus iis obtinet, qui administrationi potius adsistunt, quàm ut ipsi administrent: Tamen & jure naturali & civili consonum est, sed & alicubi in foro Germanico etiam observatur, ut quàm optime pupillis & minoribus magistratus prospiciat: alioqvin ipse actione subsidiaria tenetur.

§. 2.

Actio subsidiar

Sciendum autem est, non solum tutores, vel curatores pupillis, vel adultis, ceterisq; personis, ex administratione rerum teneri: sed etiam in eos, qui

qui satisdationem accipiunt, subsidiariam actionem esse, qvæ ultimum eis præsidium possit adferre. Subsidiaria autem actio in eos datur, qvi aut omnino à tutoribus vel curatoribus satisdari non curaverunt, aut non idoneè passi sunt caveri. Qvæ qvidem tam ex Prudentum responsis, qvam ex Constitutionibus imperialibus etiam in heredes eorum extenditur.

Conf. *t. π. & C. de magistr. conven.*

Pro statu Reipubl. nostræ & municipiorum, competit hæc actio adversus totum ordinem, sive Collegium, qvod constituit tutores & curatores, sed & contra majores magistratus, qvi tutores constituunt, *Ord. Pol. Imp. 1577. t. 32. Carp. Dec. 135. num. 3. 19. Gisseb. Harmon.. Justin, 1, 24. fi. Schröer Institut. Pupill. P. 3. q. 9. & 23,*

§. 3.

Qvibus Constitutionibus & illud exprimitur nisi caveant tutores & curatores, pignoribus captis cöerceantur. Pignoratio

§. 4.

Neq; autem præfectus urbi, neq; Prætor, neqve Præses provinciæ, neq; qvisqvam alius, cui tutores dandi jus est, hac actione tenebitur: sed hi tantummodo, qvi satisdationem exigere solent. Qvi non teneantur

Tit.

TIT. XXV.

DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM VEL CVRATORVM.

27. tit. I. §. C. 62. usqve ad 70. & conf. 10. C. 47. sqq

Regula de onere tutelæ

EX arcto juris naturalis as civilis vinculo, eqvo qvælibet civitas pupillis suis sedulò prospicere tenetur, conficitur, regulariter omnes ejusdem civitatis cives obligari ad suscipiendas tutelas & curas, ex eaqve obligatione â Magistratu compelli posse, & ad confirmatum statim periculum administrationis pertinere: *l. 15. C. de excus. tut. l. 19. C. de adm. tut.* Eoqve respectu *publicum munus* dicitur. Interdum tamen vel pupillorum interest, ne qvis tutelam suscipiat, vel Reipubl. unde alii à tutela arcentur, alii excusare se possunt.

Ampl. munus publ.

duplex exceptionum fons

Pr.

Excus. ob libros

Excusantur autem tutores & curatores variis ex causis: plerumq; tamen propter liberos, sive in potestate sint, sive emancipati. Si enim tres liberos superstites Romæ qvis habeat, vel in Italia qvatuor, vel in provinciis qving;, à tutela vel cura potest excusari, exemplo ceterorum munerum. Nam & tutelam & curam placuit publicum munus esse. Sed adoptivi liberi non prosunt, in adoptionem autem dati, naturali patri prosunt. Item nepotes ex filio prosunt, ut in locum patris sui succedant: ex filia, non prosunt. Filii autem superstites tantum ad tutelæ vel curæ muneris excusationem prosunt: defuncti autem non prosunt. Sed si in bello amissi sunt, qvæsitum est, an prosint? Et

defuncti autem non prosunt. Sed si in bello amissi sunt, quæsitum est, an prosint? Et constat, eos solos prodesse, qui in acie amittuntur. hi enim, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.

Conf. *l. 1. C. qui num. liber. t. 6. §. tutela. ff. de ex. cus. l. 18. ff. eod. l. fi. ff. de vac. mun.*

In nostro foro jure Provinciarum uti censemur, itaqve qvinqve liberorum numerus excusabit: nec tamen in omni foro recepta est hæc species. *Gisebert. Peric. II Statut. t. 21, 12.*

§. 1.

Item Divus Marcus in semestribus rescripsit eum, qui res fisci administrat, à tutela vel cura, qvamdiu administrat, excusari posse. Administrator fisci

L. 10. C. de excus.

§. 2.

Item qui Reipubl. causa absunt, à tutela vel cura excusantur. Sed & si fuerint tutores vel curatores dati, deinde Reipubl. causa abesse cœperint, à tutela vel cura excusantur, qvatenus Reip. causa absunt, & interea curator loco eorum datur: qui si reversi fuerint, recipiunt onus tutelæ. nam nec anni habent vacationem, ut Papinianus libro 5. Responsorum scripsit: nam hoc spatium habent ad novas tutelas vocati. Absentia Reip. causâ.

Conf. *l. 10. ff. h. t. 1. C. situt. vel. cur. Reip.*

§. 3.

Et qui potestatem aliqvam habent, se excu- Potestas s. imperium.

 sare

sare possunt, ut Divus Marcus rescripsit: sed susceptam tutelam deserere non possunt.

Conf. L. 215. de V. S. L. 27. §. 4. sq. π. de excus.

§. 4.

Lis

Item propter litem, quam cum pupillo, vel adulto, tutor, vel curator habent, excusari non potest: nisi forte de omnibus bonis, vel hereditate controversia sit.

Propter litem potest ac debet se excusare aut curatorem petere Jure novissimo. *V. Tit.* XXII. *§. 1.*

§. 5.

Tres tutelæ

Item tria onera tutelæ non affectatæ vel curæ præstant vacationem, quamdiu administrantur; ut tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorum, velut fratrum, pro una computetur.

t. C. qui numero tutelar.

§. 6.

Paupertas

Sed & propter paupertatem excusationem tribui, tam Divi fratres, quam per se Divus Marcus rescripsit, si quis imparem se oneri injuncto posse docere.

L. 7. π. h. t.

§. 7.

Morbus

Item propter adversam valetudinem, propter quam ne suis quidem negotiis interesse potest, excusatio locum habet.

t. C. qui morbo.

§. 8. *Si*

§. 8.

Similiter eos, qui literas nesciunt, esse excusandos, Divus Pius rescripsit: quamvis & imperiti literarum possint ad administrationem negotiorum sufficere. Imperitia literarum

Conf. l. 6. ff. π. h. t

§. 9.

Item si propter inimicitias aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat ei excusationem: sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum promiserant. Ex odio datus

V. l. 29. π. de test. tut.

§. 10.

Non esse autem admittendam excusationem ejus qui hoc solo utitur, quod ignotus patri pupillorum sit, Divi fratres rescripserunt. Ignotus patri

Conf. l. 11. C. deber. inst.

§. 11.

Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit, à tutela vel cura solent excusare. Inimicitiæ

Conf. l. 6. §. 17. π. h.

§. 12.

Item is, qui status controversiam à patre pupillorum passus est, excusatur à tutelâ. Quæstio status

Add. l. 6. §. pen. π. h.

§. 13.

Item major septuaginta annis à tutela & cura se potest excusare. Minores autem viginti ætas

quinque annis, olim quidem excusabantur: nostra autem Constitutione prohibentur ad tutelam vel curam adspirare; adeo ut nec excusatione opus sit. Qua constitutione cavetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus. cum sit incivile, eos qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab aliis regantur, aliorum tutelam vel curam subire.

l. C. qui ætate. L. fi. C. de leg. tut.

§. 14.

Militia. *Idem & in milite observandum est, ut nec volens ad tutelæ onus admittatur.*

Conf. *l. 4. C. qui dar. tut. l. C. de excus. veteran.*

§. 15.

professores ordinarii *Item Romæ Grammatici, Rethores, & Medici, & qui in patria sua has artes exercent, & intra numerum sunt, à tutela & cura habent vacationem.*

Conf. L. 6. §. 1. usq. ad 12. π. h. t.

§. 16.

Modus excusandi *Qui autem vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probaverit, aliis uti intra tempora constituta non prohibetur. Qui autem excusare se volunt, non appellant, putà necessariò. L. 4. π. h. t. l. 60. fi. π. de R. N. sed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognoverint se esse tutores vel curatores datos, se excusare debent, cujuscunq; generis sint, id est, qualitercunq; dati fuerint tutores, si intra centesimum lapidem sunt ab eo loco, ubi tutores dati sunt.*

sunt. Si verò ultra centesimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti millium diurnorum & amplius triginta dierum qui tamen (ut Scævola dicebat) sic debent computari, ne minus sint, quam quinquaginta dies.

Conf. *l. 13. §. 1. π. h.*

§. 17.

Interpretatio dationis

Datus autem tutor ad universum patrimonium datus esse creditur.

Conf. *L. 21. §. 2. π. h.*

§. 18.

continuatio tutelæ & curæ

Qui tutelam alicujus gessit, invitus curator ejusdem fieri non compellitur: in tantum, ut, licet paterfamilias, qui testamento tutorem dedit, adjecerit se eundem curatorem dare; tamen invitum eum curam suscipere non cogendum, Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

Conf. l. 20. C. h.

§. 19.

Maritus uxori datus

Idem rescripserunt, maritum uxori suæ curatorem datum, excusare se posse, licet se immiscuerit.

Conf. *l. 2. C. ubi dare tut. L. 4. C. h. t. L. 1. in fi. π. eo. L. 14. π. de curat. fur.*

§. 20.

Si quis autem falsis allegationibus excusationem tutelæ meruerit, non est liberatus onere tutelæ,

Conf. *t. t. C. si. tut. vel cur. falsa alleg.*

TIT. XXVI.

26. π. 10. C. 43.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS.

I.

suſpecti poſtulationis origo.

EX eodem juris naturæ atqve gentium fonte oritur *ſuſpecti* poſtulatio, ut is, qvi aut nolle, aut non poſſe recte tutelam vel curam gerere ex omisſis vel commisſis præſumitur, removentur, aut & puniatur.

Pr.

Sciendum eſt, ſuſpecti crimen ex lege duodecim tabularum deſcendere.

Conf. Cic. 3. off. l. t. §. 2. π. h. t.

§. 1.

Judex competens.

Datum eſt autem jus removendi tutores ſuſpectos, Romæ Prætori, & in provinciis Præſidibus earum, & Legato Proconſulis.

In noſtro foro judex ordinarius & inferior eſt competens tum in jure conſtituendi, tum removendi. *Ord. Pol. Imp. 1577. t. 32. §. 3.*

§. 2.

Qvi ſuſpecti fiant.

Oſtendimus, qvi poſſint de ſuſpecto cognoſcere. Nunc videamus, qvi ſuſpecti fieri poſſint. Et poſſunt qvidem omnes tutores fieri ſuſpecti, ſive ſint teſtamentarii, ſive non ſint, ſed alterius generis tutores. Qvare & ſi legitimus fuerit tutor, accuſari poterit. Qvid ſi patronus? Adhuc idem erit

erit dicendum dummodo meminerimus, famæ patroni parcendum esse, licet ut suspectus remotus fuerit.

§. 3.

Consequens est, ut videamus, qui possint suspectos postulare. Et sciendum est, quasi publicam esse hanc accusationem, hoc est; omnibus patere. Quin imò mulieres admittuntur ex Rescripto Divorum Severi & Antonini: sed hæ solæ, quæ pietatis necessitudine ductæ, ad hoc procedunt; ut puta mater, nutrix quoq; & avia, potest & soror. Sed & si qua alia mulier fuerit, quam Prætor propensa pietate intellexerit, sexus verecundiam non egredientem, sed pietate productam, non sustinere injuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem. qui postulent

Conf. *l. 1. §. 6. sq. π. b.*

§. 4.

Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare: puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere: & ita Divi Severus & Antoninus rescripserunt. an pupilli

Conf. *l. 6. C. b.*

§. 5.

Suspectus autem est, qui non ex fide tutelam gerit, licet solvendo sit, ut Julianus quoq; scripsit. Sed & antequam incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum removeri, idem Julianus scripsit, & secundum eum constitutum est. Suspectus quis sit

§. 6.

Effectus remotionis

Suspectus autem remotus, siquidem ob delictum famosius est; si ob culpam, non aeque.

§. 7.

postulationis

Si quis autem suspectus postulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, ut Papiniano visum est.

Conf. L. 14. § 1. fi. π. de solut.

§. 8.

Postulationis extinctio

Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit, posteaque tutor vel curator decesserit, extinguitur suspecti cognitio.

§. 9.

Contumacia tutoris

Si quis tutor copiam sui non faciat, ut alimenta pupillo decernantur, cavetur Epistola Divorum Severi & Antonini, ut in possessionem bonorum ejus pupillus mittatur: & quae morâ deteriora futura sunt, dato curatore distrahi jubentur. Ergo ut suspectus removeri poterit, qui non praestat alimenta.

§. 10.

si negat alimenta decerni posse

Sed si quis praesens negat propter inopiam alimenta posse decerni, si hoc per mendacium dicat, remittendum eum esse ad Praefectum Vrbi puniendum, placuit; sicut ille remittitur, qui data pecunia ministerium tutelae acquisiverit, vel redemerit.

§. 11

Libertus

Libertus quoq; , si fraudulenter tutelam filiorum, vel nepotum patroni gessisse probetur, ad praefectum Vrbi remittitur puniendus.

§. 12. No-

§. 12.

Noviſſime autem ſciendum eſt, eos qui fraudulenter tutelam adminiſtrant, etiamſi ſatis offerant, removendos eſſe à tutela: qvia ſatisdatio tutoris propoſitum malevolum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat. Suſpectum etiam eum putamus, qvi moribus talis eſt, ut ſuſpectus ſit. Enim verò tutor vel curator, qvamvis pauper ſit, fidelis tamen & diligens, removendus non eſt qvaſi ſuſpectus. Exc. ſatisdationis an valeat.

II. Poteſt deniqve ſuſpecti poſtulatio triplici modo inſtitui, primò per denunciationem, ut judex poſtea ex officio inqvirat & puniat, *l. 3. §. 4. & 12. π. de ſuſp. tut.* Secundò per actionem *civilem*, cujus formulam exhibet Oldendorpius. Tertiò per accuſationem criminalem. Inter qvos primus modus commodiſſimus: omnium verò hic effectus, ut ſtatim pendente adhuc cognitione poſtulatio interdicatur adminiſtratione, *§. 7. J. h. t. l. 7. C. eo. l. 14. §. 1. ff. π. de ſolut.* Modi poſtulationis & effectus.

III. Præter hanc ſuſpecti poſtulationem, poſſunt etiam ex apertis & manifeſtis maleficii, veluti furti, damni, injuriæ, actiones competere cognatis pupilli contra tutorem, *l. 9. §. 4. π. de tut. act.* Atqve hæc durante tutelâ. alia remedia.

IV. Obligatur tutor maxime ad *rationes reddendas:* neqve contra rationem naturalem eſt, *annuatim* reddendas, ut alii rerum adminiſtratores: eoqve jure nos utimur, *Ord. Polit. Imp. 1548. t. 32. §. 3. & de anno 1577. t. 3. Jus Sax.* De Obligatione tutoris & Cutator. ad rationes.

t. Art. 23. Gisebert. Peric. 2. Statut. t. 24, 30. Leuvven Cens. For. 1, 18. 1. Etsi Jure Romano absurdum erat, à tutore administrationis rationem, negotiorum pupilli exposci, in qva adhuc perseveraret, *§. 7. J. de Attil. l 9. §. 4. π. de act. tut.* Qvemadmodum verò Jure Romano finitâ demum tutelâ, actio tutelæ & rationibus distrahendis competit, *l. 1. fi. π. eod.* ita nostro in foro qvotannis, & qvotiescunqve opus fuerit, rationes redduntur, *Brunnem. in l. 1. de contr. tut.* unde

V. Cum porrò tutor & dolum & culpam præstet, duplex actio prodita est, prima dicitur *rationibus distrahendis*, ex L. XII. Tab. qva dolum & interceptionem rerum pupillarium perseqvimur, & duplum præstat condemnatus, *l. 1. §. 21. seqq. & t. t. π. de tut. & rat. distrah.* actio rationibus distrahendis

VI. Altera actio est in simplum, & culpam tantum perseqvitur, & simpliciter vocatur *Actio tutelæ*, qvâ pupillus petit à tutore, ut rationes reddat, res juxta inventarium restituat, reliqva solvat, & damna præstet, *l. 1. seqq. π. de tut. & distrah. act* de qvibus qvum ad officium judicis pertineat arbitrari, etiam *Arbitrium tutelæ* hæc actio appellatur, *t. C. arbitr. tut.* Habet verò & hæc & prior locum etiam post redditas rationes & qvietantiam generalem, si postea dolus vel culpa deprehenditur, *Brunnem. in l. si qvis. 9. & l. Aurelius. 28. π. de liber. leg.* Cœpolla *Caut. 221. ubi & formula qvietantiæ*, usqve ad 30. annos à finita tutela, *l. 3. C. de præscr. 30. ann.* qvanqvam Legibus Provincialibus & actio tutelæ directa

Ger-

Germaniæ illud tempus coarctatum sit.

VII. Qvum deniqve viciſſim pupillus obligetur tutori de indemnitate, competit tutori ex ea *actio tutelæ contraria*, cujus reſpectu prior illa dicitur *directa*, qva petuntur impenſæ, à fidejuſſionibus & pignoribus liberatio, & indemnitas, *t. t. π. & C. de contr. tut. & utili act.* Exceptio verò *retentionis* rerum pupillarium aut inventarii non competit. *Carpz. Dec. 94. Brunnem. in l. 1. π. de contrar. tut.* Exercit. *ad π.* XXXVII, *176.* Salarium non poteſt tutor Jure Rom. petere, niſi ab initio à dante conſtitutum, *l. à tutor. 33. π. de admin. tut.* Finckelth. *O. 62, 24.* Carpz. *2, 11. Def. 40.* Munnoz. *ab Escobar. de Ratiocin. c. 27, 34.* vel ſaltem petitum, *Andler. Juriſprud. 2, 5. 39.* qvanqvam jure Germanico veteri aliud obtinuit.

Contraria.

Jus retentionis

Salarium.

VIII. Si qvis ſe pro tutore gerit, qvi non eſt tutor, obligatur actione *Protutelæ* pupillo, qvæ ſimilis actioni tutelæ directæ. Deinde datur ei, cum qvo negotia pupilli geſſit, reſtitutio vel reſciſſoria, itemqve actio in factum ad intereſſe. *t. t. π. & C. de eo, qvi pro tut. itemqve π. qvod falſ. tut. aut.*

De Protutore.

IX. Ad exemplum tutelæ, etiam ex obligatione inter Minorem & Curatorem datur illi actio tutelæ utilis, ad reddendas rationes, & res reſtituendas. *l. 20. §. 1. π. de tutel. & rat.* ut & actio utilis rationibus diſtrahendis, *l. 3. C. arbitr. tut.* itemqve actio negotiorum geſtorum utilis,

Applicatio ad Curatores.

durante

durante Curatelâ, *l. 7. C. arbitr. tut. l. 17. C. neg. geſt. l. 4. §. 3. π. de tut. & rat.* Viciſſim curatori competit *actio tutelæ contraria utilis*, contra minorem, *t. t. π. de contrar. tut. & util.* Denique de ſubſidiaria actione adverſus Magiſtratum antea dictum, *§. 2. de ſatisd.*

FINIS LIBRI I.

LI-

LIBER II.

TIT. I.

DE RERVM DIVISIONE ET ACQVIRENDO EARVM DOMINIO.

I. π. 8. & 41. & 2. 7. C. 32.

I.

HActenus una pars Societatis civilis, qvæ circa personas versatur, exposita est, qvantum ad jus pertinet; seqvitur altera qvæ res continet. *Rerum* nomine omne id comprehenditur, qvod sub personarum vocabulo non venit, societatis tamen civilis pars est, sive sint corporales, sive incorporales & jura. Jus porrò circa res duplex est, ex diversitate obligationis, aut enim res ipsa obligatur, aut tantum persona rem possidens. Ex priori oritur jus in re, ex posteriori jus ad rem, & obligatio, stricte ita dicta, *de qva lib. 3.* Jus in re porro triplex est, Dominium, Pignus, & Possessio.

Res, qvid.

Jus rerum qvotuplex

II. Divisio ac rerum species ratione dominii ac potestate occupandi dupliciter considerari

Rerum communio an fuerit

derari possunt, vel originarie & in statu naturæ condendæqve civitatis, vel ut in constituta civitate cernuntur. Priori modo & in universum res omnes h. e. terra ac mare & aër cum iis, qvæ ibi continentur, fuerunt in dominio primi hominis Adami, & in Orbe postdiluviano, Noæ, ejus familiæ, gentis & inde ortarum civitatum atqve Rerumpublicarum. Itaqve & respectu societatis humanæ primævæ in universum, & ratione cujusqve universitatis civilis, in qvas illa divisa fuit, verum est, omnia communia fuisse & indivisa veluti *unum* cunctis *patrimonium* ut Justinus loqvitur.

divisio in div. & hum.

III. Cum igitur omnes res sint in dominio universitatis cujusqve, usqve dum singulis privata rerum dominia adsignantur, & distinguvntur, *l. 5. π. de J. & J. Grot. de J. B. 2, 2. 4. 8, §. 9. seqq.* qvælibet porrò civilis societas duabus constet partibus principalibus, & societatibus subordinatis, Sacrâ, qvæ Christianis *Ecclesia*, & Civili speciatim dicta; qvarum illa societatem civium cum DEO religione tuetur, hæc civium inter ipsos æqvalitate: hinc summa rerum divisio in duos articulos deducitur, nam aliæ sunt divini juris, aliæ humani, *l. 1. π. de rer. div.* qvæ in eo conveniunt, qvod sint utræqve in dominio Vniversitatis suæ, in hoc differunt, qvod illæ sunt in nullius *privati* dominio, harum verò qvædam & pleræqve sunt in dominio aut patrimonio privatorum, reliqvis in dominio Reip. manentibus, *usu* tamen priva-

privatis communicato, constituta semel Republica, qvi alter modus considerandi est, & qvem Justinianus hic seqvitur:

Pr.

Superiore libro de Jure personarum exposuimus, modò videamus de rebus: qvæ vel in nostro patrimonio, vel extra patrimonium nostrum habentur. Qvædã enim naturali jure communia sunt omnium, qvædam publica, qvædam universitatis, qvædam nullius, pleraqve singulorum: qvæ ex variis causis cuiq; acqviruntur, sicut ex subjectis apparebit.

Dominium qvid

IV. Est autem Dominium jus rem sibi propriam habendi, eam libere administrandi, eâ utendi fruendi, eamqve alienandi. Modi qvibus dominium rerum acqviritur, alii sunt communes gentibus ex jure naturali oriundi, alii Romanis aut aliis populis proprii. De qvibus mox.

Res communes qvatenus

V. Etsi igitur Mare, aër, flumina æqve atqve terra fiunt occupantis Vniversitatis vel Reipubl. & qvæ in iis continentur, veluti fructus; usu tamen sunt communia, qvo dominio Reip non fit præjudicium. Itaqve in mari ut qvid exstruere privatus possit, Decretum Prætoris adhibendum est, *l. qvamvis. 50. π. de A. R. D. l. 1. §. 18. π. de N. N. O. l. 45. π. de usu cap. l. 10. π. de rer. div. l. 14. π. de injur. l. 3. π. ne qvid in loc. publ. l. 14. π. de A. R. D. l. 9. π. de judic.* Leo *Imp. Novell. 56.* atqve secundum hæc intelligendus Justinianus:

§. 1. Et

§. 1.

Et quidem naturali jure communia sunt omnium hæc: aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur: dum tamen à villis, & monumentis, & ædificiis abstineat, quia non sunt juris gentium, sicut est mare.

§. 2.

Flumina autem omnia, & portus, publica sunt. Ideoq; jus piscandi omnibus commune est in portu fluminibusq;.

Conf. *l. 1. π. Ne qvid in loco publ.*

§. 3.

Est autem littus maris, qvatenus hybernus fluctus maximus excurrit.

Conf. *l. 96. l. 102. π. de V. S.*

§. 4.

Riparum qvoq; usus publicus est jure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaq; naves ad eas adpellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliqvod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare. Sed proprietas earum illorum est, qvorum prædiis hærent, qva de causa arbores qvoq; in eisdem vatæ eorundem sunt.

Conf. *l. 30. π. de A. R. D. L. un. π. ut in flum. publ.*

Proprietas riparum jure naturali & gentium ejus est, cujus est flumen, h. e. Vniversitatis, non privatorum, nisi ex illius concessione, qvæ in Jure Romano cernitur, *Grot. J. B. 2, 8, 8. seq. Pusend. 4, 7. 12.*

§. 5.

§. 5.

Littorum qvoq; usus publicus est, & juris gentium, sicut & ipsius maris. Et ob id cuilibet liberum est, casam ibi ponere, in qvam se recipiat, sicut retia siccare, & ex mari deducere. Proprietas autem illorum potest intelligi nullius esse, sed ejusdem juris esse, cujus & mare, & qvæ subjacent mari terra vel arena.

Conf. *l. 4. §qq. ff. Ne qvid in loco publ. L. 14. ff. de A.R. D. L. pen ff. de usufr.*

VI. Cum porrò Vniversitas sit duplex alia totalis sive tota aliqva Resp. alia qvælibet ejus civitas & communitas, qvæ speciatim *Vniversitatis* nomine Justiniano hic §. 6. venit, ad priorem speciem pertinet Dominium maris atqve fluminum; qvæ regulariter intelliguntur esse publica, *l. 4. §. 1. de R. D.* sicut & Viæ, *Mascard. de Probat Concl. 1404.* Jo. Baptista Colla *Remed. Subfid. 95, 3.* ad posteriorem res cujusqve communitatis: Vniversitas duplex

§. 6.

Vniversitatis sunt, non singulorum, qvæ in civitatibus sunt, theatra, stadia, & his similia, & si qva alia sunt communia civitatum.

Conf. *L. 122. de legat. 1. T. t. ff. de operib. publ.*

VII. Sed præter enumeratas res, qvæ *publicarum* nomine veniunt, qvia sunt communes usu singulis; in publico autem dominio; dantur etiam res, qvæ sunt qvidem in dominio Vniversitatis aut Reip. usu autem non communes Res fisci & similes

nes, ut sunt res Fisci & Sacrarum Largitionum, bona Domanii, Coronæ, bona Cameralia, Regalia, res ad civitates pertinentes, &c. *t. t. π. de admin. rer, ad civ. t. C. de pascuis publ. & c. 2. F. 56. quæ sint Regalia.*

Res Sacræ

VIII. Res divini juris in dominio sunt societatis Sacræ & Reip. unde & vindicari ab ea possunt, *Tacit. 4. Ann. 43.* ratione usus diversi generis sunt: aliæ enim suâ naturâ non admittunt usum singulorum prophanum, qvia ab illo semel auctoritate publica exemtæ per consecrationem, & soli cultui divino immediate destinatæ, qvæ *Sacræ* dicuntur.

§. 7.

Nullius autem sunt res Sacræ, & religiosæ, & sanctæ. Quod enim divini juris est, id nullius in bonis est.

Conf. *l. 83. § . 5. π. de V. O.*

§. 8.

Sacræ res sunt, qvæ rite per Pontifices DEO consecratæ sunt: veluti ædes sacræ, & donaria, qvæ rite ad ministerium DEI dedicata sunt, qvæ etiam per nostram Constitutionem alienari & obligari prohibuimus, excepta causa redemtionis captivorum. Si qvis autem auctoritate sua qvasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. Locus autem, in qvo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet, ut & Papinianus scripsit.

Conf. *L. 21. & Auth. C. d. SS. Eccl. L. 73. π. de contrah. emt. L 36. π. de Religios.* Grot. *J. B 3. 5. 2.*

IX. Aliæ

IX. Aliæ verò usum & usumfructum præbent personis sacris & rebus: & dicuntur *bona Ecclesiastica & Dotalia*, ut ædes & fundi parochiani, decimæ &c. Utræqve *secularisari* qveunt, causâ cognita & publica auctoritate, sed hæ facilius, qvàm illæ. *l. 17. C. de SS. Eccles. can. 10. q. 2. can. 12. q. 2. Carpz. 2. def. Eccl. 200.* Bona Ecclesiast.

X. Aliæ porro ex commercio singulorum eximuntur privata auctoritate mortuo illato, qvo ipso locus sit *religiosus*, qvum religio sit, defunctos inqvietare, & horum receptacula commercio exponere. *Plato lib. ult. de LL.* Religiosa.

§. 9.

Religiosum locum unusqvisq; sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. In communem autem locum purum invito socio inferre non licet, in commune verò sepulchrum etiam invitis ceteris licet inferre. Item si alienus ususfructus est, proprietarium placet, nisi consentiente usufructuario, locum religiosum non facere. In alienum locum consentiente domino licet inferre, & licet in postea ratum (non) habuerit, qvam illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit. Marcianus *l. 6. §. 4. π. de R. D.* itemqve Theophilus negativam hîc non habent. Verius, qvia ratihabitio mandato comparatur, *l. 12. fi. π. de solut. V. l. 7. π de relig.*

Conf. *l. 2, & 3, t. π. & C. de religios.*

At eo jure non utuntur Ecclesiæ nostræ, sed in communem locum sepulturis destinatum mortui inferendi, qvi *Cœmeterium* & Dormitorium appellatur. *can. 13. q. 1. c. 1. Euseb. 7. H. E. 12.* Atqve cenotaphia religioni nondum destinata, seu monumenta pura & tumuli inanes adhuc, in commercio sunt, & venire possunt, *l. 7. π. de R. D. l. 6. §. 1. π. de religios. l. 1. C. de sepulcr. viol. Salgad. Labyr. Cred. 3, 5, 48. Carpz. Dec. 289. 1. Resp. 86.*

Res Sanctæ.

XI. Deniqve aliæ res qvodammodo divini juris sunt, qvod & commercio singulorum exemtæ, & in violatores pœna capitalis sancita, unde & *Sanctæ* dictæ, Muri scilicet ac Portæ.

§. 10.

Sanctæ qvoq; res, veluti muri & portæ civitatis, qvodammodo divini juris sunt, & ideo nullius in bonis sunt. Ideo autem muros sanctos dicimus: qvia pœna capitis constituta est in eos, qvi aliqvid in muros deliqverint. Ideo & Legum eas partes, qvibus pœnas constituimus adversus eos, qvi contra Leges fecerint, sanctiones vocamus.

Conf. *L. 2. π. Ne qvid in loco sacro.*

Qvod & ad muros municipiorum extensum, *l. 8. §. 2. π. de R. D. l. fq. l. fi. eo. Jus Svevic. c. 178.* Qvanqvam illo rigore hodie non utamur, sed arbitraria pœna locum habeat, *Menoch. Arbitr. 483, Berlich. Dec. 70.* Carpz. *1. Qv. Crim. 40, 25.* Pfeil. *Cons. 150.* cum naturaliter hæc sint in dominio Universitatis, etiam municipalis, ut publicæ res, ut si-

ut sine Principis permissu & extrui & reparari atqve habitari possint, *Klock. 1. Cons. 14, 41, & de Contrib. 9, 24. & sqq.* M. A Nata *Conf. 183.* Hahn. *ad Wesenb. de via publ.*

XII. Hæc de rebus publicis, sive qvæ in Reip. sunt dominio, & qvarum expositio plenior ad jus publicum atqve Sacrum pertinet: hîc verò juris privati jacimus fundamenta. Igitur de modis acqvirendi dominii â privatis videamus, qvos aphor. 4. attigimus. Acqvisitio singulorum

§. II.

Singulorum autem hominum multis modis res fiunt; qvarundam enim rerum dominium nanciscimur jure naturali, qvod (sicut diximus) appellatur jus gentium: qvarundam verò jure civili. Commodius est itaqve â vetustiore jure incipere, palam est autem, vetustius esse jus naturale, qvod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Civilia autem jura tunc esse cœperunt; cum & civitates condi, & magistratus creari, & Leges scribi cœperunt.

XIII. Est autem acqvisitio dominii duplex pro rerum diversitate, sunt enim vel jam in alicujus dominio, vel nullius: hæ *originariâ* acqvisitione Grotio J. B. 2, 3. aliis, noviter acqviri dicuntur, illæ *derivativâ*, h. e. alienatione, translatione, traditione, aut transmissione. Prior species fit vel apprehensione hominis, occupatio dicta vel rei aut operæ accessione. Tres igitur generatim modi sunt acqvirendi dominii qvotuplex

durante Curatelâ, *l. 7. C. arbitr. tut. l. 17. C. neg. geſt. l. 4. §. 3. π. de tut. & rat.* Viciſſim curatori competit *actio tutelæ contraria utilis*, contra minorem, *t. t. π. de contrar. tut. & util.* Denique de ſubſidiaria actione adverſus Magiſtratum antea dictum, *§. 2. de ſatisd.*

FINIS LIBRI I.

LI-

LIBER II.

TIT. I.

DE RERVM DIVISIONE ET ACQVIRENDO EARVM DOMINIO.

I. π. 8. & 41. 1. & 2. 7. C. 32.

I.

HACtenus una pars Societatis civilis, qvæ circa personas versatur, expositа est, qvantum ad jus pertinet; sequitur altera qvæ res continet. *Rerum* nomine omne id comprehenditur, qvod sub personarum vocabulo non venit, societatis tamen civilis pars est, sive sint corporales, sive incorporales & jura. Jus porrò circa res duplex est, ex diversitate obligationis, aut enim res ipsa obligatur, aut tantum persona rem possidens. Ex priori oritur jus in re, ex posteriori jus ad rem, & obligatio, stricte ita dicta, *de qva lib. 3.* Jus in re porro triplex est, Dominium, Pignus, & Possessio.

Res, qvid

Jus rerum qvotuplex

II. Divisio ac rerum species ratione dominii ac potestate occupandi dupliciter considerari

Rerum communio an fuerit

derari possunt, vel originarie & in statu naturæ condendæque civitatis, vel ut in constituta civitate cernuntur. Priori modo & in universum res omnes h. e. terra ac mare & aër cum iis, quæ ibi continentur, fuerunt in dominio primi hominis Adami, & in Orbe postdiluviano Noæ, ejus familiæ, gentis & inde ortarum civitatum atque Rerumpublicarum. Itaque & respectu societatis humanæ primævæ in universum, & ratione cujusque universitatis civilis, in quas illa divisa fuit, verum est, omnia communia fuisse & indivisa veluti *unum* cunctis *patrimonium* ut Justinus loquitur.

divisio in div. & hum.

III. Cum igitur omnes res sint in dominio universitatis cujusque, usque dum singulis privata rerum dominia adsignantur, & distinguuntur, *l. 5. π. de J. & J. Grot. de J. B. 2, 2. 4. c. 8, §. 9. seqq.* quælibet porrò civilis societas duabus constet partibus principalibus, & societatibus subordinatis, Sacrâ, quæ Christianis *Ecclesia*, & Civili speciatim dicta; quarum illa societatem civium cum DEO religione tuetur, hæc civium inter ipsos æqualitate: hinc summa rerum divisio in duos articulos deducitur, nam aliæ sunt divini juris, aliæ humani, *l. 1. π. de rer. div.* quæ in eo conveniunt, quod sint utræque in dominio Universitatis suæ, in hoc differunt, quod illæ sunt in nullius *privati* dominio, harum verò quædam & pleræque sunt in dominio aut patrimonio privatorum, reliquis in dominio Reip. manentibus, *usu* tamen priva-

privatis communicato, constituta semel Republica, qvi alter modus considerandi est, & qvem Justinianus hîc seqvitur:

Pr.

Superiore libro de Jure personarum exposuimus, modò videamus de rebus: qvæ vel in nostro patrimonio, vel extra patrimonium nostrum habentur. Qvædã enim naturali jure communia sunt omnium, qvædam publica, qvædam universitatis, qvædam nullius, pleraqve singulorum: qvæ ex variis causis cuiq; acqviruntur, sicut ex subjectis apparebit.

Dominium qvid

IV. Est autem Dominium jus rem sibi propriam habendi, eam libere administrandi, eâ utendi fruendi, eamqve alienandi. Modi qvibus dominium rerum acqviritur, alii sunt cummunes gentibus ex jure naturali oriundi, alii Romanis aut aliis populis proprii. De qvibus mox.

Res communes qvatenus

V. Etsi igitur Mare, aër, flumina æqve atqve terra fiunt occupantis Vniversitatis vel Reipubl. & qvæ in iis continentur, veluti fructus; usu tamen sunt communia, qvo dominio Reip non fit præjudicium. Itaqve in mari ut qvid exstruere privatus possit, Decretum Prætoris adhibendum est, *l. qvamvis. 50. π. de A. R. D. l. 1. §. 18. π. de N. N. O. l. 45. π. de usu cap. l. 10. π. de rer. div. l. 14. π. de injur. l. 3. π. ne qvid in loc. publ. l. 14. π. de A. R. D. l. 9. π. de judic.* Leo *Imp. Novell. 56.* atqve secundum hæc intelligendus Justinianus:

§. 1. Et

§. 1.

Et quidem naturali jure communia sunt omnium hæc: aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur: dum tamen à villis, & monumentis, & ædificiis abstineat, quia non sunt juris gentium, sicut est mare.

§. 2.

Flumina autem omnia, & portus, publica sunt. Ideoq; jus piscandi omnibus commune est in portu fluminibusq;.

Conf. *l. 1. π. Ne qvid in loco publ.*

§. 3.

Est autem littus maris, qvatenus hybernus fluctus maximus excurrit.

Conf. *l. 96. l. 102. π. de V. S.*

§. 4.

Riparum qvoq; usus publicus est jure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaq; naves ad eas adpellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliqvod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare. Sed proprietas earum illorum est, qvorum prædiis hærent, qva de causa arbores qvoq; in eisdem vatæ eorundem sunt.

Conf. *l. 30. π. de A. R. D. L. un. π. ut in flum. publ.*

Proprietas riparum jure naturali & gentium ejus est, cujus est flumen, h. e. Vniversitatis, non privatorum, nisi ex illius concessione, qvæ in Jure Romano cernitur, *Grot. J. B. 2, 8, 8. seq. Pusend. 4, 7. 12.*

§. 5.

§. 5.

Littorum qvoq; usus publicus est, & juris gentium, sicut & ipsius maris. Et ob id cuilibet liberum est, casam ibi ponere, in qvam se recipiat, sicut retia siccare, & ex mari deducere. Proprietas autem illorum potest intelligi nullius esse, sed ejusdem juris esse, cujus & mare, & qvæ subjacet mari terra vel arena.

Conf. *l. 4. §qq. ff. Ne qvid in loco publ. L. 14. ff. de A. R. D. L. pen ff. de usufr.*

VI. Cum porrò Vniversitas sit duplex alia totalis sive tota aliqva Resp. alia qvælibet ejus civitas & communitas, qvæ speciatim *Vniversitatis* nomine Justiniano hîc §. 6 venit, ad priorem speciem pertinet Dominium maris atqve fluminum; qvæ regulariter intelliguntur esse publica, *l. 4. §. 1. de R. D.* sicut & Viæ, *Mascard. de Probat Concl. 1404.* Jo. Baptista Colla *Remed. Subfid. 95, 3.* ad posteriorem res cujusqve communitatis: Vniversitas, duplex

§. 6.

Vniversitatis sunt, non singulorum, qvæ in civitatibus sunt, theatra, statia, & his similia, & si qva alia sunt communia civitatum.

Conf. *L. 122. de legat. 1. T. t. ff. de operib. publ.*

VII. Sed præter enumeratas res, qvæ *publicarum* nomine veniunt, qvia sunt communes usu singulis; in publico autem dominio; dantur etiam res, qvæ sunt qvidem in domino Vniversitatis aut Reip. usu autem non commu- Res fisci & similes

nes, ut sunt res Fisci & Sacrarum Largitionum, bona Domanii, Coronæ, bona Cameralia, Regalia, res ad civitates pertinentes, &c. *t. t. π. de admin. rer. ad civ. t. C. de paſcuis publ. & c. 2. F. 56. qvæ ſint Regalia.*

Res Sacræ

VIII. Res divini juris in dominio ſunt ſocietatis Sacræ & Reip. unde & vindicari ab ea poſſunt, *Tacit. 4. Ann. 43.* ratione uſus diverſi generis ſunt: aliæ enim ſuâ naturâ non admittunt uſum ſingulorum prophanum, qvia ab illo ſemel auctoritate publica exemtæ per conſecrationem, & ſoli cultui divino immediate deſtinatæ, qvæ *Sacræ* dicuntur.

§. 7.

Nullius autem ſunt res Sacræ, & religioſæ, & ſanctæ. Qvod enim divini juris eſt, id nullius in bonis eſt.

Conf. *l. 83. §. 5. π. de V. O.*

§. 8.

Sacræ res ſunt, qvæ rite per Pontifices DEO conſecratæ ſunt: veluti ædes ſacræ, & donaria, qvæ rite ad miniſterium DEI dedicata ſunt, qvæ etiam per noſtram Conſtitutionem alienari & obligari prohibuimus, excepta cauſa redemtionis captivorum. Si qvis autem auctoritate ſua qvaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. Locus autem, in qvo ædes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, ſacer adhuc manet, ut & Papinianus ſcripſit.

Conf. *L. 21. & Auth. C. d. SS. Eccl. L. 73. π. de contrah. emt. L. 36. π. de Religioſ.* Grot. *J. B. 3. 5. 2.*

IX. Aliæ

IX. Aliæ verò usum & usumfructum præbent personis sacris & rebus: & dicuntur *bona Ecclesiastica* & *Dotalia*, ut ædes & fundi parochiani, decimæ &c. Utræqve *secularisari* qveunt, causâ cognita & publica auctoritate, sed hæ facilius, qvàm illæ. *l. 17. C. de SS. Eccles. cau. 10. q. 2. cau. 12. q. 2. Carpz. 2. def. Eccl. 200.* Bona Ecclesiast.

X. Aliæ porro ex commercio singulorum eximuntur privata auctoritate mortuo illato, qvo ipso locus sit *religiosus*, qvum religio sit, defunctos inqvietare, & horum receptacula commercio exponere. *Plato lib. ult. de LL.* Religiosa.

§. 9.

Religiosum locum unusqvisq; sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. In communem autem locum purum invito socio inferre non licet, in commune verò sepulchrum etiam invitis ceteris licet inferre. Item si alienus usus-fructus est, proprietarium placet, nisi consentiente usufructuario, locum religiosum non facere. In alienum locum consentiente domino licet inferre, & licet in postea ratum (non) habuerit, qvam illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit. Marcianus *l. 6. §. 4. π. de R. D.* itemqve Theophilus negativam hîc non habent. Verius, qvia ratihabitio mandato comparatur, *l. 12. fi. π. de solut. V. l. 7. π de relig.*

Conf. l. 2, & 1, 1. π. & C. de religios.

At eo jure non utuntur Ecclesiæ nostræ, sed in communem locum sepulturis destinatum mortui inferendi, qvi *Cœmeterium* & Dormitorium appellatur. *can. 13. q. 1. c. 1. Euseb. 7. H. E. 12.* Atqve cenotaphia religioni nondum destinata, seu monumenta pura & tumuli inanes adhuc, in commercio sunt, & venire possunt, *l. 7. π. de R. D. l. 6. §. 1. π. de religios. l. 1. C. de sepulcr. viol. Salgad. Labyr. Cred. 3, 5, 48. Carpz. Dec. 289. 1. Resp. 86.*

Res Sanctæ.

XI. Deniqve aliæ res qvodammodo divini juris sunt, qvod & commercio singulorum exemtæ, & in violatores pœna capitalis sancita, unde & *Sanctæ* dictæ, Muri scilicet ac Portæ.

§. 10.

Sanctæ qvoq; res, veluti muri & portæ civitatis, qvodammodo divini juris sunt, & ideo nullius in bonis sunt. Ideo autem muros sanctos dicimus: qvia pœna capitis constituta est in eos, qvi aliqvid in muros deliqverint. Ideo & Legum eas partes, qvibus pœnas constituimus adversus eos, qvi contra Leges fecerint, sanctiones vocamus.

Conf. *L. 2. π. Ne qvid in loco sacro.*

Qvod & ad muros municipiorum extensum, *l. 8. §. 2. π. de R. D. l. sq. l. fi. eo. Jus Suevic. c. 178.* Qvanqvam illo rigore hodie non utamur, sed arbitraria pœna locum habeat, *Menoch. Arbitr. 483, Berlich. Dec. 70.* Carpz. *1. Qv. Crim. 40, 25.* Pfeil. *Cons. 150.* cum naturaliter hæc sint in dominio Universitatis, etiam municipalis, ut publicæ res, ut si-

ut sine Principis permissu & extrui & reparari atqve habitari possint, *Klock. 1. Conf. 14, 41, & de Contrib. 9, 24. & sqq.* M. A Nata *Conf. 185.* Hahn. *ad Wesenb. de via publ.*

XII. Hæc de rebus publicis, sive qvæ in Reip. sunt dominio, & qvarum expositio plenior ad jus publicum atqve Sacrum pertinet: hîc verò juris privati jacimus fundamenta. Igitur de modis acqvirendi dominii â privatis videamus, qvos aphor. 4. attigimus. Acqvisitio singulorum

§. II.

Singulorum autem hominum multis modis res fiunt; qvarundam enim rerum dominium nanciscimur jure naturali, qvod (sicut diximus) appellatur jus gentium: qvarundam verò jure civili. Commodius est itaqve â vetustiore jure incipere, palam est autem, vetustius esse jus naturale, qvod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Civilia autem jura tunc esse cœperunt; cum & civitates condi, & magistratus creari, & Leges scribi cœperunt.

XIII. Est autem acqvisitio dominii duplex pro rerum diversitate, sunt enim vel jam in alicujus dominio, vel nullius: hæ *originariâ* acqvisitione Grotio J. B. 2, 3. aliis, noviter acqviri dicuntur, illæ *derivativâ*, h. e. alienatione, translatione, traditione, aut transmissione. Prior species fit vel apprehensione hominis, occupatio dicta vel rei aut operæ accessione. Tres igitur generatim modi sunt acqvirendi dominii qvotuplex

jure naturali: Occupatio, accesſio, traditio, qvi & ipſi Jure Civili recepti, & alii civiles adjecti, qvanqvam & illi in Jure naturali fundentur, ut uſucapio, Donatio, Teſtamenticapio, Bonorum Poſſeſſio, & ſimiles.

Occupatio. XIV. Occupatio eſt apprehenſio poſſeſſionis rei animo ſibi propriam habendi. Atqve pro objecti diverſitate triplex eſt, verſatur enim vel circa feras, & *Venatio* dicitur, vel circa res ereptas hoſtibus, *bellica occupatio*, *V. aph. 21.* vel circa res alias, qvæ nullius, aut vacuæ poſſeſſionis ſunt, *Inventio*.

XV. De occupatione regula juris naturalis & civilis eſt, qvod nullius eſt, occupanti conceditur, *l. 3. π. de A. R. D.* H. Grot. *J. B. 2, 2, 2 ſi.*

Venatio. J. Nat. XVI. Venatio porro vel eſt ferarum terreſtrium, vel aucupium, vel piſcatio. Supra dictum §. 2. & 3. in conſtituendis ab origine rerum civitatibus dominium rerum omnium, tam ſoli qvàm qvæ in ſolo ſunt, ab Vniverſitate qvalibet occupatarum, fuiſſe penes occupantem Vniverſitatem, ex naturali ratione. Poſtea ſingulis certa dominia diſtributa, reliqvis dominio Vniverſitatis manentibus. Hinc regula: Qvarum rerum dominium aut occupandi jus ſinguli docere non poſſunt, illud eſt penes Vniverſitatem, ſive qvæ eam repræſentat, ſummam poteſtatem. At Qvirites ſinguli obtinuerant ab initio jus occupandi omnia animalia

J. Rom.

lia, qvæ terra, mari, cælo capiuntur, *l. 5. π. de A. R. D.*

§. 12.

Feræ igitur bestiæ, & volucres & pisces & omnia animalia, qvæ mari, cælo, & terra nascuntur, simul atq; ab aliqvo capta fuerint, jure gentium statim illius esse incipiunt. qvod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, nec interest, feras bestias & volucres utrum in suo fundo qvis capiat, an in alieno. Plane qvi alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest à domino, si is prævideris, prohiberi, ne ingrediatur. Qvicqvid autem eorum ceperis, eousq; tuum esse intelligitur, donec tua custodia coercetur. Cum verò tuam evaserit custodiam & in libertatem naturalem sese receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, ut difficilis sit ejus persecutio.

XVII. Aliud nationibus Teutonicis placuit, & juxta regulam antea expositam dominium sylvarum, marium, & fluminum & qvæ in iis continentur, Vniversitati & Summæ Reip. potestati manserunt, Baruch. 3, 17. *Principes gentium dominantur super bestias, qvæ sunt super terram, qvi in avibus cæli ludunt*, nisi qvibus speciatim jura hæc concessa sint, qvæ *Regalia* ob id appellantur. *Gloss. Weichb. Art. 122. fi.* Noe Meurer. Von Kayserlicher Gerechtigkeit. Vnde nostro in foro furtum utiqve ferarum fit J. Teut.

ab his, qvi jus venandi non habent. *V. Exerc. ad π. IV, 17. & Exerc. XLV, 4. seqq.* Qvare qvod Imp. hîc de *Jure Gentium* ait, id de universâ intelligi non potest, sed particulari. *V. Grot. J. B. 2, 2. 5.*

§. 13.

Jus persequendi feram.

Illud quæsitum est, an, si fera bestia ita vulnerata sit, ut capi possit, statim tua esse intelligatur. Et quibusdam placuit, statim esse tuam, & eousq; tuam videri, donec eam persequaris, qvod si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alii verò putaverunt, non aliter tuam esse, qvam si eam ceperis: Sed posteriorem sententiam nos confirmamus, qvod multa accidere soleant, ut eam non capias.

Desumta est hæc §. ex *l. 5. §. 1. π. de A. R. D.* Sed recte Glossa ibi annotat, Trebatii sententiam in foro nostro obtinere, non qvam Cajus & Justinianus approbat, ita, ut qvi feram qvam â me vulneratam persequor, inter ipiat, furtum mihi committat. *V. Jus Sax. Prov. l. 2. A. 61.* qvanqvam circa jus persequendi in alieno solo sive territorio venatorio, cujuscunqve provinciæ mos observandus.

Venatio qvoruplex

XVIII. Pro diversitate ferarum venatio sortitur species imprimis duas, majoris & minoris, Hohe- und Niederjagt. Sed qvum inter feras majores & minores sint dubii generis, alicubi media adjicitur species, caprearum, capreolorum, aprorum minorum, Mitteljagt/

der

Del Rehe / Rehebócke / &c. Qva in re cujusqve regionis consvetudo attendenda est.

XIX. Acqviritur deniqve Venatio hodie regulariter jure feudi per literas investituræ, vel etiam longa possessione atqve præscriptione, itemqve ex privilegio. modi acqvir.

XX. Qvæ de venatione dicta sunt, etiam in Aucupio obtinent, ita ut aves feras nobiliores capiendi privatis regulariter non competat, nisi ex concessione Summæ potestatis speciali. Inter aves etiamsi *Apes* à Physicis haud censentur, qvum & sangvine & rostro careant, qvia tamen volatilia sunt, inter feras alatas referuntur, *Sirach. XI, 3.* non adhibita differentia sylvestrium & domesticarum, etsi hæ in privatorum dominio, istæ in universitatis aut Principis freqventius habeantur. Aucupium.

§. 14.

Apium qvoq; fera natura est. Itaq; apes, qvæ in arbore tua consederint, antequam à te alveo includantur, non magis tua intelliguntur esse, qvam volueres, qvæ in arbore tua nidum fecerint. Ideoq; si alius eas incluserit, is earum dominus erit. Favos qvoq;, si qvos effecerint, eximere qvilibet potest. Plane integra re, si prævideris ingredientem fundum tuum, poteris eum jure prohibere, ne ingrediatur. Examen qvoq;, qvod ex alveo tuo evolaverit, eousq; intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, alioqvin occupantis fit. Apes.

Convenit Jus Sax. Municip. Art. 119. *V. Exerc. ad π. XLV, 13. seqq.*

§. 15.

Pavones & Columbæ.

Pavonum quoq; & columbarum fera natura est: nec ad rem pertinet, quod ex consvetudine evolare & revolare solent. Nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. Cervos quoq; quidam ita mansvetos habent, ut in sylvam ire & redire soleant: quorum & ipsorum feram esse naturam, nemo negat. In iis autem animalibus, quæ ex consvetudine abire & redire solent, talis regula comprobata est, ut eousq; tua esse intelligantur, donec animum revertendi habeant, nam si revertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. Revertendi autem animum videntur desinere habere tunc, cum revertendi consvetudinem deseruerint.

Conf. *l. 37. π. de furt. L. 8. §. 1. π. fam. ercisc.*

§. 16.

Gallinarum autem & anserum non est fera natura: idq; ex eo possumus intelligere, quod aliæ sunt gallinæ, quas feras vocamus: item alii sunt anseres, quos feros appellamus. Ideoq; si anseres tui, aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati turbatæve evolaverint, licet conspectum tuum effugerint, quocunq; tamen loco sint, tui tuave esse intelliguntur, & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur. V. Exerc. ad π. XLV, 17. seqq.

Bellica Occupat.

XXI. Altera Occupationis species, *aphor. 14.* bellica est, qvæ potissimum hîc versatur circa *res* hostibus ereptas; extenditur tamen etiam

am ad personas & homines liberos, qvi veteri jure gentium in servitutem redacti & libertatem etiam apud suos amisisse censebantur, *jure postliminii* demum reduces jura sua recuperantes: aut si apud hostes mortui, Lege Cornelia fingebantur in civitate decessisse primo captivitatis momento, *t. t. π. & C. de capt. & postlim.*

§. 17.

Item ea, qvæ ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra fiunt: adeo qvidem, ut & uberi homines in servitutem nostram deducantur. Qvi tamen si evaserint nostram potestatem, & ad suos reversi fuerint, pristinum statum recipiunt. Jus postlim.

XXII. At hodie non opus juris postliminii circa personas, de qvo supra *Lib. I. Tit. III. §. 3.* sed tantùm circa res, qvo res nostræ ab hoste captæ, à nostro milite recuperatæ non fiunt occupantis, sed redeunt ad pristinum dominum. Ratio naturalis est, qvod Reip. sit, bona civium defendere, & consequenter iis erepta & recuperata restituere. *Pufend. de J. N. 8, 6. 21.* Qvod in rebus immobilibus etiam Jure Romano receptum, *l. 20. §. 1. π. de capt.* & in mobilibus iis, qvorum in bello usus, & qvæ non turpiter amissæ essent, *l. 2. eod.* Sed hodiernis moribus res mobiles indistincte non redeunt postliminio, sed prædæ titulo ad militem occupantem veniunt. *Grot. J. B. 3, 6. Jus Milit. Holland. Art. 63. seqq.* J. Hod.

XXIII.

cui acqviratur bello

XXIII. Atqve verius est, jure gentium res hostium captas regulariter acqviri Reip. non singulis militibus, nisi qvas illa his prædæ nomine concessit. *Grot. 3, 6. Hugo de Roy. 1, 6. 13. P. Faber. 2. Semestr. 4. Merend. 2. controv. 22.* Dissentit *Cujac. 19. O. 17. Textor. de J. G. 18, 67.* Vid. *Kulpis. Coll. Grot pag. 152.* veluti in excursibus liberis, uf Partie gehen / qvibus capta inter capientes partienda sunt, *Grot. 3, 6. 24.*

Inventio

XXIV. Inventio deniqve generatim occupatio est earum rerum, qvæ nullius sunt, aut vacuæ possessionis; qvâ etiam Accessio fortuita aliàs venit, qvâ de inferius: speciatim verò earum, qvæ in littore maris vel fluminum inveniuntur. Hæ jure neturali atqve gentium ejus sunt, cujus & littora, h. e. Reip. & Summæ ejus potestatis. *Vid. Aph. 3. & 5.* & qvibus ista occupare concessit, aut pro derelictis ea habuisse intelligitur: veluti jure Romano singulis hæc occupare licuit.

§. 18.

Lapillorum

Item lapilli & gemmæ, & cetera, qvæ in littore maris inveniuntur, jure naturali statim (atqve occupantur) *inventoris fiunt.*

Succini

Sed Germanorum moribus regulæ juris gentium inhæretur, neqve ista à Republ. pro derelictis habentur, alicubi autem specialiter conceduntur. Sic Jure Prussico singulis circa littora maris colligere ibi inventa concessum, excepto Succino, *lib. 3. T. 1. a. 3. §. 3.* conf.

conf. *Tacit. de M. G. 45, 6.* qvod ipsum tamen Jure Danico itidem concessum. *H. Gisebert. h. t. n.*

XXV. Hæc de Occupatione. Seqvitur alter acqvirendi modus ACCESSIO, qva qvod rei meæ accedit, mihi acqviritur, ex naturali ratione, *Pufend. de J. N. 4, 7.* qvæ tamen admittit LLatoris civilis determinationem ac restrictionem. Accedit autem aliqvid tripliciter vel naturâ, vel arte, vel casu. Naturâ fœtus ex animalibus nostris natus, itemqve Alluvio: Coalitio: Insulæ productio: Alvei mutatio. Accessio.

§. 19.

Item ea, qvæ ex animalibus dominio tuo subjectis nata sunt, eodem jure tibi acqviruntur.

XXVI. Qvod si eqva mea ex tuo eqvo fœtum parit, naturali ratione communis hic est utriqve, qvum patris partem esse, qvod nascitur, certum sit, *H. Grot. J. B. 2, 5. 29. & 2, 8. 18.* permittit tamen Jus naturæ civili LLatori ex ratione civilis prudentiæ alterutri addicere fœtum per accessionem. Itaqve Jure Romano si eqvam meam eqvus tuus prægnantem fecerit, non est tuum, sed meum, qvod natum est, *l. 5. §. 2, π. de R. V.* qvod & alia naturalis ratio svadet, qvia fœtus materiam à sola matre, à patre tantum principium motus accipiat, *Aristot. 1. de gener. anim. c. 21.* itaqve corpus & magnitudinem præberi à fœmina, *idem l. 2. c. 3. & 4.* atqvi per fœtum.

in

in brutis corporis, non animæ ratio habetur, seu magis corporis jus, ex quo percipuntur, quàm feminis, ex quo oriuntur, adspicitur, *l. 25. §. π. de usur.* Plane si invito domino equi admissio facta, habet hic actionem in factum ad *equimentum* h. e. mercedem, *l. 52. §. 20. π. de furt. ibi Goth.*

§. 20.

per alluvionem

Præterea quod per ALLVVIONEM (Anflößung) *agro tuo flumen adjecit, Jure gentium tibi acquiritur. Est autem alluvio incrementum latens.* (latenter factum) *Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur.*

Conf. *l. 7. §. 1. π. de A. R. D.*

J. Nat.

XXVII. Ratio naturalis est, quod istæ sensim adjectæ particulæ unde veniant nescitur, & ita dominio quasi per censitores mutato, *l. 30. §. 3. π. de A. R. D.* J. Sax. *l. 2. A. 56.* vindicari à nemine possunt, *Grot. de J. B. 2, 8. 11.* sed acquiruntur ei, cujus est principale sive ripa; hæc vero quum jure gentium sit populi non privatorum, *§. 4. supra*, consequens est, primariò & originariè alluvione publico acquiri, cujus proinde etiam est ripas munire, *Carpz. 3, 31. def. 13.* privatis verò demum ex concessione Reipl. *Grot. d. l.* quæ Quiritibus contigit. *§. 4. h.* sic & Vasallis per investituram, *l. F. 4. §. 5. seq.* quæ etiam tacite præsumitur, si privati possessores suis sumtibus ripas soleant munire, *Pufend. 4, 7. 12. Grot.*

Grot. 2, 8, 8. Hinc lacus, ſtagna & rivi qvi originariè privatorum bonis accenſentur jure alluvionis non gaudent, *l. lacus. 12. de A. R. D. Otting de jur. limit. 2, 2, 16.* conf. Noæ Meureri Waſſer-Recht/ paſſim.

XXVIII. Deniqve etſi violenta adjectio nihil acqvirit, acqvirit tamen coalitio adjecti per vim: Accesſio per vim

§. 21.

Qvod ſi vi fluminis de tuo prædio partem aliqvam detraxerit, & vicini prædio attulerit, palam eſt, eam tuam permanere. Plane ſi longiore tempore fundo vicini tui hæſerit; arbores ſi, qvas ſecum traxerit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo acqviſitæ eſſe. Coalitio

Aliud eſt, ſi arbor non vi fluminis, ſed facto hominis translata coaluit; nam & tunc utili rei vindicatione repeti poteſt, *l. 5. §. 3. π. de R. V.* conf. *H. Giſebert. Peric. Statut. 3. n. 88. ſeqq.* niſi malæ fidei poſſeſſor appareat.

XXIX. Inſula enata ſive in mari ſive in flumine publico, ſeqvitur ut accesſio ſuum principale, adeoqve acqvirtiur naturaliter Reip. cujus in dominio principale eſt. Itaqve. Inſula

§. 22.

Inſula, qvæ in MARI (nondum occupato) *in mari nata eſt, qvod rarò accidit, occupantis fit,* (Reip. qvæ & mare iſtud occupare poteſt) *nullius enim eſſe*

esse creditur, qvum principale sit adhuc nullius. *l. 7. §. 3. π. de A. R. D.* Sed maris occupati insulæ illius sunt, cujus est mare. Itaqve insulæ Italiæ, pars Italiæ sunt, & cujusqve Provinciæ, *l. 9. π. de judic.*

in flumine

XXX. Similiter & insula in *flumine publico* nata, publica esse debet, qvia id, qvod in publico innatum est, publicum est, ait Labeo, *l. pen. §. ult. de A. R. D.* naturali nempe ratione, *Grot. J. B. 2, 8. 9.* qvam seqvitur Jus Germanicum. Constitutio Adolphi Imp. anno 1293. promulgata: *Qvod si insula nata est in Rheno vel alio flumine in Comitatu alicujus Comitis, qvi in ipso flumine recipit telonia & conductus, habetq; Comitatum eundem, telonia & conductum ab Imperio in flumine prædicto; eadem insula potius spectat ad Imperium*, (qvoad dominium directum) *& ad ipsum Comitem*, (qvoad utile) *qvàm ad alium* (privatum) *dominum, cujus districtus* (fundus, ager,) *protenditur ad ripam fluminis prælibati.* Qvæ Constitutio extensive interpretatur Constitutionem Friderici Imp. *Qvæ sint Regalia. 2. F. 26.* Sixtin. *de Regal. 2, 3. 29.* Gylman. *T. 5. P. 2. t. 8. Vot. 6. p. 144.* Gryphiand. *de Insulis.* Noë Meurer. *de Insul. in Rheno natis.* Christinæ. *Decis. Belg. 4, 86. 6.* Bocer. *Cl. 5. D. 4, 32.* Carpz. *3, 31. def. 12. seqq.* Itaqve Jus Saxonicum generatim domino ripæ attribuit insulam, non præcise privatis agri possessoribus, *l. 2. Art. 56.* his enim demum acqviritur ex concessione Reip. qvam & Romana fuit amplexa, qvemadmodum

dum & riparum proprietatem iisdem dederat.

At insula in flumine nata, qvod frequenter accidit, si qvidem mediam partem fluminis tenet, communis est eorum, qvi ab utraq; parte fluminis prope ripam prædia possident: pro modo scilicet latitudinis cujusqve fundi, qvæ prope ripam sit. Qvod si alteri proximior sit parti, eorum est tantum, qvi ab ea parte prope ripam prædia possident. Qvod si aliqva parte divisum sit flumen, deinde infra unitum, agrum alicujus in formam insulæ redegerit, ejusdem permanet is ager, cujus & fuerat.

Conf. *l. 1. C. de aluv.* Landrecht. *l. 2. A. 56.* Otting. *de jur. limit. 1, 12, 49.* Carpz. *3, 31. def. 17.*

XXXI. Deniqve ALVEO mutato, vetus alveus naturaliter non mutat dominium, sed manet Reip. cujus & flumen est & alveus & ripæ. *Grot. 2. 8, 9.* Qvod etiam in foro Germanico est receptum, *Gryphiand. de insul. 11, 45.* Atq; similiter novus alveus iterum relictus, ex naturali æqvitate ad dominos pristinos redit, *Landr. 2. A. 26. Ge. Schulz. h. t.* Ex concessione demum Reip. privatis vicinorum agrorum possessoribus vetus alveus relinqvituri qvod Romanis placuit. Alvei mutatio

§. 23.

Qvod si naturali alveo in universum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit, prior qvidem alveus eorum est, qvi prope ripam ejus prædia possident,

ſident, pro modo ſcilicet latitudinis cujusq; agri, qvæ prope ripam ſit. novus autem alveus ejus juris eſſe incipit, cujus & ipſum flumen eſt, id eſt, publicus. Qvod ſi poſt aliqvot tempus ad priorem alveum reverſum fuerit flumen, rurſus novus alveus eorum eſſe incipit, qvi prope ripam ejus prædia poſſident.

Conf. *L. 30 §. 3. π. de A.R.D. & L. 30. § 3. π. de A.P.*

Qvod jus ſecuti Scabini Lipſienſes, *Carpz. 3. 31. def. 14. ſq.* & Friſii, *Sand. Deciſ. 5. 2, 1. ſq.*

§. 24.

Alia ſane cauſa eſt, ſi cujus totus ager inundatus fuerit, neq; enim inundatio fundi ſpeciem commutat, & ob id, ſi receſſerit aqva, palam eſt, eum fundum ejus manere, cujus & fuit

Artificialis acceſſio

XXXII. Artificialis acceſſio eſt, qva arte aut induſtria, vel facto hominis aliqvid noſtris rebus operæve accedit, totiusqve dominium acqviritur: Cujus plures ſunt ſpecies. Prima eſt *Specificatio*, qva alienæ materiæ forma ac ſpecies nova ſupervenit.

§. 25.

Specificatio

Qvum ex aliena materia ſpecies aliqva facta ſit ab aliqvo, qværi ſolet, qvis eorum naturali ratione dominus ſit: utrum is, qvi fecerit, an potius ille, qvi materiæ dominus fuerit? ut ecce, ſi qvis ex alienis uvis, aut olivis, aut ſpicis, vinum aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro vel argento, vel ære, vas aliqvod fecerit: vel ex alieno vino & melle mulſum miſcuerit: vel ex medi-

medicamentis alienis emplastrum aut collyrium compositerit : vel ex aliena lana vestimentum fecerit : vel ex alienis tabulis navem, vel armarium, vel subsellia fabricaverit.

Vix autem ulla est tractatio juris, in qva tot discrepantes sint ICtorum sententiæ, ait Grotius 2. 8, 21. Nerva & Proculus putarunt, hunc dominum esse, qvi, fecerit, qvia qvod factum est, antea nullius fuerat, *l. 7. §. 7. de A. R. D.* sive qvia per eum esse cœpisset, qvod ante non existeret, *Grot. 2. 8. 19.* Scilicet materiam cedere formæ, veluti nobiliori, qvæ dat esse rei. Contrà Sabinus & Cassius magis naturalem rationem efficere, ut qvi materiæ dominus fuerit, idem ejus qvoqve qvod ex eadem materia factum sit, dominum esse, qvia sine materia nulla species effici possit, *d. l. 7. §. 7. de A. R. D.* Materia qvippe & forma sibi sunt invicem causæ, ut Averroes docet, forma qvidem causa materiæ, ut ipsam perficit, materia causa formæ, ut ipsam recipit & sustentat, *Tolet in 2. Phys. 3. t. 30. & Q. 12. fi.* Diss. Ictor

Et post multam Sabinianorum & Proculianorum ambigvitatem, placuit media sententia existimantium, si ea species ad priorem & rudem materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qvi materiæ dominus fuerit : si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qvi fecerit. ut ecce, vas conflatum potest ad rudem materiam

æeu, vel argenti, vel auri reduci: vinum autem, vel oleum, aut frumentum, ad uvas, vel olivas, vel ſpicas reverti non poteſt. ac ne mulſum quidem ad vinum & mel reſolvi poteſt.

Reg. J. Rom.

Cum itaqve ut plurimum ſpecies ad priorem materiam reduci non poſſit, exinde regula ex Proculianorum ſententia Jure Romano extruitur, ſpecificatori acqviri dominium rei totius adeoqve & materiæ. qvæ tamen ſecundum Sabinianorum ſententiam exceptionem hanc admittit; Niſi res ad priorem materiam rudem reduci poſſit.

Qvod ipſum improbant recentiores. Ac primò Connanus hoc unum vult reſpici debere, plus ne ſit pretii in opere, an in materia, ut qvod pluris eſt, id prævalentia ſuâ qvod minus eſt, ad ſe trahat, *arg. l. 23. §. 4. π de R. V.* Grotius & id qvod de accesſione ob prævalentiam, & qvod materia formam ſeqvi dicitur, naturale eſſe negat, ſed civile, ad commodius tranſigenda negotia; natura tamen non repugnante, qvia lex civilis dandi dominii jus habeat, *d. l. 2. 8, 21.* Ipſe verò naturaliter ſeqvi aſſerit, cum res conſtent materia & ſpecie tanqvam ſuis partibus, ſi alterius ſit materia, alterius ſpecies, rem communem fieri pro rata ejus qvanti unumqvodqve eſt. *d. c. 8, 19.* Qvod & verum eſt, nec à JCtis Romanis ignoratum. ſed reſtrictum

ctum ad ea, qvæ communi consensu fiunt, *l. 7. §. 8. de A. R. D.* Sed si absqve consensu accessio facta, iniqvum judicarunt, qvenqvam ad communionem cogi, qvare illud hic qvæsiverunt, si communio displiceat aut dominis ipsis, aut Legislatori civili, utri potissimum res sit adjudicanda, & utrum habeat rationem accessorii, ex naturali qvidem, ratione? Displicuit autem Legislatori Romano ista rei communio, nec repugnante natura, sed & svadente, materiam potius accessorii habere rationem, qvum rei perfectio à forma perveniat.

Qvod si partim ex sua materia, partim ex aliena speciem aliqvam fecerit qvis: veluti ex suo vino & alieno melle mulsum miscuerit, aut ex suis & alienis medicamentis emplastrum, aut collyrium, aut ex sua lana & aliena vestimentum fecerit: dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum, qvi fecerit: cum non solum operam suam dederit, sed & partem ejusdem materiæ præstiterit.

XXXIII. Deniqve in omnibus istis, in qvibus mea res per prævalentiam sive formæ, sive materiæ, alienam rem trahit, meamqve efficit, pretium ejus, qvod accesserit, dare cogor, & gaudet alter, si rem forte ceperit, retentionis jure, meqve vindicantem exceptione doli repellere potest, donec pretium solverim. *l. 23. §. 4. π. de R. V.* Qvod si is qvi dominus fuit accessorii, rem non tenet, potest tamen aut actione ad exhibendum & separandum, & sic Rei vin- Limit.

vindicatione agere, aut actione in factum pr
tium petere, *d. l. 23. §. 5.* Nisi velit probare
malam fidem specificantis, tunc enim qvod
re nostra fit, nostrum esse verius est, & datur
itaqve actio ad exhibendum & rei vindicatio
nullo refuso pretio industriæ, *l. 12. §. 3. π. ad ex*
hib. itemqve Condictio furtiva, *l. 13. π. de cond*
furt. Sed & furti actio contra ipsum specifica
torem, qvi invito domino sciens alienam rem
contrectavit. Id qvod tamen civile potius
qvàm naturale rectè censet Grotius *J.B. 2. 8, 20*
natura enim pœnas non determinat, & donan-
di præsumtio est civile inventum in pœnam
malæ fidei.

Adjunctio per texturã

XXXIV. Accessionis hujusmodi species
est Adjunctio per texturam aut futuram rei alie-
næ, qvâ attextum licet pretiosius accessionis
iure acqviritur.

§. 26.

Si tamen alienam purpuram vestimento suo
qvis intexuerit, licet pretiosior sit purpura, tamen
accessionis vice cedit vestimento: & qvi dominus
fuit purpuræ, adversus eum, qvi subripuit, habet
furti actionem & condictionem, sive ipse sit, qvi
vestimentum fecit, sive alius: nam extinctæ res
licet vindicari non possint, condici tamen à furi-
bus & qvibusqz aliis possessoribus possunt.

Conf. *l. 23. §. 5. π. de R. V. l. 26. §. 1. π. de A. R. D.*
l. cum aurum 19. §. perveniamus. 13. sq. de
aur. & arg. leg.

XXXV.

XXXV. Confusio est liqvidorum aut liqvefactorum commixtio, qvâ una species alteram ingreditur, ut separari non possint, ut vinum meum & tuum. In hac accessionis specie obtinet regula juris naturalis antea allata de communione, etiam Jure Romano, qvia res alium exitum naturaliter reperire non poterat. *Grot. J. B. 2. 8. 19.* sive consensu sive fortuito facta confusio. Confusio

XXXVI. Simili ratione se habet adjunctio per *ferruminationem*, qva metalla ejusdem generis sine materiæ alterius interventione consolidantur: qvemadmodum ferrum ferro ferrumine: qvæ confusionem facit, *l. 23. §. 5. de R. V. Applumbatum* autem dicitur qvando plumbo aut aliâ ligaturâ metalla junguntur, hæc confusionem non efficit, adeoqve abruptum vindicari potest, *d. l. 23. §. 5. de R. V. l. 26. §, 1. de A. R. D.*

§. 27.

Si duorum materiæ voluntate dominorum confusæ sint; totum id corpus qvod ex confusione fit, utriusq; commune est, veluti si qvi vina sua confuderint, aut massas argenti vel auri conflaverint. Sed & si diversæ materiæ sint, & ob id propria species facta sit; forte ex vino & melle mulsum, aut ex auro & argento electrum, idem juris est. Nam & hoc casu communem esse speciem, non dubitatur. Qvod si fortuitò & non voluntate dominorum confusæ fuerint, vel ejusdem generis materiæ vel diversæ: idem juris esse placuit,

Restringunt tamen hanc juris naturalis regulam Romani, si commixta pristinam speciem retinent, veluti vinum tuum atqve meum. Excipiunt itaqve si nova species ex commixtione v. g. mellis mei & vini tui orta, Mulsum nempe, tunc enim specificatio est, & juxta superiora acqviritur specificanti, *l. 5. §. 1. π. de R. V.* nisi consensu utriusqve commixtio facta sit, qvo communis manet, *l. 7. §. 8. de A. R. D.* aut separari possunt, ut aurum à plumbo, tunc uterqve suum vindicat, *l. 5. §. 1. de R. V. l. 12 §. 1. de A. R. D.* Cæterum re communi existente, si communio displicet, datur actio ad exhibendum & rei vindicatio aut judicium communi dividundo, vel & furti, & pretiositatis habetur ratio, *l. 3. §. fi. l. sq. π. de R. V.* Vid. aph. præced. XXXVI.

Commixtio

XXXVII. Commixtio est, corporum, qvæ in sua substantia perdurant singula, qvare etsi novam speciem non constituunt, recedunt tamen Romani JCti à naturali communione, nisi utriusqve consensu facta.

§ 28

Qvod si frumentum Titii frumento tuo mistum fuerit, si qvidem ex voluntate vestra, commune est. qvia singula corpora, id est, singula grana, qvæ cujusq; propria fuerunt, consensu vestro communicata sunt. Qvod si casu id mistum fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur commune esse: qvia singula corpora in

sua

sua substantia durant. Sed nec magis istis casibus commune sit frumentum, qvàm grex intelligitur esse communis, si pecora Titii tuis pecoribus mista fuerint. Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum retineatur, in rem qvidem actio pro modo frumenti cujusq; competit: arbitrio autem judicis continetur, ut ipse æstimet, quale cujusque frumentum fuerit.

Conf. *L. 30. §. π. de usu cap. L. 23. pr. π. R. V. & §. 2. J. de off. jud.*

Inædificatio.

XXXVIII. Inædificatio dupliciter fieri potest, si qvis in suo solo ex aliena materia ædificat, aut si in alieno solo ex sua. Qva in re naturaliter eadem regula communionis obtinet, qvia utrumqve & solum & superficies superstructa sunt partes ædificii totius, *Grot. J. B. 2, §. 22.* unde nec Jure Romano dominus materiæ, ex qva dominus soli in suo ædificavit, dominium materiæ amittit, atqve si ædificium *mobile* alieno solo imponitur, dominus soli nihil dominii in eo habet, *l. 60. π. de A. R. D.* Sed à communione talium ædium recesserunt Romani LLatores ex eadem Prudentiæ Civilis ratione, & alterutri, alterutrum velut accessorium addicendum censuerunt, atqve hoc superexstructum potius, qvàm solum ipsum, ut fundamentum.

§. 29.

In suo.

Cum in suo solo aliqvis ex aliena materia ædificaverit, ipse intelligitur dominus ædificii: qvia omne, qvod solo inædificatur, solo cedit. Nec tamen

men ideo is, qui materiæ dominus fuerat, desinit dominus ejus esse, sed tantisper neque vindicare eam potest, neq; ad exhibendum de ea re agere, propter Legem XII. Tabularum, qua cavetur, ne quis tignum alienum, ædibus suis junctum, eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet, per actionem, quæ vocatur, de tigno juncto. Appellatione autem tigni omnis materia significatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo provisum est, ne ædificia rescindi necesse sit. Quod si aliqua ex causa dirutum sit ædificium, poterit materiæ dominus, si non fuerit duplum jam consecutus, tunc eam vindicare, & ad exhibendum de ea re agere.

Vsus fori Actionem in duplum in foro Germanico receptam non esse, sunt qvi asserunt, sed abrogationem non probant, sed satius est hanc instituere, & onus probandi id qvod interest eo ipso evitare, litemqve abbreviare. *conf. t. π. de tigno juncto.*

§. 30.

in alieno *Ex diverso, si qvis in alieno solo ex sua materia domum ædificaverit, illius fit domus, cujus & solum est. Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem ejus amittit, qvia voluntate ejus intelligitur esse alienata, utiq; si non ignorabat, se in alieno solo ædificare: & ideo licet diruta sit domus, materiam tamen vindicare non potest.*

Ratio, qvia animus donandi præsumitur, à LLatore, & culpa est ædificare temere in alieno. Aliud verò est, si ædificator præsumtionem istam unà cum M. F. elidere poterit,

test, *l. 2. C. de R. V.* veluti si ex concessione domini se credideritædificasse: aut ex necessitate coactus, nemo enim ex necessitate vel indigentia liberalis præsumitur, *l. 18. de adim. leg.* Carpz. *Dec. 146, 10.*

Certe illud constat, si in possessione constituto ædificatore, soli dominus petat domum suam esse, nec solvat pretium materiæ, & mercedes fabrorum, posse eum per exceptionem dolimali repelli, utique si bonæ fidei possessor fuerit, qvi ædificavit. Nam scienti alienum solum esse, potest objici culpa, qvod ædificaverit temerè in eo solo, qvod intelligebat alienum esse.

Sed hoc ei ex æqvitate concedendum est, Limit.
ut sine dispendio domini areæ tollat ædificium, qvod posuit, aut meliorationes, si novum non posuit. Benignius enim est, etiam in prædonis persona haberi rationem impensarum; non enim debet petitor ex aliena jactura lucrum facere, *l. plane. π. de. H. P. V. l. 27. fi. l. 37. & seq. & l. 48. 59. π. de R. V. l. 38. de H. P. l. 5. C. de R. V.* Vti vero debet jure retentionis possessor, re enim non retentâ nulla Jure Romano actio prodita est, *l. 33. π. de cond. indeb.* At in foro Germanico officium judicis desuper implorari potest, ut ostensum *ad π. Exercit. XVI. §. 57.* Conf. *J. Sax. Prov. l. 2. A. 53.* Idem in Feudis à nonnullis admissum, *2. F. 28. §. si vasallus*, sed contraria sententia obtinuit in Foro Saxon.

xon. & inædificatum ſolo cedit, nullo refuſo pretio vel melioratione, *J. Sax. Prov. l. 2. A. 21. Conſtit. Elect. 3, 31. V. Exerc. XLV, 34.*

Plantatio

XXXIX. Plantatio ſimilis eſt inædificationi. Qvare naturali jure ſicut is, qvi alienam plantam in ſolo ſuo poſuit, ut radices egerit, ex alimento ſoli ſui jus qvoddam in re acqvirit, ita domino plantæ jus ſuum ob id non perit, *Grot. 2, §. 22.* Sed & hîc Romanis communio diſplicuit. & domino ſoli dominium integrum acqviritur hoc jure.

§. 31.

Si Titius alienam plantam in ſolo ſuo poſuerit, ipſius erit. Et ex diverſo, ſi Titius ſuam plantam in Mævii ſolo poſuerit, Mævii planta erit: ſi modo utrog; caſu radices egerit; ante enim qvàm radices egerit, ejus permanet, cujus fuerat. Adeo autem ex eo tempore, qvo radices egerit planta, proprietas ejus commutatur, ut, ſi vicini arbor ita terrã Titii preſſerit, (V. Menag. Amœnit. C. IX.) *ut in ejus fundum radices egerit, Titii effici arborem dicamus. Ratio enim non permittit, ut alterius arbor eſſe intelligatur, qvàm cujus in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium arbor poſita, ſi etiam in vicini fundum radices egerit, communis ſit.*

Conf. *L. 6. ff. arb. furt. caſ.*

J. Sax.

Jure Sax. non tam radix, qvàm rami attenduntur, itaqve arbor in vicini fundum ramos protendens eatenus communis fit pro diviſo,

diviſo, ut eos vel ſuccidere, vel fructus inde colligere liceat, *J. Sax. Prov. 2. A. 52. & Municip. c. 125. ſeq.*

XL. Par ratio eſt Sationis in fundo alieno. Satio

§. 32.

Qva ratione autem plantæ, qvæ terræ evaleſcunt, ſolo cedunt; eadem ratione frumenta quoqꝫ, qvæ ſata ſunt, ſolo cedere intelliguntur. Ceterum ſicut is, qvi in alieno ſolo ædificavit, ſi ab eo dominus petat ædificium, defendi poteſt per exceptionem doli mali, ſecundum ea, qvæ diximus; ita ejusdem exceptionis auxilio tutus eſſe poteſt is, qvi alienum fundum ſua impenſa, bona fide, conſevit.

Conf. l. 48. π. de R. V.

Sed Jus Germanorum etſi & ipſum communionem haud admiſit, addixit tamen dominium fructuum non domino ſoli ſed ſeminis & operæ, *J. Sax. l. 2. A. 46. Pruten. l. 3. t. 3. §. 10.* etiam in feudis, ex civili ratione & ob favorem agriculturæ, qvam latius expoſui *Exercit. XVI, 58 ſeqq.*

§. 33.

Litteræ qvoqꝫ, licet aureæ ſint, perinde chartis, membranisve cedunt, ac ſolo cedere ſolent ea, qvæ inædificantur, aut inſeruntur. Ideoqꝫ ſi in chartis membranisve tuis, carmen vel hiſtoriam, vel orationem Titius ſcripſerit, hujus corporis non Titius, Scriptura

tius, sed tu dominus esse videris. Sed si à Titio petas tuos libros, tuasve membranas, nec impensas scripturæ solvere paratus sis, poterit se Titius defendere per Exceptionem doli mali: utiq; si earum chartarum membranarumvè possessionem bonæ fide nactus est.

Et hîc contrarium usu fori Germanici obtinere Dd. tradunt, qvum vilius prætium chartæ nobis sit, qvàm Romanis. Dissentit Heig. *ad h. t.* Strauch. *Dissert. VI, 48.* Sed qvum utrumqve sit juris constituti, cujusqve fori observantia attendenda, absqve qvâ industriæ ratio jure Teutonico, ut in aratione & satione, ita & in scriptura potior est. *Mynsing. h. t. Grot. Introd. 2, 8.* Qvemadmodum & in pictura de Jure Romano:

§. 34.

Pictura. *Si qvis in aliena tabula pinxerit, quidam putant, tabulam picturæ cedere, aliis videtur, picturam (qualiscung; sit) tabulæ cedere: sed nobis videtur melius esse, tabulam picturæ cedere. Ridiculum est enim, picturam Apellis, vel Parrhasii, in accessionem vilissimæ tabulæ cedere. Vnde si à domino tabulæ imaginem possidente, is, qvi pinxit, eam petat, nec solvat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali submoveri. At si is, qvi pinxit, eam possideat, consequens est, ut utilis actio domino tabulæ adversus eum detur: qvo casu, si non solvat impensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli: utiq; si bonæ fidei possessor fuerit ille, qvi picturam imposuit. Illud enim*

palam

palam est, qvod sive is, qvi pinxit, subripuit tabulas, sive alius competit domino tabularum furti actio.

Conf. *l. 9. §. 2. π. de A. R. D. L. 23. §. 3. π. de R. V. L. 38. π. de H. P.*

XLI. Fructus esse accessionem rei ipsius atqve jus eos percipiendi esse partem dominii, naturale est. Porro in bonæ fidei possessore, sive qvasi domino, dominium est, sed revocabile à vero domino per evictionem. Evictâ igitur re, & revocato dominio, restituenda & res est & ejus accessiones naturaliter. Qvare B. F. possessor ut fructus omnes ex re suos faciat, qvos percepit, naturale non est, sed hoc tantum ut jus habeat, impendia in rem facta & industriam operamve utilem imputandi, ac pro iis deducendi fructus perceptos; imò & extantes, si aliter non fiat restitutio, retinendi, *Grot. J. B. 2, 8. 23.* reliqvi omnes naturali ratione sunt restituendi, qvia eos consumendo, rei nostræ parcimus, *idem Grot. 2, 10. 5.* & ita locupletiores ex consumtis qvoqve facti sumus, *l. 206. de reg. jur.* Vicissim B. F. possessor ab auctore suo repetere potest pretium unà cum usuris medii temporis. Etsi juris est naturalis, tamen permissivi tantum, ita ut liberum relinqvat LLatori civili, utrum de impendiis atqve opera computationes in judicio velit admittere, an verò ad lites abbreviandas, & qvasi transigendo, semel fructus perceptos pro *cultura* industrialium, & *cura* etiam naturalium, compensando acqviri B. F. possessori, Fructuum perceptio

fori, qvod posterius itaq; *naturali ratione* placuisse dicitur Romanis.

§. 35.

B.F. effectus *Si qvis à non domino, qvem dominum esse crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione aliave qvalibet justa causa aqve bona fide acceperit: naturali ratione placuit, fructus, qvos percepit, ejus esse pro cultura & cura, & ideo si postea dominus supervenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo consumtis agere non potest. Ei verò, qvi alienum fundum sciens possederit, non idem concessum est: itaq; cum fundo etiam fructus, licet consumti sunt, cogitur restituere.*

Conf. L. 48. π. de A. R. D. L. 22. C. de R. V. L. 25. fi. π. de usuris.

Qvo jure & in nostro foro utimur, *J. Sax. Prov. 2. A. 44. Municip. c. 26. Schneidvv. h.* M. F. possessor etiam *percipiendos*, h. e. qvos diligens patarfam. percipere ex ea re potuisset, deductis impensis necessariis, restituere tenetur, *§. 2. J. de O. J.* Plane si ex consumtis locupletior factus est, lucrum qvoqve restituere tenetur, ex usu fori Germanici, *arg. l. 206. de reg. jur.* H. Pist. *4. q. 25. seq.* Carpz. *3, 32. def. 28.* qvod & juri naturali consonum, *Grot. J. B. 2, 10. 2. & 5. V. Exerc. ad π. XVI, 54.*

XLII. Non tantum dominii vel qvasi, sed etiam *ususfructûs* accessio est fructuum perceptio, qvum in hac ipsa potissima ejus ratio consistat.

§. 36.

§. 36.

Is verò, ad qvem ususfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, qvàm si ipse eos perceperit. Et ideo, licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, ad heredes ejus non pertinent, sed domino proprietatis acqviruntur. Eadem fere & de colono dicuntur.

Conf. *l. 13. ff. qvib. mod. ususfr. amitt. L. 8. ff. de annuis leg. L. 61. §. 8. ff. de furt. L. 10. C. locati.*

§. 37.

In pecudum fructu etiam fœtus est; sicuti lac, pilus, & lana. itaq; & agni, hœdi, vituli, & equuli, & suculi statim naturali jure dominii fructuarii sunt. Partus vero ancillæ in fructu non est, itaq; ad dominum proprietatis pertinet. Absurdum enim videbatur, hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura gratia hominis comparaverit.

Conf. *l. 28. ff. de Usufr. Manduct. ad Jpr. c. 1. 8.*

§. 38

Sed si gregis usumfructum qvis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius submittere debet, ut & Juliano visum est, & in vinearum demortuarum, vel arborum locum alias debet substituere. Recte enim colere, & qvasi bonus paterfamilias uti debet.

Conf. *l. 95. ff. de usufr. L. 7. §. l. 18. ff. eo.*

Sed & hîc diversa sunt principia juris Ro- J. Hod.
mani & Teutonici qvoad acqvisitionem & transmissionem ad heredes. Qvum enim jure

nostro non soli, sed seminis ac culturæ potior ratio habeatur, *ut ad §. 32. dictum:* igitur usufructuarius moriens post consita arva, nach Bestellung der Felder / fructus futuros etiam ad heredes transit. *J. Sax. Prov. 2. 88.* in rebus qvoqve feudalibus, *ibid 3. 76. Constit. Sax. 3, 32.*

Thesaurus

XLIII. Accessio deniqve fortuita est *Thesauri* inventio. Est autem thesaurus vetus qvædam depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominũ *pristinum* non habeat. Alioqvin si qvis aliqvid vel lucri causa *futuri*, vel metûs, vel custodiæ condiderit sub terra, non est thesaurus. *l. 31. §. 1. de A. R. D.* Ad rationem itaqve thesauri pertinet, ut dominum non habeat, unde inter ἀδέσποτα censetur, qvod de domino defodiente recte dicitur, qvi & ipse & ejus heredes ignorantur. Cæteroqvin naturaliter est pars soli, & conseqventer novum dominum acqvisivit eundem, qvi est soli. Qvare naturaliter solius inventoris non est in universum, ut putat *Grot. 2. 8, 7.* & qvi eum seqvuntur, nisi sit & dominus soli. Hunc juris naturalis ductum secuti Hebræi, & approbat Salvator in parabola *Matth. XIII.* itemque Romani veteres, ut ex Plauti loco arguit Grotius loco laudato: & Hadrianus hanc ipsam naturalem æqvitatem ex parte reduxit.

J. Nat.

§. 39.

J. Rom.

Thesauros, qvos qvis in loco suo invenerit, Divus Adrianus naturalem æqvitatem secutus, ri-

qvi-

cesſit, qvi eos invenerit. Idemq; ſtatuit, ſi qvis in ſacro aut religioſo loco fortuito caſu invenerit. At ſi qvis in alieno loco, non data ad hoc opera, ſed fortuito invenerit, dimidium domino ſoli conceſſit, & dimidium inventori. Et convenienter, ſi qvis in Cæſaris loco invenerit, dimidium inventoris, & dimidium eſſe Cæſaris ſtatuit. Cui conveniens eſt, ut ſi qvis in fiſcali loco, vel publico, vel civitatis invenerit, dimidium ipſius eſſe debeat, & dimidium fiſci vel civitatis.

Conf *l. 3. §. pen. ff. de j. Fiſc. t. C. de theſaur.*

Ita ſcilicet naturalis ratio theſaurum inventum domino ſoli relinqvit, ut tamen permittat Legislatori civili eundem Reip. aut fiſco totum aut ex parte aſſignare, qvod & absqve damno domini ſoli fiat, qvi illud propterea carius non emit. Qvo jure & Romani ſæpius uſi, *V. Jac. Gothofr. ad l. 1. C. Th. de theſaur.* & Germani, *Jus Sax. Brov. l. 1. A. 35. V. H. Giſebert. h. t. n. 1679.* Magis tamen eſt, ut hodie utamur, jure Juſtinianeo, per Conſtitutionem Friderici Imp. de Regalibus *2. F. 56. V. Exerc. ad ff. XLV, 30. Carpz. 2, 53. def. 19.* In re feudali verius eſt, ad dominium utile, cum aliorum commodorum perceptione, pertinere theſaurum, non ad directum, *Carpz. 2. 53. def. 4. Struv. de Feud. 12. 5. V. C. Bitſchii Tr. de Theſauris.* J. Hod. Feud.

XLIV. Tertius denique acqviſitionis modus juris gentium eſt TRADITIO, ſive generalius loqvendo, translatio dominii. Namqve na- Traditio.

ejus fines

turali jure in hac derivativa acqvisitione duo hæc reqviruntur, *concessio* aut translatio dominii qvovis externo signo expressa, *& acceptatio* similiter; ipsa verò corporalis rei *traditio* aut in re præsenti concessio naturaliter non reqviritur ad translationem dominii, qvemadmodum nec de Jure Romano certis in casibus, qvemadmodum docuit *Grot. J.B. 2, 6. 1. & 2.8, 25.* sed ad transferendam *possessionem* tantùm non est autem contra naturam, dominium etiam absqve possessione transferri, aut possessionem qvoqve absqve corporali apprehensione, ut ostensum *Exerc. ad. π. XV, 13. &* XXX, *105. & 122.* Nec Romano tamen Jure tantum, sed & aliarum gentium voluntario receptum fuit, ut regulariter rerum dominia non nuda conventione, *l. 20. C. de pact.* sed ipsius rei traditione ac mediante possessione transferantur, naturali etiam ratione id svadente, ut efficatior sit translatio, & dominium statim ipso actu exerceri possit, *Pufend. J. N. 4, 9, 7.*

§. 40.

Per traditionem qvoqve jure naturali res nobis acqviruntur, nihil enim tam conveniens est naturali æqvitate, qvam voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi: & ideo, cujuscunqve generis sit corporalis res, tradi potest, & à domino tradita alienatur. Itaqve stipendiaria qvoqve & tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem stipendiaria & tributaria prædia,

dia, qvæ in provinciis sunt: inter qvæ nec non & Italica prædia, ex nostra Constitutione, nulla est differentia: sed si qvidem ex causa donationis, aut dotis, aut qvalibet alia ex causa tradantur, sine dubio transferantur.

Scilicet differentia olim fuit inter prædia Italica & Provincialia, eorumqve dominium, illorum erat Juris Qviritum, horum Bonitarium, qvasi in bonis tantùm, non in dominio Qviritario essent, qvod ipsum haud nuda traditione juris gentium, sicuti prædiorum provincialium dominium transferebatur, sed Mancipatione, ex qva & *res mancipi* dictæ, qvæ fiebat certis ac solennibus verbis, libripende, & qvinqve testibus præsentibus, *Vlpian. tit.* XIX, 3. Sed sublata est ista differentia & res ad jus gentium reducta, *V. t. C. de nudo Jure Qviritum tollendo. & de usucapione transformanda, & sublata differentia rerum mancipi & nec mancipi.*

Jus Qviritum & Bonitarium.

XLV. Traditio itaqve est actus, qvo mediante possessione vacua (à tertii alicujus possessoris insistentiâ animo sibi habendi) *l. 46. sq. 50. de R. V. l. 36. de A. R. D.* dominium alienatur à domino, potestatem & animum alienandi habente, & transfertur in alium, dominii capacem & acceptantem, ex causa sive titulo ad dominium transferendum habili,

Traditio qvid.

Modus acqvirendi & Titulus

l. 31. de A. R. D. In superioribus acqvirendi generibus Modus ipse acqvirendi & titulus seu causa idem sunt, hîc autem in traditione differunt, qvia traditio per se est tantum possessionis translatio, causa itaqve præcedens h. e. promissio dominii, vim istam confert, veluti donatio, venditio, permutatio, & similes, *l. 3. de O. & A. l. 126. §. 1. de V. O.* Cæterum in *venditione* singulare est, qvod traditione non transferatur dominium, nisi pretio numerato, qvia traditio intelligitur tacitâ hac conditione fieri, si pretium simul numeretur, nisi fides habita, qvo casu tamen utile est, aut dominium sibi in casum non soluti pretii reservare, aut hypothecam pacisci, ut aliis creditoribus præferatur. *Gail. 2. O. 15. Carpz. 1, 28. def.*

§. 41.

Exc. *Venditæ verò res & traditæ non aliter emtori acqviruntur, qvam si is venditori pretium solverit, vel alio modo ei satisfecerit: velut expromissore, aut pignore dato, qvod qvanqvam cavetur ex Lege duodecim tabularum, tamen recte dicitur & jure gentium. id est jure naturali, id effici. Sed si is, qvi vendidit, fidem emtoris secutus fuerit, dicendum est, statim rem emtoris fieri.*

Conf. *l. 19. π. de emt. vend.* unde constat, fidem habitam non præsumi ex traditione facta, sed eam probandam esse. *V. Exerc.* XX, 31. Jus Germanicum deniqve in rebus immobilibus alienandis dominium plene trans-

transferri non patitur, nisi traditio fiat judicialiter, qvæ *Resignatio* dominii & *Insinuatio* dicitur, Ussemani / Vergicht. *J. Sax. Prov. 2, 51. Zobel. 2, Diff. J. Civ. & Sax. 28. fi. Lauterb. ad J. Wurtenb. 2, 9, 20, Exerc. ad π. XXX, 41.*

§. 42.

Nihil autem interest, utrum ipse Dominus tradat alicui rem suam, an voluntate ejus alius, cui ejus rei possessio permissa sit. qvi trade re possint

§. 43.

Qva ratione, si cui libera universorum negotiorum administratio permissa fuerit à domino, isqve ex his negotiis rem vendiderit, & tradiderit, faciet eam accipientis.

Conf *l. 58. sq π. de procur.*

§. 44.

Interdum etiam sine traditione nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam, veluti si rem, qvam tibi aliqvis commodaverit, aut locaverit, aut apud te deposuerit, postea aut vendiderit tibi aut donaverit, aut dotis nomine dederit. Qvamvis enim ex eâ causa tibi eam non tradiderit, eo tamen ipso, qvod patitur tuam esse, statim tibi acqviritur proprietas, perinde ac si eo nomine tibi tradita fuisset.

Conf *l. 62. pr. π. de evict.*

XLVI. Traditio nempe pro rerum & possessionis diversitate duplex est, propria, rerum corporalium, *qvasi traditio* rerum incorporalium & qvasi possessionis earum, qvæ in *patientiâ* domini, consistit ut re sua alium uti permittat. Traditio qvotuplex I.

l. 20. & fi. π. de servit. l. 11. §. 1. de public. in rem. l. 3. pr. de usufr.

V. XLVII. Modus tradendi alius est naturalis, quo res de manu in manum traditur: alius civilis, veluti traditio *brevis manus*, quæ dicitur. *l. 43. de jur. dot. l. 9 V. 5. de A.R.D. l. 21. pr. de A.P.*

brevis manus

Constitutum possessorium, quid

XLVIII. Idem modus cernitur in pacto *constituti possessorii*, quo dominus rem suam alienans reservat sibi nomine novi domini possessionem rei, veluti ex locato conducto, aut quo debitor fatetur se nomine creditoris hypothecam possidere. de quo Tiraquellus libellum conscripsit. *V. l. 18. pr. l. 25. pr. & §. 3. de A. P. l. 77. de R. V. l. 28. C. de donat.*

longæ manus

XLIX. Contra tradi etiam potest res civiliter *longâ manu*, quando sive eminus sive cominus in præsenti tamen demonstratur, *l. 18. §. 2. de A. P. l. 51. eo. l. 79. de solut.*

Symbolica.

L. Aliter fit traditio civiliter per *symbola*, rem repræsentantia, veluti per traditionem clavium.

§. 45.

Item si quis merces in horreo depositas vendiderit simul atq; claves horrei tradiderit emtori, transfert proprietatem mercium ad emtorem.

Sed hîc Romano jure requiritur, ut tamen fiat in repræsenti, *V. l. 74. π. de contr. emt. l. 1. §. 21. de A. P. Cujac. de Feud. 2. t. 2.* at Jure nostro sufficit, ut fiat ubicunque commodum fuerit. *Carpz. 2, 14. def. 9. sqq.* in rebus feudalibus vocatur *Investitura abusiva*, contradistincta

J. Germ.

ſtincta Inveſtituræ propriæ, h. e. traditioni corporali in re præſenti, *2. F. 2. & 33. pr.* Conf. *Exerc. ad π. XLV, 39. ſeqq.*

LI. Ratione accipientis traditio alia fit certæ perſonæ, alia incertæ. qvibus tradatur

§. 46.

Hoc amplius, interdum & in incertam perſonam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce, Prætores & Conſules, cum miſſilia jactant in vulgus, ignorant, quod eorum quiſq; ſit excepturus, & tamen, quia volunt, quod quiſq; acceperit, ejus eſſe, ſtatim eum dominum efficiunt,

Conf. *l. 9. §. 7. de A. R. D.*

LII. Cui ſpeciei ſimilis eſt ex parte tradentis projectio rei pro derelicto habitæ, etſi ex parte accipientis ad occupationem & inventionem referri poſſit, ut rerum ἀδεσποτῶν, *Grot. 2, 8. 6. Pufend. 4, 6. 12.* Acqviſitio rei pro derelicto

§. 47.

Qva ratione verius eſſe videtur, ſi rem pro derelicto à domino habitam occupaverit quis ſtatim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, qvod dominus ea mente abjecerit, ut id in numero rerum ſuarum eſſe nolit, ideoq; ſtatim dominus ejus eſſe deſinit.

Conf. *l. 58. de A. R. D.*

LIII. Cum verò nemo præſumatur ſuum jactare, aut pro derelicto habendi animo abjeciſſe, niſi de ſufficiente declaratione verbis aut factis conſtet, *Grot. J. B. 2, 4. 4.* igitur regulari- Inventio rei amiſſæ

ter alia ratio eſt rerum caſu aut culpa amiſſarum, qvæ invenientis non fiunt.

§. 48.

Alia ſane cauſa eſt earum rerum, qvæ in tempeſtate levandæ navis cauſa ejiciuntur, hæ enim dominorum permanent: qvia palam eſt, eas non eo animo ejici, qvod qvis eas habere nolit, ſed qvo magis cum ipſa navi maris periculum effugiat. Qva de cauſa, ſi qvis eas fluctibus expulſas, vel etiam in ipſo mari nactus, lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. Nec longe videntur diſcedere ab his, qvæ de rheda currente, non intelligentibus dominis, cadunt.

Reg. LIV. Igitur LLatoria civilis prudentia vult, ut inventor judicii rem inventam offerat, partim ad cognoſcendum de animo derelinqvendi, partim ut per aliqvod ſpatium temporis libera repetitio domino reſervetur, intra qvod probabiliter rem publice proſcriptam à judice vel ab inventore, *l. 43. §. 8. π. de furt.* exqvirere poſſit, qvo verò elapſo, aut inventori aut fiſco cedat, *V. l. 15, de P. V. l. 53. de furt. cau. 14. q. 8. t. ſi qvid. J. Sax. Prov. 2. A. 29. 37. c. multi. c. tua res. X. de Simonia. Carpz. 3, 31. def. 18. Exerc. ad π. XLV, 22.* Ex eadem ratione bona *naufragorum* non acqviruntur invenientibus, *l. 1. C. de naufrag. Auth. naufrag. C. de furt. Ord. Crim. A. 218. l. ἀξίωσις. π. ad L. Rhod. de jactu.* niſi poſt ſtatutum Lege civili tempus elapſum, qvo Fiſco acqviri poſſunt. *V. Exerc. l. ad π. eor. 5. & Exerc.* XXVII, 34.

LV. De-

LV. Deniqve & in illis & aliis in eo cernitur vis dominii ex naturali ratione, ut obligetur detentor rei ad alterum pertinentis rem ipsi restituere, ex primo illo principio, & suum cuique tribuendi obligatione, *V. l. 32. π. de reb. cred. l. 66. π. de condict. indeb. l. 11. l. 74. seq. l. 206. de R. J.* hanc obligationem Grotius *J. B. 2, 10.* appellat *ex re* vel *domnio* oriundam. Ex qva & *Rei Vindicatio* datur & Confessoria actio, & Condictio sine causa, *V. Exerc. ad π.* XXIV, *1. seq.* de qvibus infra. Effectus dominii — obligatio ex re

LVI. Rei Vindicatio autem est actio realis, qva petimus rem nostram corporalem à possidente eam, *l. 25. pr. de O. & A. §. 1. & 2. J. de act.* Probatio itaqve dominii incumbit actori, qvo probato, per sententiam declaratur dominus rei, & condemnatur possidens ad restitutionem rei cum fructibus & omni causa, *l. 6. l. 13. l. 20. l. 23. pr. l. 34. π. de R. V. Carpz. 3, 32. def. 28. seqq. 1. Resp. 39. & 79.* Ejus præparatoria est & utraqve cumulatur scilicet *ad Exhibendum actio, t. t. π. ad exhibend.* infra *§. 3. de offic. jud.* Extenditur hæc actio utiliter etiam ad eum, qvi dolo desiit possidere, *l. 27. §. 3. l. 52. eo.* aut liti se obtulit, si modò ignoret actor eum non possidere, *l. 28. eo.* Possessori verò competit Exceptio deducendarum impensarum utilium & Retentionis, *§. 31. seqq. J. de R. D. l. 46. π. de usur. l. 5. C. de R. V.* Sed & actio seu condictio ex moribus ad easdem re restituta repetendas, *V. Exerc. ad π.* Rei vindicatio — Ad exhibendum — Exc. retentionis, deductionis — Condictio ex morib.

LVII.

LVII. Sed qvum probatio dominii soleat esse difficilis, propter auctorem à qvo rem accepimus, itaqve receptum est, *ut actio*, (qva non dominus, sed bonæ fidei tantùm possessor ex qvasi dominio sive conditione usucapiendi adversus tertium possessorem aliàs agit, §. 4. *J. de act.* & *Publiciana* dicitur,) à qvovis actore vindicante instituatur, aut cum Rei vindicatione cumuletur, eo fine, ut si dominium auctoris sui non sufficienter probaverit, sufficiat, si qvasi dominium probaverit, h. e. titulum suum justum, & bonæ fidei possessionem. Denique datur domino pristino etiam post impletam usucapionem actio *rescissoria*, ex capite justæ *absentiæ*, intra annum, §. 5. *J. de act.* Sed & creditoribus datur *Rescissoria* alienationis in fraudem eorum factæ, qvæ Pauliana dicitur, §. 6. *J. eo.*

Publiciana.

Rescissoria.

Pauliana.

TIT. II.

DE REBVS CORPORALIBVS ET INCORPORALIBVS.

HActenus de acqvisitione juxta gentium & naturæ jus, & divisione rerum maximè corporalium: anteqvam de modis acqvirendi civilibus tractetur, videnda & rerum corporalium & incorporalium genera. *Qvædam præterea res corporales sunt, qvædam incorporales.*

§. 1.

Corporales hæ sunt, qvæ tangi possunt, Philosophis Substantiæ corporeæ & vel Genera & incer-

Corporeæ res 1.

incertæ, qvæ Dialecticis specie & Individua vaga dicuntur, *veluti funalia, homo, vestis, aurum, argentum, & denig; aliæ res innumerabiles,* vel species & certæ, Philosophis Individua determinata, ut Stichus, Bucephalus. Porro tria rursus corporum genera sunt, unum qvod continetur uno spiritu, & Græcè ἑνωμένον 1. unitum vocatur, ut homo, lignum, lapis & similia *l. 30. π. de usucap. l 23. §. 5. fi. π. de R V.* Philosophis Ens vel Vnum per se: Totum essentiale, sive physicum sive artificiale. Alterum qvod ex continentibus h. e. ex pluribus inter se cohærentibus constat, qvod συνημμένον 1. connexum vocatur, ut ædificium, navis, armarium, *d. l. 30.* Logicis, Vnum per accidens ex unitis constans. Tertium, qvod ex distantibus constat, ut corpora plura non soluta, sed uni nomini subjecta, veluti populus, legio, grex. *d. l. 30.* Metaphysicis, Vnum per accidens, qvod constat ex iis, qvæ sunt revera inter se divisa, Totum per aggregationem, *V. l. 76. π. de judic. l. 3. π. de R. V. c. certificavi.* X. *de sepultur.* Denique res corporales aliæ sunt mobiles aliæ immobiles, *l. 1. §. 1. de R. J. l. 93. de V. S.* Neqve enim hæc subdivisio regulariter ad Incorporales pertinet, *l. 79. §. 1. de leg. 3. Carpz. Dec. 102.* Si tamen necessario ad alterutrum referendæ sunt qvandoqve, ad res immobiles referuntur jura & actiones reales, personales ad mobiles, *l. 15. de R. J.* Interdum res mobiles fiunt immobiles, destinatione & jure pertinentiarum, ut lecti in diversoriis,

incertæ genera

certæ species

2. entia per se

per accidens unita

per aggregationem

3. mobiles immob.

vocantur, itemqve jura personalia, ut jus venandi, lignandi, Jurisdictio, & similia, *l. 8. π. de servit. l. fi. π. de contrab. emt.* Sed & *res fungibiles* seu *quantitates* scilicet morales, ad res incorporales pertinent, qvæ nempe pondere, numero, ac mensura constant. Etsi enim & harum materia corpera sunt, ut nummi, triticum, oleum, pannus; qvia tamen non corpora ipsa veniunt in obligationem, sed eorum qvantitas, pondus, numerus vel mensura, *l. 13. fi. π. de R. Cr. l. 94. §. 1. de solut. l. 46. §. π. de Cond. indeb.* igitur formaliter ad res incorporales referuntur. Dicuntur autem *fungibiles*, qvod in solutione qvantitatum non iidem nummi, aut idem vinum solvatur, sicut in solutione corporum fieri debet, sed alterum alterius fungatur vice, *l. 2. §. 1. π. de R. Cr.* Tandem ad hanc rerum classem pertinent etiam Facta & *res meræ facultatis*, qvæ libere & indifferenter, ex nulla obligatione, sed ex libertate naturali oriundæ, exerceri vel omitti possunt, nullo effectu juris inde seqvente, ut ire in via publica, ædificare in suo: qvibus contradistinguntur *res juris*, qvæ ex lege civili, privilegio, aut simili fonte oriuntur, & nonutendo amittuntur, ut Nundinæ, *l. un. π. de nund.*

Jura personalia

Qvantitates

res fungibiles

res meræ facultatis

res juris

II. Deniqve Res generatim dividuntur in *Dividuas* & *Individuas*, *l. 2. seqq. l. 85. de V. O.* Dividuæ sunt, qvæ ut totum ex partibus compositum in partes dividi, & per partes dari, præstari possunt. Individuum est, qvod totum peti necesse est, nec divisum præstari potest.

Dividuæ

individuæ

Regu-

Regulariter autem omnes res, corporales & incorporales sunt dividuæ: exceptis servitutibus realibus, qvarum usus indivisus est, *l. 17. π. de servit.* h. e. actus & exercitium v.g. eundi, agendi, utendi, Caji, non potest esse ex parte non ejus, sed Titii. *l. 4. §. 1. de V. O. l. 72. pr. eo. l. 19. π de us. & hab. V. l. 5. π. de servit. Exerc. ad π. IV, 24.*

dominii partes

Itaqve dominium imprimis ipsum est dividuum, ex eoqve dividitur in *plenum* & *minus plenum*. Plenum est, qvod omnibus sui partibus constat in persona domini. Partes autem sunt præcipuæ hæ: jus habendi pro suo: libere administrandi & disponendi: utendi fruendi: alienandi. Ex qvibus si qva particula abest,

Dominium plenum & minus.

minus plenum oritur ex parte alienantis & transferentis: sed alienata particula dominii ex parte ejus in qvem transfertur, non semper facit

Jus in re aliena.

speciem dominii minus pleni, sed inferiorem juris gradum, qvi vocatur *Jus in re aliena* generatim. Cujus fundamentum in lege Humanitatis & societatis civilis, & speciatim *Vicinitatis* cernitur, qvæ æqvum & in commune partim, partim singulis utile est, ut dominus alteri ex rei suæ dominio pleno partem communicet. Cum verò præcipua dominii pars sit, jus alienandi rem suam, ut Aristoteles per eam solam definiverit dominium; hinc duplex oritur divisio partium dominii, aut cum jure alienandi, aut sine eo. Ex priori oritur dominium minus plenum, etiam ex parte ejus in qvem transfertur,

Dominium utile

veluti *Dominium utile*, qvod dicitur, in re feudali,

dali, emphyteutica, censitica, de qvibus *Lib 3. t. 25.* Ex posteriori *Servitutes*, tum reales, tum personales.

Tit. III.

8. π. 2. sqq
3. C. 34.

De Servitvtibvs Rvsticorvm et Vrbanorvm Prædiorvm.

I.

Servitutis vocabulum ex parte ejus, qvi eam debet, sive domini rei, originem cepit, ex parte autem ejus, cui is eam debet, juris rationem obtinet, non obligationis. Est itaqve servitus generatim jus in re aliena certum emolumentum capiendi, & consequenter jus prohibendi, ne dominus ex re sua istud commodum percipiat, aut nobis intercipiat. Cujus correlatum est ex parte servientis, obligatio alteri ex re sua commodum certum concedendi: aut in alterius emolumentum ab usu rei suæ abstinendi. *Pusend. J. N. 4, 8. 6.*

Servitus qvare dicta.

qvid sit.

II. Species servitutum duæ sunt, pro diversitate objecti, cui debentur. Debetur enim aut *prædio vicino* utilitas certa *immediate*, aut *personæ*, seu prædium aliqvod possideat, seu minus: hinc Servitus alia prædiorum seu realis, alia personalis. *Grot. J. B. 1. 1, 4.* Realis est, qva prædium prædio vicino immediate commodum aliqvod debet, *l. Mela. fi. de alim. leg.*

qvotuplex

prædiorum

leg l. 38. seq. de S. P. V. l 5. l. 9. l. 15. l. fi. §. fi. de S. P. R. l. 16. comm. præd. qvanqvam Interpretes servitutis vocabulum etiam ad *Jura personalia transmissibilia* extenderunt, ut jus venandi in

rusticorum alieno &c. Prædia porrò fine & usu distinguuntur, aut enim agriculturæ vel rei Pecuariæ sunt destinata, aut inhabitationi hominum similiqve usui, sive ruri sive in urbe constituta,

urbanorum qvæ *Vrbana* vocantur, illa *Rustica*.

Pr.

Serv. P. R. *Rusticorum prædiorum jura sunt hæc: Iter, actus, via, aqvæductus. Iter est jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi, vel vehiculum. Actus est jus agendi jumentum, vel vehiculum. Itaq; qvi habet iter, actum non habet, sed qvi actum habet, & iter habet, eoq; utî potest etiam sine jumento. Via est jus eundi & agendi & ambulandi hominis: nam & iter & actum via in se continet. Aqvæductus est jus aqvæ ducendæ per fundum alienum.*

Iter III. *Iter* & actum via in se continet. *V. Menag. Amæn. J. C. c. 36.* Itineris latitudo Jure Rom. determinata non est, sed arbitrio judicis relicta, *l. certo 13. §. latitudo. 2. π. de S. P. R.* Jure Sax. ad minimum trium pedum spatio definitur, *J. Sax. Municip. C. 120.* *Via* latitudo octo pedum est, *l. 8. π. de S. P. R. J. Sax. Municip. c. 129. Provinc. l. 2. A. 59.* Zobel. *2. Dff. J. C. & S. 46, 1,* *Aqvæductus* hîc est ad irrigandos agros: Est & prædiorum urbanorum, fundi siccandi

Via

Aqvæductus

cau-

causa, *l. 21. §. 1. de Publician. l. 29. de S. P. R.* Præter istas & aliæ sunt servitutes prædiorum rusticorum, veluti AQVÆHAVSTVS, qvo aqvam ex vicini fonte, puteo, vel privato flumine haurire licet ad vicini prædii & illorum qvi in eo versantur utilitatem, *§. 2. h. l. 1. §. 1. l. 5. §. 1. l. 9. de S. P. R.* PECORIS ADAQVATIO, qvâ pecus prædii mei ad vicini fundi aqvas appellere licet, *l. 1. §. 1. l. 4. l. 5. l. 20. de S. P. R.* JVS PASCENDI pecoris nostri in fundo vicini, *l. 1. §. 1. l. 4. eod. V. Berlich. l. 2. concl. 47. Carpz. P. 2. C. 41. def. 8. 9.* habetur istud jus vel excluso pecore prædii servientis, vel simul admisso, qvod dicitur *Jus Compascui*, Koppelweide / *l. 20. §. 1. fi serv. vind.* (qvod & reciprocum esse solet) qvod magis naturale est, ne prædium serviens prohibeatur & sua pecora pascere, modo non plura alantur, qvam fundus iste ferre potest. Sed nec morbidum pecus admittitur, ne cæterum inficiatur. JVS CALCIS coqvendæ, arenæ fodiendæ, lapides cædendi, ligna, pedamenta in vineas, cretæ eximendæ, tugurii habendi in fundo alieno vicino ad prædii mei utilitatem, si enim simpliciter non respectu prædii dominantis hæc jura competunt, ad Vsumfructum pertinent. *V. l. 3. l. 5. & 6. π. de S. P. R.* Sic & jus pomum decerpendi, spatiandi, cœnandi in horto alieno servitus realis non est, *l. 8. π. de servit.* Sed servitutis personalis qvædam particula, *V. Versteg. de servit. Præd. diff. 1. Aff. 1. §. 11. sq.* qvod si ad *heredes* transmittitur

Aqvæ haustus

Adaqvatio.

Jus pascendi.

Compascui

Calcis coqv. &c.

nec ſervitutis perſonalis naturam obtinet, ſed juris ſingularis in alieno conceſſi. *V. l. pen. ſi ſerv. vind.* Interpretes tamen ſervitutis vocabulum & his impoſuerunt.

§. 1.

Serv. P.V

Prædiorum urbanorum ſervitutes ſunt hæ, quæ ædificiis inhærent: ideo urbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia, urbana prædia appellamus, etſi in villa ædificata ſunt. Item urbanorum prædiorum ſervitutes ſunt hæ: ut vicinus onera vicini ſuſtineat: ut in parietem ejus liceat vicino tignum immittere: ut ſtillicidium, vel flumen recipiat qvis in ædes ſuas, vel in aream, vel in cloacam, vel non recipiat: & ne altius qvis tollat ædes ſuas, ne luminibus vicini officiat.

§ 2.

P. R.

Inter ruſticorum prædiorum ſervitutes qvidam computari rectè putant aqvæ hauſtum, pecoris ad aqvam adpulſum, jus paſcendi, calcis coqvendæ, arenæ fodiendæ.

§. 3.

Servitutes cur prædiorum dicantur

Ideo autem hæ ſervitutes prædiorum appellantur, qvoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt. nemo enim poteſt ſervitutem acqvirere urbani, vel ruſtici prædii, niſi qvi habet prædium: nec qvisqvam debere, niſi qvi prædium habet.

IV. ONE-

IV. ONERIS ferendi servitus est, qvâ onus ædificii dominantis paries vel columna servientis sustinere, & dominus hujus eam reficere tenetur, *l. 33. de S. P. V.* Etsi enim servitutum non ea est natura Jure Romano, ut aliqvid faciat qvis, sed ut aliqvid patiatur, aut non faciat, *l. 15. §. 1. de servit.* ex accidenti tamen fit in hac specie, qvod dominus consequenter reficere teneatur, qvia paries æternus esse non potest, qvo collapso servitus frustra esset constituta. *V. l. 2. §. 4. π. de aqv. pluv. arc.* Cæterum etsi paries & omnium separationum intermedia seu vicinorum contermina communia præsumuntur, *Manz. Tr. de muro communi.* nec communi tamen parieti, sine constituta servitute, onus imponi potest, nisi pro parte tantum dimidia. *Capoll. de S. P. V. c. 36. Menoch. 6. Præs. 73, 23.* Oneris ferendi qvid

V. Jus *tigni aut trabis immittendi* in vicini parietem, ut in eo reqviescat: à qvo proin differt servitus *projiciendi* vel protegendi, qvâ patitur vicinus super aream vel ædes suas à vicino tignum vel aliud qvid, velut Meniana, projicere aut ædes suas protegere suggrundiis, ut tamen in ædibus suis non reqviescat, *l. malum. 242. §. 1. de V. S.* Tigni immittendi projiciendi

Meniana suggrundia.

VI. Stillicidii *recipiendi* servitus ex tecto alieno in suas ædes vel aream vel cloacam, Schlippe / Winckel / vocatur ex parte Stillicidii recipiendi

prædii ſervientis: ex parte prædii dominantis verò jus avertendi vel immittendi ſtillicidii ex ſuo prædio, cui moleſtum eſt, in alienum. *l. 2. l. 29 de S. P. V. J. Sax. Prov. 2. A. 49. Municip. c. 24.* Hinc Winckel-Recht/ jure Germanico vocatur jus ſtillicidii immittendi in duarum ædium interſtitium. *Frons-perg.* Bauordn. *l. 23. pag. 26. Statut. Francofur t. 8, 7. 9. ſq.* Additur in vetuſtioribus: *Vel non recipiat.* licet in Duareni, Gothofredi, & aliorum editionibus omittatur. Sed & Gajus *l. 2. de S. P. V. ait: ſtillicidii avertendi in aream vicini aut non avertendi* Servitus autem ſtillicidii non avertendi Accurſio, Cæpollæ aliisqve dicitur, qva qvis ſtillicidium ſuum ex tecto ſuo defluens pati tenetur, ut in aream vel ciſternam vicini derivetur, ad prædii dominantis commodum. Atqve ſic ex parte prædii dominantis eſſet *jus recipiendi* ſtillicidii alieni.

Winckel-recht

Stillicidii non avertendi qvod uſufori

Alii intelligunt de aqva non qvæ proſit prædio dominanti, ſed qvæ nocere non debeat. Itaqve ſervitus non avertendi ſtillicidii iis eſt ex parte prædii ſervientis obligatio qvâ teneor meum ſtillicidium naturaliter caſitans in aream vicini eò non avertere, ſed in meum per canales recipere, adeoqve reſtringitur libertas mea naturalis, & naturalis ſtillicidii curſus. Ex parte dominantis prædii eſt jus *non recipiendi* ſtillicidii naturaliter

iter in meum cafitantis. Verum enim verò qvum hoc jus fit pars dominii, & ifta obligatio non demum ex conftituta fervitute, fed & ex naturali ratione oriatur, qvâ ipfa libertas ædificandi reftringitur, ne vicinum prædium lædatur, *Jus Sax. Prov. 2. A. 49. Munic. p. c. 124.* verius eft, Jure Romano unicam effe fpeciem ftillicidii, ne noceat, non qvod profit, illudqve dici refpectu fervientis, fervitutem ftillicidium recipiendi, & non avertendi; refpectu dominantis verò, non recipiendi & avertendi. Nihilominus Accurfiana fpecies Interpretatione fori noftri recepta eft, neqve naturali rationi repugnat, oriturqve ex ea Actio & Exceptio tum Confefforia pro non avertendo, cujus intentio: *Ajo mihi jus effe, ut tuum ftillicidium ad commodum prædii mei recipiam* itemqve Negatoria; *Nego tibi jus effe ut tuum ftillicidium in tuum recipias. Flumen* eft aqva pluvia collecta per canales vel tubos inftar fluminis defluens: cæteroqvin par ratio hujus & ftillicidii eft. Vtrumqve etfi in cloacam recipiatur, differt tamen à fervitute *cloacæ*, qva colluvies fordida ex area unius in alterius aream immittitur, Abzugt/ *t. π. de Cloacis.*

J. Rom.

Actio ob eam

Serv. fluminis

Serv. cloacæ

VII. Seqvitur apud Juftinianum: *Ne altius qvis tollat ædes fuas, ne luminibus vicini officiat.* qvod de una fervitutis fpecie poteft intelligi, dum altius tollendo luminibus folet

Serv. altius non tollendi. ne luminibus officiatur.

an una fervitus?

offici. Sed qvia & aliter luminibus offici poteſt, velut arborem ponendo *l. ſi arborem. 17. te S. P. V.* igitur per ſe duæ ſunt ſervitutes. Præter qvas eſt qvoqve ſervitus ſeu *jus altius tollendi & obſcurandi* ædes vicini, *l. 1. l. 3. l. 10. π. de S. P. V.* etſi enim regulariter jure libertatis naturalis ædes ſuas dominus altius tollere & conſeqventer luminibus vicini officere poteſt *d. l. 10. l. 9. eo. l. 8. ſq. C. de ſerv. & aq.* reſtringitur tamen iſta libertas 1. dum non officiat invito alteri, in qvo jus non habet, *l. 61. de reg. jur V. l. Proculus. 26. de damn. inf.* qvod *ad æmulationem & invidiam ædificare* dicitur, *Gail. 2. O. 69.* Carpz. *2, 41. def. 11. ſq.* Brunnem. *ad l. 9. π. de S. P. V.* 2. ut ſtatus & forma antiqvorum ædificiorum cuſtodiatur, *l. qvi lumin. 11, de S. P. V.* qvod ſi verò cum damno vicinarum ædium, & præter veterum ædificiorum ſtatum ædificare non debet vicinus, ſervitute altius tollendi opus eſt, *V. & l. cujus. 24. de S. P. V.* 3. Atqve hoc jure Romano. Sed Interpretes & uſus fori extenderunt naturam ſervitutis etiam ad obligationem faciendi aliqvid in ſuo, ad vicini utilitatem, itaqve ſervitus altius tollendi qvoqve eſt, qva tenetur vicinus altius ædes ſuas tollere in commoditatem prædii vicini, *Carpz. 2, 41. def. 13.* Brunnem. *ad l. 11. D. de S. P. V.*

Jus altius tollendi

Libertas naturalis ædificandi reſtricta

1.

2.

3.

§. 4. Si

§. 4.

Si qvis velit vicino aliqvod jus constituere, pactionibus atq; stipulationibus id efficere debet. Potest etiam testamento qvis heredem suum damnare, ne altius tollat ædes suas, ne luminibus ædium vicini officiat: vel ut patiatur, eum tignum in parietem suum immittere, stillicidiumve adversus eum habere: vel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aqvamve ex eo ducere. Modi constituendi servitutem.

VIII. Is qvoqve, qvi dominium utile aut revocabile habet, servitutem potest alteri concedere in suo, qvamdiu est suum, *l. fi. C. de reb. alien. non alien. 2. F. 8. & 28. §. si vasallus.* non verò usufructuarius, *l. 15. §. 7. de usufr.* Denique & Judex ex officio constituit servitutem, ut in judiciis divisoriis, *l. 22. §. 3. famil. ercis.* aut si ad prædium suum nullus patet accessus, *l. 1. si usufr. pet. l. 10. de S. P. V. l. 3. de serv. leg. l. 15. de usufr. leg.* Qvi possint constituere

IX. Acqvisitio ipsa servitutum constat tribus actibus velut partibus integralibus; Promissio de constituendo: Constitutio ipsa: & qvasi traditio. *Promissio* de futuro vel pacto vel ultima voluntate fit, vel pure vel sub conditione, *l. 4. de servit.* atqve oritur ex eo obligatio personalis tantum & condictio, *V. l. si binarum. 34. de S. P. V. l. 136. §. 1. de V. O.* Porro *Constitutio* ipsa de præsenti per causam & titulum habilem facta, est Declaratio voluntatis de constituta jam servitute, veluti de facta separatione usus-fructus, hactenus *causalis*, ut loqvuntur, à proprie- Acqvisitio servitutis voluntaria constat promissione. Constitutione

prietate, qvo ipso ille sit *formalis* h. e. formaliter servitus: Ista constitutio fit totidem modis, qvot promissio, *d. §. 4. h.* & parit qvoqve obligationem personalem & actionem ad patiendum exerceri servitutem semel constitutam, *V. l. 3. pr. de usufr.* Denique *Datio* seu qvasi traditio aut patientia confert jus in re & obligationem realem contra impedientes qvosvis exercitium qvæsiti juris. Actionem Confessoriam, Negatoriam, & Possessoria remedia, *V. Exerc. ad π. XVIII, fi.* Sed & Implorationem officii judicis, *V. l. 19. de S. P. R. l. 6. §. 1. fi serv. vind. l. 8. §. 3. eo. l. 1. fi. de S. P. R.* De *Negatoria* notandum, qvod ejus fundamentum duplex sit, & libertas naturalis ab omni servitute constituta, & qvum hæc præsumatur, actor nihil probare tenetur, sed excipiens de servitute, nisi actor asserat qvalitatem aliqvam possessionis, *Carpz. 1. Resp. 61. 68.* Confessoria est *qvasi vindicatio* juris & servitutis. De Vindicatione autem, supra.

qvasi traditione hujus effectus.

De actione negatoria.

X. Præscriptione qvoqve acqviritur & amittitur servitus, Jure Justinianeo longi temporis, X. vel XX. annorum, *l. fi. C. de præscr. long. temp. l. un. C. de transform. usucap. l. sicut. 13. C. de servit.* nec titulus alius reqviritus, *l. 10. fi. serv. vind.* Carpz. *1. Resp. 36.* Exceptis iis servitutitibus, qvæ *discontinuæ* vocantur, h. e. qvæ non continuo usu exercentur, ubi aut titulus docendus, aut tempus duplicatum reqviritur, *l. 7. qvemad. serv. amitt.* Gail. *2. O. 66.* Lauterb. *Concl.*

Acqvisitio legalis per præscript.

Amissio per eand.

Concl. For. 2. Excrc. 18. Brunnem. *in l. 14. D. de servit.* itemqve si error aut mala fides causam dederit servituti, *l. 5. C. de præscr. long. temp. & l. 8. C. de præscr. 30. l. 3. eo.* Jure Saxonico verò sine distinctione præscribitur XXXI annis & termino Saxonico. *Carpz. 2, 4. def. 8.* Jus Pruten. *3, 2, 3. §. 4.* Deniqve Tutoris aut Curatoris negligentiâ non præscribitur, *l. 10. quemadm. serv. amitt.*

XI. Amittitur præterea Servitus *confusione* dominii utriusqve prædii, *l. 1. π. quemadm. serv. am.* & *consolidatione* personalis servitutis cum proprietate, revivisci tamen alienatione, *l. 18. de servit.* Itemqve *interitu* alterutrius prædii, *l. 14. §. 1. quemadm. serv. am.* restituta autem re, revivisci, *l. 20. §. 2. de S. P. V. l. 25. de S. P. R.* Tertio *Remissione* sive expressa sive tacita, *l. 6. §. 1. l. 14. quemadm. serv. am.* Deniqve die vel conditione existente, *l. 4. pr. de servit.* aut resoluto jure constituentis, ut vasalli, *2. F. 8. V. l. 11, §. 1. quemad. serv. am.*

per confusionem

consolidationem

remissione

existentia condit. &c.

Tit. IV.

7. π. 1. 3. C. 33.

De Vsvfrvctv.

I.

Vidimus servitutes reales: seqvuntur personales, ubi prædia inserviunt personis, Vsusfructus, Vsus & Habitatio.

Servitutes personal.

Pr.

Pr.

1. Vsusfr. qvid

Vsusfructus est jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. Est autem jus in corpore: quo sublato & usum tolli necesse est.

§. 1.

modi constituendi

Vsusfructus à proprietate separationem recipit: idque pluribus modis accidit, ut ecce, si qvis usumfructum alicui legaverit, nam heres nudam habet proprietatem, legatarius vero usumfructum.

l. 36. §. 1. π. h. t. l. 26. π. de usufr. leg

Et contra, si fundum legaverit deducto usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres vero usumfructum. Item alii usumfructum, alii deducto eo fundum legare potest. Sine testamento verò si qvis velit usumfructum alii constituere, pactionibus & stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in universum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu, placuit certis modis extingvi usumfructum, & ad proprietatem reverti.

& acqvirendi speciatim ultima voluntate.

II. Acqviritur ususfructus, ut aliæ servitutes, *V. t. praced. IX. X.* Plane si ususfructus ultima voluntate relictus est, obligatio & actio non nascitur ante aditam hereditatem, & mortuo interim legatario non transmittitur ad heredem, *l. 9. π. qvand. dies legat. l. 3. π. de usufr.* Fructuum dominium *perceptione* acqviritur, percipit autem qvi à solo separat, *l. 13. qvib. mod. usufr. am.* â qvo recedit Jus Germanicum. *V. supra tit. 1. hujus libri §. 37.* Conf. Richt. *Decis. 56, 4.* Berlich. *1. Concl. 22. & 44.*

Acqvisitio fructuum.

III. Ob-

III. Obligatur usufructuarius re uti boni viri arbitrio, *l. 15. l. 19. de usufr.* Vnde & *cautio* exigitur, *t. t. π. usufr. quem cav.* qvæ voluntate ultima remitti non potest, invito herede, *l. 1. §q. C. de usufr.* Gail. *1. O. 145.* Carpz. *3,15. def. 12.* & substitutio arborum *l. 18. π. de usufr.* ovium &c. *l. 68. eo.* Refectio qvoqve sed modica, non reparatio ad perpetuam proprietatis existentiam necessaria, *l. 7. §. 2. π. de usufr.* atqve onerum ac tributorum solutio, nisi ipsos fructus exsuperent, *Carpz. 1. Resp. 105.* Obligatio usufructuarii & cautio

§. 2.

Constituitur autem ususfructus non tantùm in fundo & ædibus, verum etiam in servis & jumentis, & ceteris rebus: exceptis iis, qvæ ipso usu consumuntur. Nam hæ res neq; naturali ratione, neq; civili recipiunt usumfructum. qvo in numero sunt vinum, oleum, vestimenta, qvibus proxima est pecunia numerata, namq; ipso usu assidua permutatione qvodam modo extingvitur. Sed utilitatis causa Senatus censuit, posse etiam earum rerum usumfructum constitui, ut tamen eo nomine heredi utiliter caveatur. Itaq; si pecuniæ ususfructus legatus sit, ita datur legatario, ut ejus fiat, & legatarius satisdet heredi de tanta pecunia restituendâ, si morietur, aut capite minuetur. Cæteræ qvoq; res ita traduntur legatario, ut ejus fiant, sed æstimatis his satisdatur, ut si moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia restituatur, qvanti hæ fuerint æstimatæ. Ergo Senatus non fecit qvidem earum rerum usumfructum, nec enim poterat, In qvibus rebus

t. t. π. de usufr. ear. rer. qvæ usu. Q. ususfruct.

terat, ſed per cautionem qvaſi uſumfructum conſtituit.

in metallifodinis

IV. Ad qvaſi uſumfructum qvoqve pertinent fructus ex *metallifodinis & lapicidinis* non renaſcentibus, ita ut ex pecunia inde redacta uſuras uſufructuarius percipiat, ſortem proprietario reſtituat, *Berlich. 3. concl. 35, 23.* Itemqve Feudum ad hunc modum in pecunia recte conſtituitur, h. e. qvaſi uſusfructus feudalis, conſenſu tamen domini ſuperioritatis. *Dn. Strvv. de J. Feud. c. IV.*

in feudo

§. 3.

Qvibus modis finitur t. t. π. qvib. mod. uſ. am.

Finitur autem uſusfructus morte uſufructuarii, & duabus capitis diminutionibus, maxima & media, & non utendo per modum & tempus: qvæ omnia noſtra ſtatuit Conſtitutio. Item finitur uſusfructus, ſi domino proprietatis ab uſufructuario cedatur: nam cedendo extraneo nihil agitur. vel ex contrario, ſi uſufructuarius proprietatem rei acqviſierit: qvæ res conſolidatio appellatur. Eo amplius conſtat, ſi ædes incendio conſumtæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio ſuo corruerint, extingvi uſumfructum, & ne aream qvidem uſumfructum deberi.

Conf. *l. 16. C. de uſufr.* Noſtro jure *Banno* Imperiali, ut alia jura amittitur, *Gail. 2. O. 86, 10.* Alienatione aut *ceſſione* facta non ipſum jus ſeu juris dominium qvoad eſſentiam in extraneum transfertur, ſed effectus juris atqve exercitium, qvod *Commoditatem* Gloſſa vocat,

cat, alii fructuum perceptionem, *V. l. 12. §. 2. π. de usufr. l. 63. π. eo. l. 11. §. 2. π. de pignor. l. 66. π. de jur. dot.* nisi mala fide & ut proprietatem alienare velit, *l. 13. §. 4. de his qui not. infam.* Idem obtinet in Dotalitio feudali, *J. Prov. Sax. 2. A. 21, 3. & l. 1, 21.*

§. 4.

finiti effectus

Cum autem finitus fuerit totus ususfructus, revertitur scilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nuda proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

Datur ob id proprietario Rei vindicatio; sin qvasi ususfructus finitus est, actio ex stipulatu seu cautione: si nulla cautio præstita, adhuc, condictio competit, *l. 5. §. 1. de usufr. ear. rer.*

Tit. V.

7. π. 8. 3. C. 33.

De Vsv et Habitatione.

I.

Servitus operarum.

MEdium inter usumfructum & usum obtinet locum Servitus *operarum* in servo alieno certis diebus qvoad omnem utilitatem, transmissibilis ad heredem de qva *t. 1. π. de oper. ser. V. l. 2. π. de usufr. leg.* Sed *usus* continet utilitatem restrictam ad personam utentis & ejus familiam duntaxat dum vivit.

diff. ab Vsu

Pr.

Pr.

constitutio & amissio

Iisdem illis modis, quibus ususfructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet: iisdemq; illis modis finitur, quibus & ususfructus desinit.

§. 1.

diff. ab usufr. usus fundi

Minus autem juris est in usu, quam in usufructu: nam is, qui fundi nudum habet usum, nihil ulterius habere intelligitur, quam ut oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis, & lignis, ad usum quotidianum utatur: in eoq; fundo hactenus ei morari licet, ut neq; domino fundi molestus sit, neq; iis, per quos opera rustica fiunt, impedimento: nec ulli alii jus, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere potest: quum is, qui usumfructum habet, possit hæc omnia facere.

§. 2.

ædium

Item is, qui ædium usum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipse tantum inhabitet, nec hoc jus ad alium transferre potest: & vix receptum esse videtur, ut hospitem ei recipere liceat, & cum uxore, liberisq; suis, item libertis, nec non personis aliis liberis, quibus non minus quam servis utitur, habitandi jus habeat. Et convenienter, si ad mulierem usus ædium pertineat, cum marito ei habitare licet.

L. 4. §. 1. l. seq. ff. h. t.

§. 3.

Servi

Item is, ad quem servi usus pertinet, ipse tantùm opera atq; ministerio ejus uti potest: ad alium

alium vero nullo modo jus suum transferre ei concessum est. Idem scilicet juris est & in ju- jumenti
mento.

§. 4.

Sed & si pecorum vel ovium usus legatus sit, pecorum
neq; lacte, neq; agnis, neq; lana utetur usuarius, quia ea in fructu sunt. Plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest.

II. Habitatio qvoqve medium locum ob- Habitatio
tinet inter usumfructum & usum.

§. 5.

Sed si cui habitatio legata sive aliqvo modo constituta sit, neq; usus videtur, neq; ususfructus, sed qvasi proprium aliqvod jus: qvanqvam habitationem habentibus, propter rerum utilitatem, secundum Marcelli sententiam, nostra decisione promulgata, permisimus non solum in ea degere, sed etiam aliis locare.

Conf. *l. 32. ff. de usufr. L. 10. §. 2. ff. de us. & hab. L. 13. C. de usufr.*

§. 6.

Hec de servitutibus, & usufructu, & usu, & habitatione dixisse sufficiat. De hereditatibus autem & obligationibus, suis locis proponemus. Exposuimus summatim, qvibus modis jure gentium res acqviruntur: modo videamus, qvibus modis legitimo & civili jure acqviruntur.

TIT. VI.

DE VSVCAPIONIBVS, ET LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBVS.

41, π. 3. sqq. 7. C. 26. sqq. 33. sqq. 2. X. 26.

I.

Modi acq J. Civ.

SEqvuntur itaqve modi acqvirendi jure *civili*, non qvod originem suam à jure naturali & gentium noh repetant, nec aliis gentibus communes sint, sed qvod formam specialem à jure civili obtinuissent. suntqve duplicis generis pro rerum acqvirendarum diversitate, qvæ sunt vel singulæ, vel qvædam universitas; modi acqvirendi *singulares* qvatuor hodie numerantur: Vsucapio, Donatio, Legatum, & Fidei commissum. VSVCAPIO est, qva longo usu aut possessione continuata, nec à vero domino per rei suæ *usurpationem* interrupta, acqviritur dominium, ex *præsumtione* à pristino domino objectum, qvum credibile non sit, qvenqvam ejus qvod vult, longo tempore nullam planæ edere significationem idoneam, *Grot. J. B. 2. 4, 8.* qvam *juris naturalis* præsumtionem *jus gentium* eò magis confirmavit, ut hominum sua jactantium negligentia coërceretur, litium finis & rerum dominia non semper in incerto essent, qvum ad pacem communem id vel maxime interesset, *idem §. sq. conf. Pufend, J. N. 4, 12.* Cujusqve porro Reipubl. jus civile singularem formam ac temporis determinationem addidit, Romanum qvoqve variavit,

singulares

Vsucapionis

orig. ex J. N. & G.

forma J. C.

vit, de qvo vid. *Galvan. de usufr.* Itaqve definitur: Adjectio sive adeptio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti. *l. 3. ff. de usurp. & usuc.*

Pr.

Jure civili constitutum fuerat, ut qvi bona J. Rom. vetus
fide ab eo, qvi dominus non erat, cum crederet dominum eum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliave qvavis justa causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno ubiq; uno: si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucaperet, ne rerum dominia in incerto essent. Et cum hoc placitum erat putantibus antiqvioribus, dominis sufficere ad inqvirendas res suas præfata tempora: nobis novum
melior sententia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudentur, neqve certo loco beneficium hoc concludatur; & ideo Constitutionem super hoc promulgavimus, qva cautum est, ut res qvidem mobiles, per triennium: immobiles vero, per longi temporis possessionem, id est, inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis usucapiantur; & his modis non solum in Italia, sed etiam in omni terra, qvæ nostro Imperio gubernatur, dominia rerum, justa causa possessionis præcedente acqvirantur.

Conf. *l. un. C. de usucap. transform. L. 13. C. de servit.*

II. Placuit porrò Romanis Vsucapionis extensionem alio & generali PRÆSCRIPTIONIS sive Exceptionis vocabulo insigni- Præscriptio qvid

re, *V. rubr. t. π. & c. de except. & præscr. & l. C. de annal. exc.* cujus formula esset, exceptione *securitate perpetuam possidendi* tueri. *l. indebit. 15. §. fi. π. de condict. ind. l. 7. C. de long. temp. præscr.* vis tamen ipsa est exceptio dominii, elapso tempore definito: currente eo adhuc, *conditio usucapiendi*, & rem tuendi aut persequendi contra tertium *Publiciana* in rem actione. *V. supra 2, 2. fi. t. t. π. de publician. §. 4. J. de act.* Postquam verò non tantum Justinianus Vsucapionem in Præscriptionem & vicissim transformavit, sed & usu fori nostri nullam discrepantiam usucapionis & præscriptionis agnoscimus, promiscuè vocabula usurpantur.

ejus effectus

an ab usuc. diff.

III. Præter longi temporis præscriptionem, cujus in textu mentio, introducta etiam est præscriptio *longissimi temporis* hoc est, XXX. annorum à Theodosio II. *l. 3. C. de præscr. 30. ann. l. un. C. Th. de act. cert. temp. fin. ibi J. Gothofr.* qva actiones antea perpetuas tricennio haud motas præscribi voluit, exceptis nonnullis, qvas tamen postea Anastasius XL. annis etiam præscribi jussit, *l. 4. sqq. C. de præscr. 30.* Præter eas manserunt præscriptiones brevioris temporum, Tridui *l. 3. C. de err. advoc.* triginta dierum, *l. 14. §. 2. C. de non num. pec.* unius anni *l. 5. C. de injur.* biennii *l. fi. C. de dol. mal.* Infra *t. de lit. oblig.* qvinqvennii *l. 8. fi. π. de inoff. test. l. 4. C. de vectig.* Accessit deniqve Centena-

est vel longi vel longissimi temporis

vel brevioris

ria

ria seu immemorialis *l. 23. C. de SS. Eccles.* Nov. *131. c. 6.* Auth. *quas actiones. de SS. Eccles.* de qva Strauch. *in Irnerio non errante.* vel immemorialis

IV. Vsu fori *Saxonici* in rebus mobilibus præscriptio observatur unius anni & termini Saxonici, hoc est, sex septimanarum & trium dierum, qvod vocatur Jahr und Tag. In immobilibus & juribus verò triginta & unius anni ac termini Saxonici, 30. Jahr / Jahr und Tag. *Jus Sax. Prov. l. A. 9. & 28. l. 2. A. 44. Feudal. c. 16.* J. Sax.

Cæterum recepto Jure Romano receptæ fuerunt qvoqve tum breviores longo tempore præscriptiones, tum qvadragenaria & immemorialis in suis casibus.

V. Præter temporis justi definitionem reqviritur circa possessionem, ut sit justa, Justam reddit primò justus possidendi TITVLVS, atqve ad transferendum dominium habilis, h. e. causa & negotium tale, qvo mediante aliàs à vero domino alienante dominium statim acqviritur, ut emtio, permutatio, donatio &c. *l. 3. §. 21. de A. P. l. 31. de A. R. D. l. 4. C. de præscr. long. temp. l. 2. C. de præs. 30.* neqve sufficit generalis iste *pro suo*, nam is cum specialibus concurrit, *l. 1. π. pro suo.* qvi sunt vel singulares, vel universales, ut Pro emto, donato, legato, pro dote, pro derelicto, pro adjudicato, pro noxe dedito, pro transacto, pro feudo, allodio, pro herede, pro B. P. & similes *V. t. t. in D. & C.* Sed qvum titulus pro herede & pro B. H. sit universalis, titulus possessionis qvid — qvotuplex — pro herede

salis, & in hereditate res etiam alienæ, depositæ vel commodatæ aut oppignoratæ, bona fide posſideri & alienari posſint, admittitur verus dominus probans qvalitatem tituli ſpecialis ad dominium in defunctum transferendum inhabilis, nec longi temporis præſcriptione excluditur, *l. fin. C. pro her. l. 4. C. de præſcr. long. temp.*

titulus præſumitur

Atqve præſumitur titulus regulariter, neqve tenetur poſſeſſor titulum poſſeſſionis edere aut probare, *l. cogi. C. de H. P.* Brunnem. *in c. 1. de reg. jur in. 6.* Carpz. *1. Reſp. 1, 17. & Dec. 117.* Giſebert. *Juſtin. Harm. de Interd. §. 4. n. 175.* Vicissim nemo titulum poſſeſſionis mutare ſibi poteſt, in alterius præjudicium, *l. 3. §. 19. de A. P.* Sichard. *in C. l. 25. de locat.*

non poteſt mutari

B. F. præſumitur

VI. Deinde juſtam poſſeſſionem reddit & bona fides, qvæ in poſſidente reqviritur, & ipſa præſumitur, *Alciat. de Præſumt. R. 3. præſcr. 5.* niſi adverſarius malam fidem probet, *l. 17. C. de R. V. Menoch. 2. Arbitr. 225. Carpz. 1. Reſp. 33. &*

qvid ſit

Deciſ. 117, 27. Eſt autem bona fides, qvâ qvis credit auctorem ſuum, à qvo rem juſto titulo tenet, fuiſſe verum dominum, qvi habuiſſet facultatem transferendi. *l. 109. de V. S. l. 32. §. 1. π.*

M. F.

de uſucap. l. 27. de contrah. emt. Mala fides eſt, qvâ qvis novit rem eſſe alienam, & tamen pro ſuo habet, *l. 2. §. 1. l. 7. §. 4. pro emt.* aut ſaltem dubitat, ſua ſit an aliena, *c. 5. X. de præſcript. Carpz. Dec. 117, 27. V. Manuduct. ad Iprud. c. VII.* Etſi autem Jure Romano ſufficit bonam fidem adeſſe

adesse initio acqvisitæ possessionis, *l. 48 §. 1. de A. R. D. l. 48. π. de usuc. l. 2. pro emt. l. un. C. de usuc. transform.* Jure tamen Canonico & qvo in foro Germanico utimur, etiam intermedio tempore & continuo B. F. reqviritur, *c. fin. X. de præscript.*

VII. Porro ex parte rerum usucapiendarum reqviritur, ut sint in commercio aut aliàs habiles ad usucapiendum, regulariter itaqve omnes usucapiuntur, exceptis illis & speciatim rebus sacris, religiosis, sanctis, qvantum ad singulos; rebus meræ facultatis, itemqve furtivis & vi occupatis, amotis, expilatis, nisi hæ purgaverint vitium reversæ ad dominum. Qvæ pos. sint usucapi Reg.

§. 1.

Sed aliqvando, etiamsi maxime qvis bona fide rem possederit, non tamen illi usucapio ullo tempore procedit: veluti si qvis liberum hominem, vel rem sacram, vel religiosam, vel servum fugitivum possideat. Exc. 1. qvæ extra commerc.

§. 2.

Furtivæ qvoq; res, & qvæ vi possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore bona fide possessæ fuerint, usucapi possunt: nam furtivarum rerum Lex duodecim tabularum & Lex Atinia inhibent usucapionem; vi possessarum, Lex Julia & Plautia. 2. furtivæ vel vi possessæ L. fi. π. de vi bon. rapt. L. 33 π. de usuc. Gall. 17, 7. & 14 ult. declaratio.

§. 3.

Qvod autem dictum est, furtivarum & vi possessarum rerum usucapionem per Leges prohibitam esse, non eò pertinet, ut ne ipse fur, qvive per vim

vim possidet, usucapere possit, nam his alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possident; sed ne ullus alius, quamvis ab eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, usucapiendi jus habeat. Vnde in rebus mobilibus non facile procedit, ut bonæ fidei possessoribus usucapio competat. Nam qui sciens alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum ejus committit.

§. 4.

Limit. de herede. *Sed tamen id aliquando aliter se habet; nam si heres rem defuncto commodatam, aut locatam vel apud eum depositam existimans hereditariam esse, bona fide accipienti vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, quin is, qui acceperit, usucapere possit, dubium non est: quippe quum ea res in furti vitium non ceciderit: cum utiq; heres, qui bona fide tanquam suam alienaverit, furtum non committat.*

§. 5.

de usufr. L. 36. sq. ff. h. *Item si is ad quem ancillæ ususfructus pertinet, partum suum esse credens vendiderit, aut donaverit, furtum non committit: furtum enim sine affectu furandi non committitur.*

§. 6.

Reg. generalis de mobilib. *Aliis quoq; modis accidere potest, ut quis sine vitio furti rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, ut à possessore usucapiatur.*

Quotiescunque quis putat rem esse suam, justo errore, *V. l. potest. 36. sqq. ff. h. t. L. 4. ff. pro derelicto.*

§. 7.

§. 7.

Quod autem ad eas res, quæ solo continentur, expedit, jus ita procedit, ut, si quis loci vacantis possessionem propter absentiam, aut negligentiam domini, aut quia sine successore decesserit, sine vi nanciscatur; quamvis ipse mala fide possideat, quia intelligit, se alienum fundum occupasse, tamen, si alii bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa possessione res acquiri: quia neq; furtivum, neq; vi possessum acceperit. Abolita enim est quorundam veterum sententia, existimantium, etiam fundi locive furtum fieri. Et eorum utilitati, qui res soli possident, Principalibus Constitutionibus prospicitur, ne cui longa, & indubitata possessio debeat auferri. de reb. immobilibus

Conf. l. 37. seq. π. h. t. Gall. XI, 18. l. ult. C. unde vi.

§. 8.

Aliquando etiam furtiva, vel vi possessa res usucapi potest: veluti si in domini potestatem reversa fuerit, tum enim vitio rei purgato procedit ejus usucapio. de vitio purgato.

§. 9.

Res fisci nostri usucapi non potest. Sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nunciatis, bona fidei emtorem traditam sibi rem ex his bonis usucapere posse: & ita Divus Pius, & Divi Severus & Antoninus rescripserunt. de Rebus fisci.

Conf. l. 2. C. commun. de usucap. l. 18. π. de usucap.

Pr.

constitutio & amissio

Iisdem illis modis, qvibus ususfructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet: iisdemq; illis modis finitur, qvibus & ususfructus desinit.

§. 1.

diff. ab usufr. usus fundi

Minus autem juris est in usu, qvam in usufructu: namis, qvi fundi nudum habet usum, nihil ulterius habere intelligitur, qvam ut oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis, & lignis, ad usum qvotidianum utatur: in eoq; fundo hactenus ei morari licet, ut neq; domino fundi molestus sit, neq; iis, per qvos opera rustica fiunt, impedimento: nec ulli alii jus, qvod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere potest: qvum is, qvi usumfructum habet, possit hæc omnia facere.

§. 2.

ædium

Item is, qvi ædium usum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipse tantum inhabitet, nec hoc jus ad alium transferre potest: & vix receptum esse videtur, ut hospitem ei recipere liceat, & cum uxore, liberisq; suis, item libertis, nec non personis aliis liberis, qvibus non minus qvam servis utitur, habitandi jus habeat. Et convenienter, si ad mulierem usus ædium pertineat, cum marito ei habitare licet.

L. 4. §. 1. l. seq. ff. h. t.

§. 3.

Servi

Item is, ad qvem servi usus pertinet, ipse tantùm opera atq; ministerio ejus uti potest: ad alium

alium vero nullo modo jus suum transferre ei concessum est. Idem scilicet juris est & in ju- jumenti
mento.

§. 4.

Sed & si pecorum vel ovium usu legatus sit, pecorum
neq; lacte, neq; agnis, neq; lana utetur usuarius, quia ea in fructu sunt. Plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest.

II. Habitatio qvoqve medium locum ob- Habitatio
tinet inter usumfructum & usum.

§. 5.

Sed si cui habitatio legata sive aliqvo modo constituta sit, neq; usus videtur, neq; ususfructus, sed qvasi proprium aliqvod jus: qvanqvam habitationem habentibus, propter rerum utilitatem, secundum Marcelli sententiam, nostra decisione promulgata, permisimus non solum in ea degere, sed etiam aliis locare.

Conf. *l. 32. ff. de usufr. L. 10. §. 2. ff. de us. & hab. L. 13. C. de usufr.*

§. 6.

Hæc de servitutibus, & usufructu, & usu, & habitatione dixisse sufficiat. De hereditatibus autem & obligationibus, suis locis proponemus. Exposuimus summatim, qvibus modis jure gentium res acqviruntur: modo videamus, qvibus modis legitimo & civili jure acqviruntur.

TIT. VI.

DE VSVCAPIONIBVS, ET LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBVS.

41, π. 3. sqq. 7. C. 26. sqq. 33. sqq. 2. X. 26.

I.

Modi acq J. Civ.

SEqvuntur itaqve modi acqvirendi jure *civili*, non qvod originem suam à jure naturali & gentium noh repetant, nec aliis gentibus communes sint, sed qvod formam specialem à jure civili obtinuissent. suntqve duplicis generis pro rerum acqvirendarum diversitate, qvæ sunt vel singulæ, vel qvædam universitas; modi acqvirendi *singulares* qvatuor hodie numerantur: Vsucapio, Donatio, Legatum, & Fidei commissum. VSVCAPIO est, qva longo usu aut possessione continuata, nec à vero domino per rei suæ *usurpationem* interrupta, acqviritur dominium, ex *præsumtione* à pristino domino objectum, qvum credibile non sit, qvenqvam ejus qvod vult, longo tempore nullam planæ edere significationem idoneam, *Grot. J. B. 2. 4, 8.* qvam *juris naturalis* præsumtionem *jus gentium* eò magis confirmavit, ut hominum sua jactantium negligentia coërceretur, litium finis & rerum dominia non semper in incerto essent, qvum ad pacem communem id vel maxime interesset, *idem §. sq. conf. Pufend, J. N. 4, 12.* Cujusqve porro Reipubl. jus civile singularem formam ac temporis determinationem addidit, Romanum qvoqve variavit,

singulares

Vsucapionis

orig. ex J. N. & G.

forma J. C.

vit, de qvo vid. *Galvan. de usufr.* Itaqve definitur Adjectio sive adeptio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti. *l. 3. π. de usurp. & usuc.*

Pr.

Jure civili constitutum fuerat, ut qvi bonâ fide ab eo, qvi dominus non erat, cum crederet dominum eum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliave qvavis justa causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno ubiq; uno: si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucaperet, ne rerum dominia incerta essent. Et cum hoc placitum erat putantibus antiqvioribus, dominis sufficere ad inqvirendas res suas præfata tempora: nobis melior sententia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudentur, neqve certo loco beneficium hoc concludatur; & ideo Constitutionem super hoc promulgavimus, qva cautum est, ut res qvidem mobiles, per triennium: immobiles vero, per longi temporis possessionem, id est, inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis usucapiantur; & his modis non solum in Italia, sed etiam in omni terra, qvæ nostro Imperio gubernatur, dominia rerum, justâ causa possessionis præcedente acqvirantur.

J. Rom. vetus

novum

Conf. *l. un. C. de usucap. transform. L. 13. C. de servit.*

II. Placuit porrò Romanis Vsucapionis extensionem alio & generali PRÆSCRIPTIONIS sive Exceptionis vocabulo insigni-

Præscriptio qvid

re, *V. rubr. t. π. & c. de excepț. & præscr. & 1. C. de annal. exc.* cujus formula esset, exceptione *securitatem perpetuam possidendi* tueri. *l. indebit. 15. §. fi. π. de condict. ind. l. 7. C. de long. temp. præscr.* vis tamen ipsa est exceptio dominii, elapso tempore definito: currente eo adhuc, *conditio usucapiendi*, & rem tuendi aut persequendi contra tertium *Publiciana* in rem actione. *V. supra 2, 2. fi. t. t. π. de publician. §. 4. J. de act.* Postquam verò non tantum Justinianus Vsucapionem in Præscriptionem & vicissim transformavit, sed & usu fori nostri nullam discrepantiam usucapionis & præscriptionis agnoscimus, promiscuè vocabula usurpantur.

ejus effectus

an ab usuc. diff.

III. Præter longi temporis præscriptionem, cujus in textu mentio, introducta etiam est præscriptio *longissimi temporis* hoc est, XXX. annorum à Theodosio II. *l. 3. C. de præscr. 30. ann. l. un. C. Th. de act. cert. temp. fin. ibi J. Gothofr.* qva actiones antea perpetuas tricennio haud motas præscribi voluit, exceptis nonnullis, qvas tamen postea Anastasius XL. annis etiam præscribi jussit, *l. 4. §qq. C. de præscr. 30.* Præter eas manserunt præscriptiones brevioru temporum, Tridui *l. 3. C. de err. advoc.* triginta dierum, *l. 14. §. 2. C. de non num. pec.* unius anni *l. 5. C. de injur.* biennii *l. fi. C. de dol. mal.* Infra *t. de lit. oblig.* qvinqvennii *l. 8. fi. π. de inoff. test. l. 4. C. de vectig.* Accessit deniqve Centenaria

est vel longi vel longissimi temporis

vel brevioris

ria seu immemorialis *l. 23. C. de SS. Eccles.* Nov. *131. c. 6.* Auth. *quas actiones. de SS. Eccles.* de qva Strauch. *in Irnerio non errante.* vel immemorialis

IV. Vsu fori *Saxónici* in rebus mobilibus præscriptio observatur unius anni & termini Saxonici, hoc est, sex septimanarum & trium dierum, qvod vocatur Jahr und Tag. In immobilibus & juribus verò triginta & unius anni ac termini Saxonici, 30. Jahr / Jahr und Tag. *Jus Sax. Prov. 1. A. 9. & 28. l. 2. A. 44. Feudal. c. 16.* J. Sax.

Cæterum recepto Jure Romano receptæ fuerunt qvoqve tum breviores longo temporo præscriptiones, tum qvadragenaria & immemorialis in suis casibus.

V. Præter temporis justi definitionem reqviritur circa possessionem, ut sit justa, Justam reddit primò justus posfidendi TITVLVS, atqve ad transferendum dominium habilis, h. e. causa & negotium tale, qvo mediante aliàs à vero domino alienante dominium statim acqviritur, ut emtio, permutatio, donatio &c. *l. 3. §. 21. de A. P. l. 31. de A. R. D. l. 4. C. de præscr. long. temp. l. 2. C. de præs. 30.* neqve sufficit generalis iste *pro suo*, nam is cum specialibus concurrit, *l. 1. π. pro suo.* qvi sunt vel singulares, vel universales, ut Pro emto, donato, legato, pro dote, pro derelicto, pro adjudicato, pro noxe dedito, pro transacto, pro feudo, allodio, pro herede, pro B. P. & similes *V. t. t. in D. & C.* Sed qvum titulus pro herede & pro B. H. sit universalis, titulus possessionis qvid qvotuplex pro herede

ſalis, & in hereditate res etiam alienæ, depoſitæ vel commodatæ aut oppignoratæ, bona fide poſſideri & alienari poſſint, admittitur verus dominus probans qualitatem tituli ſpecialis ad dominium in defunctum transferendum inhabilis, nec longi temporis præſcriptione excluditur, *l. fin. C. pro her. l. 4. C. de præſcr. long. temp.*

titulus præſumitur

Atque præſumitur titulus regulariter, neque tenetur poſſeſſor titulum poſſeſſionis edere aut probare, *l. cogi. C. de H. P.* Brunnem. *in c. 1. de reg. jur in 6.* Carpz. *1. Reſp. 1, 17. & Dec. 117.* Giſebert. *Juſtin. Harm. de Interd. §. 4. n. 175.* Viciſſim nemo titulum poſſeſſionis mutare ſibi poteſt, in alterius præjudicium, *l. 3. §. 19. de A. P.* Sichard. *in C. l. 25. de locat.*

non poteſt mutari

B. F. præſumitur

VI. Deinde juſtam poſſeſſionem reddit & bona fides, quæ in poſſidente requiritur, & ipſa præſumitur, *Alciat. de Præſumt. R. 3. præſcr. 5.* niſi adverſarius malam fidem probet, *l. 17. C. de R. V. Menoch. 2. Arbitr. 225. Carpz. 1. Reſp. 33. &*

quid ſit

Deciſ. 117, 27. Eſt autem bona fides, quâ quis credit auctorem ſuum, à quo rem juſto titulo tenet, fuiſſe verum dominum, qui habuiſſet facultatem transferendi. *l. 109. de V. S. l. 32. §. 1. ff. de uſucap. l. 27. de contrah. emt.*

M. F.

Mala fides eſt, quâ quis novit rem eſſe alienam, & tamen pro ſuo habet, *l. 2. §. 1. l. 7. §. 4. pro emt.* aut ſaltem dubitat, ſua ſit an aliena, *c. 5. X. de præſcript. Carpz. Dec. 117, 27. V. Manuduct. ad Iprud. c. VII.* Etſi autem Jure Romano ſufficit bonam fidem adeſſe

adesse initio acqvisitæ possessionis, *l. 48 §. 1. de A. R. D. l. 48. π. de usuc. l. 2. pro emt. l. un. C. de usuc. transform.* Jure tamen Canonico & qvo in foro Germanico utimur, etiam intermedio tempore & continuo B. F. reqviritur, *c. fin. X. de præscript.*

VII. Porro ex parte rerum usucapiendarum reqviritur, ut sint in commercio aut aliàs habiles ad usucapiendum, regulariter itaqve omnes usucapiuntur, exceptis illis & speciatim rebus sacris, religiosis, sanctis, qvantum ad singulos; rebus meræ facultatis, itemqve furtivis & vi occupatis, amotis, expilatis, nisi hæ purgaverint vitium reversæ ad dominum. Qvæ pos. sint usucapi Reg.

§. 1.

Sed aliqvando, etiamsi maxime qvis bona fide rem possederit, non tamen illi usucapio ullo tempore procedit: veluti si qvis liberum hominem, vel rem sacram, vel religiosam, vel servum fugitivum possideat. Exc. 1. qvæ extra commerc.

§. 2.

Furtivæ qvoq; res, & qvæ vi possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore bona fide possessæ fuerint, usucapi possunt: nam furtivarum rerum Lex duodecim tabularum & Lex Atinia inhibent usucapionem; vi possessarum, Lex Julia & Plautia. 2. furtivæ vel vi possessæ L. fi. π. de vi bon. rapt. L. 33 π. de usuc. Gall. 17, 7. & 14 uls. declaratio.

§. 3.

Qvod autem dictum est, furtivarum & vi possessarum rerum usucapionem per Leges prohibitam esse, non eò pertinet, ut ne ipse fur, qvive per vim

vim possidet, usucapere possit, nam his alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possident; sed ne ullus alius, quamvis ab eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, usucapiendi jus habeat. Unde in rebus mobilibus non facile procedit, ut bonæ fidei possessoribus usucapio competat. Nam qui sciens alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum ejus committit.

§. 4.

Limit. de herede. *Sed tamen id aliquando aliter se habet; nam si heres rem defuncto commodatam, aut locatam vel apud eum depositam existimans hereditariam esse, bona fide accipienti vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, quin is, qui acceperit, usucapere possit, dubium non est: quippe quum ea res in furti vitium non ceciderit: cum utiq; heres, qui bona fide tanquam suam alienaverit, furtum non committat.*

§. 5.

de usufr. L. 36. fq. ff. h. *Item si is ad quem ancillæ ususfructus pertinet, partum suum esse credens vendiderit, aut donaverit, furtum non committit: furtum enim sine affectu furandi non committitur.*

§. 6.

Reg. generalis de mobilib. *Aliis quoq; modis accidere potest, ut quis sine vitio furti rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, ut à possessore usucapiatur.*

Quotiescunque quis putat rem esse suam, justo errore, *V. l. potest. 36. ſqq. ff. h. t. L. 4. ff. pro derelict.*

§. 7.

§. 7.

Quod autem ad eas res, quæ solo continentur, expedit, jus ita procedit, ut, si quis loci vacantis possessionem propter absentiam, aut negligentiam domini, aut quia sine successore decesserit, sine vi nanciscatur; quamvis ipse mala fide possideat, quia intelligit, se alienum fundum occupasse, tamen, si alii bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa possessione res acquiri: quia neq; furtivum, neq; vi possessum acceperit. Abolita enim est quorundam veterum sententia, existimantium, etiam fundi locive furtum fieri. Et eorum utilitati, qui res soli possident, Principalibus Constitutionibus prospicitur, ne cui longa, & indubitata possessio debeat auferri.

de reb. immobilibus

Conf. l. 37. seq. π. h. t. Gall. XI, 18. l. ult. C. unde vi.

§. 8.

Aliquando etiam furtiva, vel vi possessa res usucapi potest: veluti si in domini potestatem reversa fuerit, tum enim vitio rei purgato procedit ejus usucapio.

de vitio purgato.

§. 9.

Res fisci nostri usucapi non potest. Sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nunciatis, bona fidei emtorem traditam sibi rem ex his bonis usucapere posse: & ita Divus Pius, & Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

de Rebus fisci.

Conf. l. 2. C. commun. de usucap. l. 18. π. de usucap.

§. 10.

Exc 3. de qvovis vitio rei in hærente. *Noviſſime ſciendum eſt, rem talem eſſe debere, ut in ſe non habeat vitium, ut à bonæ fidei emtore uſucapi poſſit, vel qui ex alia juſta cauſa poſſidet.*

Conf. l. 11. C. de A. P.

§. 11.

Exc. 4. de errore falſæ cauſæ. *Error autem falſæ cauſæ uſucapionem non parit: veluti ſi quis, cum non emerit, emiſſe ſe exiſtimans poſſideat: vel cum ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſſideat.*

V. t. π. pro donat. l. 2. §. 16. l. 11. π. pro emt. l. 7. §. 2. π. de publician.

§. 12.

Ampl. de continuatione poſſeſſionis in ſucceſſore univ. *Diutina poſſeſſio, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & heredi & bonorum poſſeſſori continuatur, licet ipſe ſciat, prædium alienum eſſe. Quod ſi ille initium juſtum non habuit, heredi & bonorum poſſeſſori, licet ignoranti, poſſeſſio non prodeſt. Quod noſtra Conſtitutio ſimiliter & in uſucapionibus obſervari conſtituit, ut tempora continuentur.*

Conf. l. un. C. de uſuc. transform.

§. 13.

Singulari *Inter venditorem quoque & emtorem conjungi tempora, Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt.*

§. 14.

§. 14.

Edicto Divi Marci cavetur, eum, qui à fisco rem alienam emit, si post venditionem qvinqvennium praterierit, posse dominum rei exceptione repellere. Constitutio autem divæ memoriæ Zenonis bene prospexit iis, qvi à fisco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum accipiunt aliqvid, ut ipsi qvidem securi statim fiant, & victores existant, sive experiantur, sive conveniantur: adversus autem sacratissimum ærarium usqve ad qvadriennium liceat iis intendere, qvi pro dominio vel hypotheca earum rerum, qvæ alienatæ sunt, putaverint sibi qvasdam competere actiones. Nostra autem Divina Constitutio, qvam nuper promulgavimus, etiam de iis, qvi à nostra, vel venerabilis Augustæ domo aliqvid acceperint, hæc statuit, qvæ in fiscalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ Constitutioni continentur.

Ampl. 2. de reb. fisci.

L. 2. C. de qvadr. præscr.

L. 3. C. de qvadr. præscr.

VIII. Verumqvum Jus Romanum in hoc argumento multas variationes passum fuerit, & res qvæ usucapi non poterunt, præscribi tamen hoc vel isto præscriptionis genere poterant, itaqve compendiosius est, ut non tam ad varietatem generum præscribendi, qvàm aut res ipsas attendamus, & his ista accommodemus, qvatenus in foro nostro usu obtinent. *Furtivæ* res, amotæ, expilatæ à tertio præscriptione acqviruntur XL. annorum, *arg. l. 2. & ult. C. de annal. præscript.* Carpz. *2, 3. def. 16. & 4, 39. def.*

Jus præscript. qvo utimur

de reb. furtivis

def. 6. Richt. *Dec. 96, 151.* Mev. *ad J. Lubec. 1, 8. 1. n. 27.* H. Giseb. *h. t. n. 218.* Imò & à ipso fure, nisi dominus probet furtum aut malam fidem, *Carpz. Dec. 117, 27. & 1. Resp. 33. & 40.*

Fiscalibus

IX. *Fiscus* acqvirit præscriptione qvadriennii, *l. 2. C. de qvadr. præscr.* Amittit præscriptione triennali res mobiles, ut & *Ecclesia* & *Civitas*, etiam Jure Canonico, *cau. 16. q. 3. can. 16.* Carpz. *2, 5. def. 6. & l. 1. Resp. 35.* Immobiles qvadraginta annis, *l. 4. C. de bon. vac. l. ult. C. de fund. patrim.* Auth. *qvas actiones de SS. Eccl.* Constit. *Elect. Sax. l. 2. C. 5.* sed adversus civitatem Jure Electorali Saxonico sufficit communis Juris Sax. præscriptio XXXI annorum & termini Saxonici, *d. P. 2. C. 6.* Bona verò *vacantia* nondum fisco denunciata qvadriennio à possessore contra Fiscum præscribuntur, *l. 18. π. de usuc. t. t. C. de qvadr. præsc.*

Rebus pupillaribus

X. Adversus *pupillos* nulla currit præscriptio, sed demum à pubertate contra minorem, eaqve XXX. annorum, *l. 3. C. de præscr. 30. ann.* qvibus Jus Saxonicum annum & diem adjicit, qvo genere eodem jure & *Operæ rusticæ* amittuntur, itemqve à *canone emphyteutico* immunitas acqviritur, *V. præjudicia Exerc. ad π. XLV, 56.* Contra *chirographum* & actionem inde competentem præscriptio currit non à die scripturæ, sed à tempore solutioni destinato, *Carpz. 2, 1. def. 6.*

Reg. general.

Denique summatim notandum, omnes res qvæ sunt in commercio, nullo alio reqvisito attento

attento præscribi tempore immemoriali, *Carpz. 2, 3. def. 25.* Specialiora suis singulis in locis dicenda.

XI. Qvemadmodum adversus pupillarem ætatem *suspensa* est præscriptio, ita etiam inter patrem & filium respectu bonorum maternorum, *Carpz. 2, 3. def. 11.* inter maritum & uxorem, *idem l. 1. Resp. 40.* itemqve belli ac pestis tempore, si justitium fuerit, *l. 9. C. Th. de infirmand. his qvæ sub Tyr. cap. 10. X. de præscript.* Mandat. Elect. Sax. *de Æqvilibrio Anno 1656.* Carpz. *Dec. 116.* Dissentit Textor & Hahnius, *V. Exercit. ad π. XLV, 60.* Suspensio præscriptionis

XII. Interrumpitur deniqve præscriptio *Citatione* etiam solâ absqve Litis Contestatione, *Carpz. 2, 7. def. 4. seq. Decis. 34. & 223.* itemqve *pignoratione*, *Richt. Dec. 5.* Sed *extrajudiciali* interpellatione regulariter non rumpitur, *Carp. 2, 7. def. 5. L. Engel. C. J. Can. 2, 4. 16.* Tertiò vero alicui præscriptio neqve nocet neqve prodest, veluti locatori, agnato feudum revocanti, *Carpz. Dec. 115. V. Exerc. ad π. XLV, 61.* Deniqve rescinditur qvandoqve usucapio aut præscriptio completa, si dominus absens fuit Reip. causâ, aut captus ab hostibus, per actionem rescissoriam intra annum institutam, *§. 5. J. de act.* Vsurpatio. Rescissio.

Tit.

24. π. 1. & 39. t. 5. seq. 5. C. 3. & 16. & lib. 8, 54. seqq. Novell. 101. 3. x. 24. & lib. 4, 20. origo ex J. N. G.

TIT. VII.

DE DONATIONIBVS.

PR.

Est & aliud genus acqvisitionis, donatio.

I. NAturâ sua & origine est juris naturæ & gentium, qvippe pars domini est jus alienandi, sed cum jus civile variè restrinxerit naturam, ejus universalem per species & civiles formas, itaqve inter acqvisitiones civiles refertur. Est autem Donatio naturaliter Collatio seu actus, qvo acqviritur aliqvid à conferente honestatis aut liberalitatis causâ, sive conventione merâ sive & traditione; *l. 29. π. de donat. l. 82. de reg. jur.* reqviritur itaqve præter oblationem etiam acceptatio, aliàs aliud negotium & vel fidei commissum fuerit, *l. miles. 75. pr. de leg. 2. Genes. XXIII, 11. V. l. 2. §. 6. π. de donat. Grot. J. B. 2, 11. 14.*

Definitio

I. Divisio in meram & remuneratoriam.

II. Dividitur Donatio vel intuitu *causæ moventis*, vel ex diversitate modi. Causa movens est vel mera liberalitas seu honestas, nullo nec naturalis juris præcepto cogente aut causâ alia prævià obligante, inde oritur *mera* Donatio, *l. 27. π. h. t.* vel prævia obligatio & præceptum honestatis saltem naturalis, unde Donatio *Remuneratoria* est, *d. l. 27. l. si pignore. 56. §. 1. de*

de furtis. l. sed etsi. 25. §. consuluit. π. de H. P. qvæ iterum vel simpliciter talis est, & unilateris, vel utrinqve vicissim sit, & *Reciproca* dicitur. *Carpz. Dec. 124.* eamqve vel simplicem vel reciprocam

III. Ex *modo* porro duplicem partitionem sortitur donatio, aut enim simplex est & *pura*, aut *mixta* cum alterius generis negotio, aut velata alterius contractus titulo, veluti venditio donationis causa, aut conductio imaginaria, *l. 46. π. locati. l. 66. π. de jur. dot. l. 3. C. de contrab. emt. l. 23. C. mandat.* tales enim velatos contractus Jus non impugnat, si non in fraudem legis aut alterius fiunt: nobis Gnaden-Pacht/ Gnaden-Kauff/ *V. Jac. Gothofr. ad l. 1. C. Th. h. t.* II. in puram & mixtam.

IV. Aliter donatio aut *absolute* fit, qvæ res de præsenti datur aut promittitur, qvæ *directa* dicitur, *l. 25. C. de donat.* aut sub *conditione*, idqve iterum dupliciter, aut ut de futuro, si conditio extiterit, dominium demum transferatur, ad accipientem, aut ut de præsenti qvidem transeat, sed si conditio non extiterit, revertatur ad donantem, veluti si *nuptiæ* non secutæ, aut si *mors* donantis non secuta, qvæ qvum præcipua species sit donationis, ideo peculiarem divisionem facit Imperatori: *Donationum autem duo sunt genera: Mortis causa & non mortis causa.* III. in directam & conditionalem. veluti. Mortis causa.

§. 4

§. 1.

ejus definitio

Mortis causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem: cum quis ita donat, ut si quid humanitus ei contigisset, haberet is, qui accepit: sin autem supervixisset, is, qui donavit, reciperet: vel si eum donationis pœnituisset, aut prior decesserit is, cui donatum sit. Hæ mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactæ sunt per omnia. nam cum prudentibus ambiguum fuerat, utrum donationis, an legati instar eam obtinere oporteret; & utriusq; causæ quædam habebat insignia, & alii ad aliud genus eam retrahebant, à nobis constitutum est, ut per omnia fere legatis connumeretur, & sic procedat, quemadmodum nostra Constitutio eam formavit. Et in summa, mortis causa donatio est, cum magis se quis velit habere, quam eum, cui donat; magisq; eum, cui donat, quam heredem suum. sic & apud Homerum Telemachus donat Piræo:

L. 15. π. de m. c. don.

V. infr. n. VI.

L. ult. C. de m. c. don.

Odyss. 17.

Τὸν καὶ Πείραιος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν·
Τηλέμαχ' αἶψ' ὀτέρυνον (al. ὄτρυνεν) ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας·
Ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω ἅτοι Μενέλαος ἔδωκε·
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·

Πεί-

Πείρᾳ, ἀ γὰρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσαι τάδε ἔργα,
Εἶπεν ἐμὲ μνησῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι,
Λάθρῃ πλέναντες παλαιὰ πάντα δάσανται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε θάλπω ἐπαυρέμεν ἤ τινα τῶν δὲ.
Εἰ δέ ἐγὼ τοῖσι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

Id eſt.

Hoc ſermone virum Gireus commonet ultrò:
Telemache ad noſtras famulas age dirige ſedes,
Vt tibi quæ dederat Menelaus dona reportent.
Ad quem Telemachus ſapiens ita farier orſus:
Pirꝛe, incertus quoniam rerum exitus harum eſt:

O ſi

Si me forte proci scelerati ad Styga mittant
Insidiis, patriasq; velint erciscere prædas:
Hæc ego præ reliqvis multo tibi cedere malim.
Sin ego eos justis prosternam cladibus ultor,
Tum mihi tu lato reddas illa omnia latus.

diff à donatione morientis

Forma

V. Forma hujus donationis ex jure gentium est conditio mortis, unde differt à donatione *morientis* qvidem, sed non facta mentione conditionis hujus, *l. ult. §. 1. π. h. t. Carpz.* J. C. *5. Resp. 55.* qvæ conditio adjici solet vel nullo adhuc imminente periculo, *l. 2. π. h. t.* vel aliqvo imminente, & porro tum vel ut statim qvidem tradita fiat accipientis, sed periculo mortis cessante revertatur dominium vel ut morte demum secuta ipso jure transeat dominium, *d. l. 2. & l. 8. ff. eo. l. 1. seqq. π. de publici.* Pericula mortis recensentur, *l. 3. sqq. eo.*

J. C.

VI. Ex Jure vero Civili Romano addita fuit forma & solennitas essentialis adhibendorum *qvinqve testium*, sicut in ultimis voluntatibus, *l. fin. C. de codicill.* nec insinuatio judicialis reqviritur à Justiniano derogante hactenus *legi 25. C. h. t.* qvæ tamen in foro Saxonico donationi M. C. omnium bonorum necessaria, *P. 3. Const. Elect. 1.* ut & mulieri ut curatorem adhi-

J. Sax.

beat,

beat, *V. Exerc. ad π. XLIII. 31.* Scilicet est hæc donatio mixtæ naturæ & participat naturam tum contractuum, tum ultimarum voluntatum, unde Imp. antea §. 1. dicebat, ferè per omnia legatis connumerari. *V. l. Senat. 35. §. ult. π. de don. m. t.* itemqve *l. tam is. 25. π. eo.* Vid. *Gl. ad §. 1. J. h. t.* ex qvo & *revocabilis* est, etiam ante existentem conditionem donatio mortis causa, *l. 27. π. h. t. l. 1. C. eo.* & heres portionem *L. Falcidiæ* detrahere potest, *l. 5. C. ad L. Falcid.* excepto foro Electorali Saxonico, *Carpz. 3, 1. def. 1. seqq.* natura mixta

VII. Si bona universa donata sunt, reservata certa parte eorum, nec aliqvâ de hac dispositione relictâ, cedit ea heredibus ab intestato, nec jus accrescendi locum habet, sicut in legatis, *Constit. Elect. Sax. P. 3. C. 2. V. Exerc. ad π. XLIII, 30.* Jus accresc.

VIII. Effectus donationis hujus existente conditione mortis re nondum traditâ, obligatio heredis ad tradendum, salvâ parte Falcidiæ, ut dictum, & ex eâ nata est donatario non tantum condictio ex *l. 35. C. donat.* Sed & Rei vindicatio ad exemplum legatorum, *l. fi. C. h. t.* obligatio heredis & actio

IX. Ex parte donatarii obligatio oritur duplex, prout datæ rei dominium traslatum fuit, vel minus. Si translatum, ex nuda tamen *pœnitentia* donatoris obligatur donatarius rem restituere, & actione personali rem condicere donator potest, *l. 30. π. h. t.* Qvod si conditio mortis non exobligatio donatarii

titit, similiter obligatur donatarius rem restituere, & habet donator hoc casu actionem etiam realem, *l. 29. eod.* multo magis, si dominium nondum fuit translatum.

M.C.Capio X. Denique latius patet *mortis causa capio*, quam m. c. donatio, quum mortis alterius etiam causâ, & non ex bonis donaturi capi mortis causa possit, *V. l. 31. pr. & §. 2. & l. 38. π. h. t.*

donationes inter vivos XI. Reliquæ Donationum species huic generaliter contradistinguntur à Romanis sub nomine donationum *inter vivos*, sive absolutæ illæ sint, sive ob causam, aut sub modo vel conditione, quas antea vidimus.

§. 2.

Aliæ autem donationes sunt, quæ sine ullâ mortis cogitatione fiunt, quas inter vivos appellamus, quæ non omnino ad omnino non comparantur legatis: quæ si fuerint perfectæ, temerè revocari non possunt. Perficiuntur autem, cum donator suam voluntatem scriptis aut sine scriptis manifestaverit. Et ad exemplum venditionis, nostra l. 35. §. C. de donat. *Constitutio eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit: ut etiamsi non tradantur, habeant plenissimum & perfectum robur, & traditionis necessitas incumbat donatori.*

Forma J. Civ. XII. Naturæ donationum in genere, quam Jure naturæ & gentium obtinuit, addidit Justinianus quoad has inter vivos donationes insinuationem judicialem, si est ultra quingentos solidos, *l. pen. §. ult. C. h. t.* Excipiunt

unt Dd Reciprocam itemque Remuneratoriam, *Carpz. Dec. 124.* qvanqvam tutius est, hanc insinuari. *V. Exerc. ad π. XLIII, 12.*

Et cum vero Principum Dispositiones insinuari eas aliis intervenientibus volebant, si majores fuerant ducentorum solidorum; Constitutio nostra eam qvantitatem usqve ad qvingentos solidos ampliavit; quam stare etiam sine insinuatione statuit.

Insinuatio

l. 36 C. de donat

Solidus fuit viginti denariorum, h. e. duorum uncialium & dimidii, qvem Constantinus substituerat *Aureo*, qvi fuerat viginti qvinqve denariorum h. e. trium uncialium & trium grossorum. Qvingenti igitur Solidi faciunt 1250. unciales, 625. Ducatos seu aureos Vngaricos, qvos Solidis surrogavit usus fori hodierni, eo ipso qvantitatem Justinianeam minuens 125. Vngaricis.

Solidus qvid

Sed & quasdam donationes invenit, quæ penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem.

ea ubi non necessaria

Veluti si à Principe aut Principi facta, *l. 34. pr. Auth. item & C. h. t.* Militi à magistro militum, *l. pen. §. 1 eod.* si plures eidem factæ conjunctim summam istam excedunt, *l. 34. §. si qvis autem. eo.* facta ad redemtionem captivorum, *l. 36. pr. eo.* ad refectionem domûs incendio sublatæ, *d. l. 36.* & plures alias exceptiones Dd. Hîc

recenſent, imprimis Jure Canonico ſi jusjurand. acceſſerit, *c. quamvis. de pact. in 6. V. Vultej. hic.* Cæterum Inſinuatio valide fit coram qvocunqve judice, *l. 27. l. 30. l. 36. C. h. t. Jus Sax. l. 1. A. 52. Carpz. Proc. Civ. 1, 2. 36. Lauterb. de Juriſd. Volunt. 27.* Salgado *Labyr. Cred. 2, 49.*

judex competens

alia juris novi l. 33. ſqq. C. h. t.

Alia inſuper multa ad uberiorem exitum donationum invenimus, qvæ omnia ex noſtris Conſtitutionibus, qvas ſuper his expoſuimus, colligenda ſunt.

Veluti qvod defectus inſinuationis non totam donationem irritam reddit, ſed tantum ſuperfluum vacuat, *l. 34. §. 4. h. t.* Sed & neceſſitatem ſtipulationis aut traditionis remiſit, & ex nudo pacto legitimum fecit, *l. 35. §. 6. eo.*

Revocatio I. ob ingrat. L. ult. C. de revoc. don.

Sciendum eſt tamen, qvod, etſi pleniſſimæ ſint donationes, ſi tamen ingrati exiſtant homines, in qvos beneficium collatum eſt, donatoribus per noſtram Conſtitutionem licentiam præſtitimus, certis ex cauſis revocare: ne illi, qvi ſuas res in alios contulerint, ab his qvandam patiantur injuriam, vel jacturam, ſecundum enumeratos in Conſtitutione noſtra modos.

Ingratitudinis cauſæ qvinqve tantum ſunt ex Conſtitutione Juſtiniani *l. fi. de revoc. don.* iujuria verbalis, realis, damnum rei familiaris, inſidiæ vitæ, & contraventio pacti donationis. Sed uſus fori extendit

J. hod.

dit ad ſimiles & æqvales ſpecies, ve uti eſt *paupertas* donatoris, ſi à donatario non alatur, *Gl. ad d. l. voc. voluerit.* Tiraqv. *ad l. ſi nunqvam. §. C. de rev. don. §. omnia. n. 2.* & qvæ in *exheredatione* locum habent, *LL. Longob. 2, 15.* J. Clar. *§. Donatio. Qv. 21, 2.* Schneidvv. *h. n. 7. V. Exerc. ad π. XLIII, 20.* Secundò revocatur, qvod ſit *inofficioſa* parentibus, liberis, fratribus legitima defraudatis, ſed usqve ad legitimam, *t. t. C. de inoff. don.* Tertio ob *ſupervenientiam lib. rorum* per qverelam aut condictionem ex *l. §. C. de revoc. don.* intra qvinqvennium, ad qvam commentatus *Tiraqvellus.* conf. *Carpz. 2, 12. def. 32.* Deniqve ſi donatio facta eſt ſub *conditione* aut *modo*, veluti ut donatarius alimenta præbeat, agi poteſt non tantum ad implendum actione præſcriptis verbis, *l. 4. & ult. C. de don. ſub mod.* ſed revocari qvoqve condictione causâ dati causâ non ſecutâ, *l. 3 C. de cond. ob cauſ.* Remuneratoria vero revocari neqvit, *l. 34. §. 1. π. de donat.* Carpz. *2, 12, def, 15. 34. ſeq.*

2. ut inofficioſa.

3. ob ſuperven. lib.

4. ob non ſecutum implementum

XIII. Donare poſſunt omnes qvi alienare, de qvibus ſeq. tit. Plane inter *conjuges* etſi Jus Naturæ & Gentium generatim donationes non prohibeat, adeoqve inter Principes & Reges illæ valeant, *poſt Gomez. Molinam, Leſſium, Ferd. de Caſtro Palao de Juſtit. commut. Diſp. 2. P. 25. §. 6, 1.* imò & inter

Qvi donare poſſunt. donatio inter conjuges valida.

privatos, ſicuti Jure Wiſigothorum & Hiſpanorum, excepto primo tantum conjugii anno, qvippe qvo profuſior invicem conjugum facilitas, *lib. 3. t. 1. c. 5. & l. 5. t. 2. c. fi.* Jure tamen tum Romano tum Teutonico prohibitæ inter conjuges donationes, *l. 1. & 3. §. 10. ſeq. π. de donat. inter V. & U.* LL. *Longobard. 2, 4. 3.* J. Sax. *Prov. 1. A. 31.* qvod moribus Romanis, qvibus divortia licita, eò magis neceſſarium, ne facilitate conjugali alter alterum ſpoliaret, aut ex rebus alterius locupletior fieret, facto mox divortio, *l. ſed ſi vir. 31. §. 7. h. t.* Qvod tamen poſtea ita ad jus naturæ iterum attemperatum eſt, ut *ipſo jure* qvidem donatio valeret, niſi ante mortem donantem *pœnituiſſe* conſtaret, *l. cum hic. 32. π. h. t. Nov. 162. c. 1. cap. ult. X. eo.* Carpz. *2, 13. def. 14.* etſi jusjurandum acceſſerit, *idem 1, 28. def. 73.* de Caſtro Palao *d. l. §. 5.* adeoqve mortuo donatario ante donatorem non transmittitur ad heredes, ſed adhuc pœnitere hic poteſt, *l. 18. C. h. t. c. 8. X. eo. Carpz. 2, 13. def. 14.* Plane donatio reciproca ſive mutua valet, *l. 32. §. 14. l. 7. §. 2. h. t.* Gail. *2. O. 40.* Berlich. *2. concl. 15.* Carpz. *2, 13. def. 18.* qvalis etiam eſſe ſolet, qvæ fit Natali die Salvatoris & ſimiles. *Carpz. 2, 13. def. 20. ſeq.* Valet etiam illa, qvæ fit ad dignitatem conſeqvendam, *l. 40. ſqq. h. t.* & mortis cauſa. *l. 9. ſqq. eo.* Sed & ſimplex uſu fori noſtri *judicialiter* facta & curatoris conſenſu, *Carpz. 2, 13. def. 16. ſq.* De Gerada qvid obtineat inferius ubi qvid ſit ea, videbimus.

non J. Civ.

limit. 1.

ampl.

Exc. 2.

3.

4.

5.

6.

mus. Deniq; nupturientes ante nuptias donare valide possunt, quod ex parte sponsæ *Doti* imputatur, *l. 66. π. h. t.* ex parte sponsi *Donatio ante vel propter nuptias* vocatur. Donatio ante vel propter nuptias

XIV. Etsi verò Juris naturæ atqve gentium non est, ut necessariò sponsa dotem conferat, Nov. 74. C. t. unde & Jure Germanorum, dotem non uxor sed maritus offerebat, *Tacit. de M. G. c. 18. V. Exerc. ad π*, XXXVI, 68. *sqq.* Moribus tamen Romanorum & usu qvoqve nostri fori receptum est, ut sponsa dotem conferat. Est autem Dos juris & universitatis vocabulum, & modus acqvirendi civilis dominii seu minus pleni in rebus in dotem datis, *l. 1. §. 4. de dot. præleg.* non qvidem jus in re universale indeterminatum, ut Hereditas & B. P. sed determinatum & restrictum *conventione*, sicut & Peculium, *l. 65. §. 1. π. de R. V.* itemqve Legitimâ, Statutaria, Gerada. *Carpz. 2, 14. def. 23.* Est itaqve Dos jus dominii civilis in rebus ab uxore pro sustinendis oneribus matrimonii marito collatis mobilibus vel immobilibus, in his tamen reservato Dominio naturali uxori. Vnde non habet maritus jus alienandi immobilia, *V. t. sq. t. t. π. de fund. dot. l. un. §. 15. C. de rei ux. act.* Nisi res æstimato data sit, ut pretium tantùm sit restituendum, *l. 10. l. 16. sqq. de jur. dot. l. 1. C. eo.* Lauterb. *de contract. innom. §. 2. n. 14.* Dotem promissam petit maritus actione ex stipulatu, *l. un. C. de rei uxor. act.* Dotis origo essentia Jura universalia Definitio

donatio propt. nupt.

XV. Doti æqvivalens Donatio propter nuptias à sponso vicissim solet constitui, qva rerum donatarum dominium ad uxorem transit, usufructu apud maritum manente, *l. 9. & Auth. æqualitas. C. de pact. conv. Auth. permissa. C. de donat. p. nupt.* Carpz. *1, 28. def. 91. 7.* Dissentiunt alii.

§. 3.

J. vet. t. t. C. de don. ant. nupt.

Est & aliud genus inter vivos donationis, qvod veteribus qvidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem à junioribus Divis Principibus introductum est, qvod ante nuptias vocabatur, & tacitam in se conditionem habebat, ut tunc ratum esset, cum matrimonium esset insecutum. Ideoq; ante nuptias appellabatur, qvod ante matrimonium efficiebatur, & nunqvam post nuptias

L. 19. C. de don. ant. nup.

celebratas talis donatio procedebat. Sed primus qvidem Divus Justinus, pater noster, cum augeri dotes & post nuptias fuerat permissum, si qvid tale eveniret, & ante nuptias augeri donationem, & constante matrimonio, sua Constitutione permisit, sed tamen nomen inconveniens remanebat, cum ante nuptias qvidem vocabatur, post nuptias autem

L. 20. C. eo. Nov. 97. & 119.

tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes & consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus, ut tales donationes non augeantur tantum, sed etiam constante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur: & dotibus in hoc exæqventur, ut qvemadmodum dotes constante matrimonio non solum augentur, sed etiam

etiam fiunt; ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto augeantur & constituantur.

XVI. Soluto matrimonio morte vel divortio, obligatur maritus regulariter dotem restituere, & competit uxori vel heredibus actio itidem ex stipulatu, *l. un. C. de rei. ux. act.* qvod etiam qvandoqve permanente matrimonio, suborto concursu creditorum contra maritum, aut aliàs eo ad inopiam vergente, dos, & omnia illa repetuntur. Viciſſim mariti mortui heredibus remanet donatio propter nuptias, & revertitur dominium ad eos, nisi aliud pactis dotalibus cautum de lucranda dote, aut futura successione, qvæ Jure qvidem Rom. non valent, valent usu fori Germanici instar ultimarum voluntatum, adeoqve revocari possunt, *V. Exerc. ad π. VIII. 50.* obligatio mariti

Jus uxoris

J. Hod.

Idem est si lege municipali sit introductum. Repetitioni verò dotis exceptio Impensarum in dotem factarum opponitur, & jus Retentionis, *l. 5. pr. π. de impens. in rem. dot. §. item si. 39. J. de act.* præsertim qvoad necessarias, utiles condictione peti possunt, *l. un C. de rei ux. act. Carpz. 2, 25. def. 18.* Add. *tit. sq. Qvibus alien. lic.*

XVII. Dotalitium Jure Germanico Feudali maritus nobilis uxori constituit, ita ut ratione dotis illatæ duplum in reditibus ipsi post mortem mariti ex feudo dotalitio præstetur, v. g. pro dote 1000. uncialium, ducenti annuatim, vel dotalitium

vel usus fructus feudi alicujus conceditur. Contra ex parte uxoris dos in feud. constitui non potest, 2. F. 19. nisi sit fœmineum, & cum consensu domini.

§. 4.

Alius modus civ. acqvir. don. per jus accresc. in servo communi.

Erat olim & alius modus civilis acqvisitionis per jus accrescendi, qvod est tale: si communem servum habens aliqvis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit vel vindicta, vel testamento; eo casu pars ejus amittebatur, & socio accrescebat. Sed cum pessimum fuerat exemplo, & libertate servum defraudari, & ex ea humanioribus qvidem dominis damnum inferri, sævioribus autem dominis lucrum accedere hoc qvasi invidia plenum, pio remedio, per nostram Constitutionem mederi, necessarium duximus. Et invenimus viam, per qvam & manumissor, & socius ejus, & qvi libertatem accepit, nostro beneficio fruantur: libertate cum effectu procedente, cujus favore antiqvos legislatores multa etiam contra communes regulas statuisse manifestum est, & eo, qvia eam libertatem imposuit, sua liberalitate stabilitate gaudente: & socio indemni conservato, pretium, servi secundum partem dominii, qvod nos definivimus, accipiente.

Alii novum titulum de Manumissionibus hic constituunt. L. 1. C. de comm. serv. manum. favor libertatis. L. Generaliter. 24. §. si qvis. ff. de fid. libert. Nov. 120.

TIT. VIII.

QVIBVS ALIENARE LICET, VEL NON.

I.

Acqvisitionis derivativa pars Alienatio.

ACqvisitio derivativa, de qva hactenus, cum contineat jus alienandi, sine qvo acqvisi-

qvisitio illa non subsistit, semel, videndum est, qvi jus alienandi jure gentium ac civili habeant, à qvibus dominium valide acqviri possit. Et regulariter qvidem is qvi dominium habet, Reg. jus qvoqve alienandi, ut partem eius præciputam, obtinet. Sed regulæ huic exceptiones & Jus naturale adjecit, & Jus Civile. Natura Exc. J.N. prohibentur alienare, qvi etsi domini sint, destituuntur tamen intellectu & judicio sive per ætatem ut pupilli & minores, de qvibus postea, sive per sexum, ut mulieres, Jure nostro, nisi consensu Curatorum, *supra de Curat. §. fi.* sive per morbum, ut furiosi & dementes, *supra § 3,* Lege civili prohibentur prodigi, qvibus bonis J. Civ. interdictum, *d. §. 3. de Curat.* maritus, qvi fundum dotalem prohibetur alienare. Itaqve

Pr.

Accidit aliqvando, ut qvi dominus sit, alienare non possit: & contra, qvi dominus non sit, alienandæ rei potestatem habeat. Nam dotale prædium maritus invita muliere per Legem Juliam prohibetur alienare: qvamvis ipsius sit, dotis causa ei datum qvod nos Legem Juliam corrigentes, in meliorem statum deduximus. Cum enim Lex insolis tantummodo rebus locum habebat, qvæ Italica fuerant, & alienationes inhibebat, qvæ invita muliere fiebant, hypothecas autem earum rerum etiam volente ea: utriq. remedium imposuimus, ut etiam in eas res, qvæ in provinciali solo posita sunt interdicta sit alienatio vel obligatio: ut neutrum Maritus in fundo dot. V. l. 75. ff. de jur. dot. l. un. C. de rei. ux. act.

trum eorum neq; consentientibus mulieribus procedat, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum convertatur.

Nisi ex repetito & secundo consensu. *V. Novell. 61.* aut si mulier juratò consentiat, de Jure Canon, *c. licet. 2. De jurej. in 6. & c. 28. X. eo.*

§. 1.

III. Nuncupativum testamentum aus gesprochenes / quod sine scriptura ore nuncupatur, reliquæ solennitates cum scripto sunt communes. Post mortem testatoris testes, juratò de testamento deponere debent, *l. fi. C. de testam.* nisi in instrumentum publicum redactum fuerit, *Carpz. 6. Resp. 15.*

§. 14.

Sed hæc quidem de testamentis, quæ scriptis conficiuntur, sufficiunt: si quis autem sine scriptis voluerit ordinare Jure civili testamentum, septem testibus adhibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum testamentum Jure civili, firmumque constitutum.

Conf. *Ordin. Imper. de Notariis. 1512.*

Tit. XI.

29. π. 1. 6. C. 21.

De Militari Testamento & cœteris privilegiatis.

I.

Testamentum minus solenne vel Jure locali ejus vis.

AB istis ordinariis solennitatibus aut requisitis receditur partim consvetudine & statutis localibus ac Provincialibus, ut etiam v. g. uti in aliis causis, ita & in re testamentaria duo vel tres testes sufficiant. Qvæ jura recte attenduntur in loco qvo testamentum conditur, & vim extendunt suam etiam in locum rei sitæ, etsi plus solennitatis in hoc forte aliàs reqviratur, *Carpz. 5. Resp. 1.* Partim etiam Jure communi & in testamentis privilegiatis, veluti Militari. Militis enim testamentum absqve omni solennitate valet, si ab occupato in expeditione factum. Propter fidem enim & merita erga Remp. licet militibus ignorare apices juris testamentarii, *V. l. 1. π. h. t.*

vel communi

veluti

Pr.

Supra dicta diligens observatio in ordinandis testamentis, militibus propter nimiam imperitiam eorum, Constitutionibus Principalibus remissa est. Nam qvamvis ii neqve legitimum numerum testium adhibuerint, neqve aliam testamentorum solennitatem observaverint, recte nihilominus testantur,

Militare Reg. l. 4. π. de adm. tut.

bertatem tribueret: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, & voluntas ejus rata habenda est. Ceterum si, ut plerumque sermonibus fieri solet, dixit alicui: Ego te heredem facio. aut, Bona mea tibi relinquo. non oportet hoc pro testamento observari. Nec ullorum magis interest, quam ipsorum, quibus ad privilegium datum est, ejusmodi exemplum non admitti: alioqui non difficulter post mortem alicujus militis testes existerent, qui affirmarent, se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona, cui visum sit: & per hoc vera judicia subverterentur.

III. Ampliatur illud privilegium, ut testamentum etiam contra regulas juris civilis conditum valeat, veluti si pro parte tantum testatus est, *l. 6. π. h. t.* si duo fecerit testamenta, *l. 19. eo.* si liberos præteriit, *§. 6. J. de exher.* ubi vide. si filio impuberi substituit absque testamento sibi facto, *l. 41. §. fi. π. h. t.* si heredem incapacem instituit, *l. 13. §. 2. eo.* si testamentum revocat nuda voluntate, *l. 15. §. 1. eo.* Falcidia quoque cessat, *l. 17. §. fi. de L. Falcid.* Ampl.

§. 2.

Quinimo & mutus, & surdus miles testamentum facere potest. Qui hoc jure faciant.

Sed & Concionatores, Consiliarii, Medici, & venalitiari castrenses hoc jure gaudent, *l. fi. π. h. t.* J. Clar. *§. testam. q. 15. fi.* Carpz. *3, 4. def. 26.*

Exc. IV. Excipiuntur porrò extra castra constituti, veluti in hybernis aut præsidiis, nisi in obsidione, *Carpz. 3, 4. def. 28. Finckelth. O. 46.*

§. 3.

si post missionem vel extra castra. *Sed hactenus hoc illis à principalibus Constitutionibus conceditur, quatenus militant, & in castris degunt. Post missionem vero veterani, vel extra castra alii, si faciant adhuc militantes testamentum, communi omnium civium Romanorum jure id facere debent. Et quod in castris fecerint testamentum, non communi jure, sed quomodo voluerint, post missionem intra annum tantùm valebit. Quid ergo si intra annum quis decesserit, conditio autem heredi adscripta post annum extiterit? an quasi militis testamentum valeat? Et placet valere quasi militis.*

§. 4.

si ante militiam *Sed & si quis ante militiam non jure fecit testamentum, & miles factus, & in expeditione degens resignavit illud, & quædam adjecit, sive detraxit, vel aliàs manifesta est militis voluntas hoc valere volentis: dicendum est valere hoc testamentum, quasi ex nova militis voluntate.*

§. 5.

si miles post testam. capite minutus. *Denique & si in adrogationem datus fuerit miles, vel filius familias emancipatus est, testamentum ejus, quasi ex nova militis voluntate valet: nec videtur capitis diminutione irritum fieri.*

§. 6.

§. 6.

Sciendum tamen est, quod cum ad exemplum castrensis peculii, tam anteriores Leges, quam principales Constitutiones quibusdam quasi Castrensia dederant peculia, & horum quibusdam permissum fuerat, etiam in potestate degentibus, testari: nostra id Constitutio latius extendens permiserit omnibus in hujusmodi peculiis testari quidem, sed jure communi. Cujus Constitutionis tenore perfecto, licentia est, nihil eorum, quæ ad præfatum jus pertinent, ignorare. Testam. de quasi castrens. L. 1. ff. de collat. L. velut. C. de assess. L. fi. C. de inoff. test.

V. RVSTICIS quoque favor agriculturæ privilegium meruit, ut testium numerus minueretur & quinque tantum sufficiant, *l. fi. C. de testam.* Maximil. *1. Constit. tit. de testam. §. 2.* Moribus quoque receptum ut coram parocho & duobus testibus, vel quatuor testibus solis valide testentur rustici, *cap. cum esses. X. de testam.* Coler. *Decis. 35, 4.* Richt. *Dec. 28.* v. Carpz. *3, 4. def. 40. & Exerc. ad π.* XXXIIX, *116.* Rusticor. testam.

VI. Testamentum, in quo Ecclesia vel alia causa pia, Scholæ, Hospitalia, viduæ, captivi, civitas seu opus publicum, heres instituitur, valet si duobus testibus præsentibus factum, *c. II. X. de testam.* Carpz. *3, 4. def. 33, 8.* Dissentit Richt. *Dec 28, 15. V. Exerc. ad π.* XXXIIX, *118.* Testam. ad pias causas.

VII. Testamentum quoque Patris & Matris inter liberos privilegiatum est, & obligat liberos Testam. inter liberos.

liberos ex ratione generica *ultimæ voluntatis* paternæ, *Gl. in l. filii. 16. C fam. ercisc. verbo: ab intestato.* ita ut successio ipsa qvidem fiat ab intestato, modus verò succedendi ex ultima voluntate, nec enim necessarius est institutionis titulus, *Richt. Dec. 29, 5. seqq.* nec testes; nisi in nuncupativo, sed duo tantùm, si personæ extraneæ legatum vel fidei commissum adjectum, *Novell. 107.* Auth. *Qvod sine de testam.* Subscriptio tamen patris aut etiam liberorum, & anni atqve diei adjectio reqviritur, *d. Novell. 107. & Nov. 18, 7.* Carpz. *3, 4. def. 17. seq.* Richt. *Dec. 29. n. 114. 19. 41. 47. V. Exerc. ad π. XXXIIX, 127.* Non extendendum autem hoc ad *naturales* liberos, *Gail. 2. O. 112, 18.* H. Pist. *1. q. 1, 19.* Dissentit Carpz. *3, 4. def. 24. V. d. Exerc. §. 129.* Neqve legitimi in tali testamdnto exheredari possunt, *Carpz. 3, 4. def. 19.* Institutio deniqve extranei in eo non valet, sed qvoad liberos ratum permanet, *l. 21. §. ult. fi. C. de testam. l. fi. C. fam. ercisc.*

Test. temp. pestis

VIII. Testamentum Pestis tempore factum valet, etsi testes in conspectu testatoris non subscripserint, modò ipsi convenerint in unum & subscripserint, *l. 8. C. de testam.* Vsu fori Teutonici etiam duo testes vel fœminæ sufficiunt, *Gail. 2. O. 118, 18.* Constit. *Elect. Sax. P. 3. c. 4.* Mev. *ad J. Lubec. 2, 1. 2. 44.* Richt. *Dec. 28, 23.* itemqve in dysenteriæ & aliis morbis con-

contagiosis, *Carpz. 3, 4. def. 2.* Richt. *Dec. 28, 24.* Mev. *ad J. Lubec. 2, 1. 2. 51. seqq.* Berlich. *3. concl. 5, 10.* aliisve necessitatibus, ut plures testes haberi neqveant, veluti in itinere terrestri aut marino, *Mev. ad J. Lubec. d. l. n. 59.* etsi testator ipse non sit infectus, *Constit. Elect. Sax. 3, 4.* nec ædes suæ, *Berlich. 2. conl. 5, 22. seq.* Brunnem. *ad l. 8. C. de testam. n. 7.* Dissentit Carpz. *3, 4. def. 4.* Finckelth. *O. 7. V. Exerc. ad π.* XXXIIX, *139.* Atqve valet tale testamentum, etiam cessante peste in perpetuum, *Carpz. 3, 4. def. 4.* Rauchb. *2. q. 20, 33.* Berlich. *3. concl. 5, 32.* Mev. *ad J. Lubec. 2, 1. 2. n. 49.* Lauterb. *ad J. Wurtenb. 3, 9.* qvod enim ab initio valet, per se validum est, nisi lex valori diem fixerit.

IX. Reliqva testamenta solennitatibus destituta vim agendi civilem non habent, si tamen plenam testantis declarationem voluntatis continent, sive ex toto sive ex parte, ut in *l. 25. ctus & l. 29. pr. π. qui test. fac.* Jure naturali utiqve obligant, & jus petendi extrajudiciale producunt, sed & de Jure civili Exceptionem, *V. l. 38. π. de fideicom. libert.* Brunnem. *in l. ult. π. de reb. eor. qui sub.* in *l. 6. n. 8.* in *l. 25. n. 7. seqq. π. qui test. fac.* L. Engel. *C. J. Can. 2, 14, 14. n. 14.* Testamenti imperfecti effectus J. Nat. & J. Civ.

X. Planè solennitatibus istis qvoqve carere potest testamentum sive scriptum sive nuncupativum, si *judicialiter* fit, coram qvovis judicio, tutius tamen coram competente, *l. testamenta 18. C. de testam.* Carpz. *Proc. Civ. 2, 1. 49. &* Testam. judiciale

Decis. 293. Lauterb. *de Jurisd. volunt. §. 36. &*

duplex *28.* Porrò Judicium duplex cui insinuari potest, *Superius*, Curia Principis, vel inferius Dominorum jurisdictionalium, præfectorum, & opidorum. Illi offertur testamentum privatim scriptum per preces supplices & ab ipso testatore comparente, *l. 19. C. de testam.* Qvod si impeditur ipse comparere, ad preces ejus ablegantur duo secretarii ad domum testatoris, qvi testamentum ab ipso recipiunt & ad Acta referunt. *Inferiori* judicio similiter in scripto ab ipso testatore offerri potest, aut coram nuncupari, *Carpz. 3, 3. def. 1.* præsente judice & actuario, neqve opus est Scabinis, *Constit. Elect. Sax. P. 3. c. 3.* Decis. *Elect. Sax. 45.* Carpz. *6. Resp. 12.* alicubi etiam coram Sculteto & Scabinis paganis, *Brunnem. in l. omnium. 19. C. de testam.* qvod si ipse comparere neqvit, ablegatis ad ipsum duobus Scabinis & Actuario valide testatur, *Decis. Elect. Sax. 73. Carpz. Dec. 148.*

mod. insinuandi. Vt caute insinuatio fiat, impetranda est obsignatio judicialis testamenti, vel etiam subscriptio, qvod postea recipi & privatim custodiri potest, *Berlich. 3. conc. 4, 49.* aut saltem attestatum de facta insinuatione impetrari.

TIT.

TIT. XII.

28. π. 1. 6, C. 22.

QVIBVS NON EST PERMISSVM FACERE TESTAMENTVM.

I.

HÆc de natura & speciebus testamenti: sequitur de his, qvi testamenti factionem habent. Regulariter eâ gaudent domini, qvi rerum suarum alienandarum jus habent: qvo destituuntur liberi in potestate, etsi permissu patris, qvia testamenti factio est juris publici, *l. 3. c. qui test. fac.* excepto peculio castrensi vel qvasi: Sed & Adventitio, si permissio patris accedit, Jure Canonico, *c. licet. de sepult. in 6.* Tiraqvel. *de privileg. cau. piar. 78.* J. Clar. §. *Testam. q. 5.* aut Principis, in testamento ad pias causas, *Brunnem. ad l. 5. π. h.* Reg.

Pr.

Non tamen omnibus licet facere testamentum. Statim enim ii, qvi alieno juri subjecti sunt, testamenti faciendi jus non habent: adeo qvidem ut qvamvis parentes eis permiserint, nihilo magis jure testari possint: exceptis iis, qvos antea enumeravimus, & præcipue militibus, qvi in potestate parentum sunt, qvibus de eo, qvod in castris acqvisierunt, permissum est ex Constitutionibus Principum testamentum facere. Qvod qvidem jus abinitio tantum militantibus datum est, tam Exc. 1. Exc. Exc. testam. militis

tam ex auctoritate Divi Augusti, quam Nervæ, nec non optimi Imperatoris Trajani, postea vero subscriptione Divi Adriani, etiam dimissis à militia, id est, veteranis concessum est. Itaque si quidem fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem heredem reliquerunt. Si vero intestati decesserint, nullis liberis vel fratribus superstitibus, ad parentes eorum jure communi pertinebit. Nov. 118. *Ex hoc intelligere possumus, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adire, posse, neque patris creditores id vendere, velaliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune esse, sed scil. proprium ejus esse, qui id in castris acquisierit: quanquam jure civili omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac prvorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet iis, quæ ex Sacris Constitutionibus, & præcipue nostris, propter diversas causas non acquiruntur. Præter hos igitur qui castrense peculium, vel quasi castrense habent, si quis alius filius familiæ testamentum fecerit, inutile est: licet suæ potestatis factus decesserit.*

V. t. t. π. de bon. mat. itemque de bon. quæ lib.

§. 1.

Præterea testamentum facere non possunt impuberes, quia nullum eorum animi judicium est. Item furiosi, quia mente carent. Hoc ad rem pertinet, si impubes, postea pubes: aut furiosus postea compos mentis factus fuerit, & decesserit. Furiosi autem, si per id tempus fecerint testamentum, quo

Exc. 2. de impubere furioso

qvo furor eorum intermissus est, jure testati esse videntur certe eo, qvod ante furorem fecerint, testamento valente. Nam neq; testamentum recte factum, neq; ullum aliud negotium rectè gestum, postea furor interveniens perimit.

§. 2.

Item prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non de prodigo
potest: sed id qvod ante fecerit, qvam interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum est.

§. 3.

Item surdus & mutus non semper testamentum facere possunt. Vtiq; autem de eo surdo loqvimur, qvi omnino non exaudit, non qvi tardè exaudit. nam & mutus is intelligitur, qvi eloqvi nihil potest, non qvi tarde loqvitur. Sæpe enim etiam literati & eruditi homines variis casibus & audiendi & loqvendi facultatem amittunt. Vn- de surdo & muto
de nostra Constitutio etiam his subvenit, ut certis casibus & modis secundum normam ejus possint testari, aliaq; facere, qvæ eis permissa sunt. Sed si qvis post testamentum factum adversa valetudine, aut qvolibet alio casu mutus aut surdus esse cœperit, ratum nihilominus manet ejus testamentum. L. diserus tis π. h. t. L. ult. π. pr.

§. 4.

Cœcus autem non potest facere testamentum, nisi per observationem qvam Lex Divi Justiniani patris nostri introduxit. de Cœco

Vid. *l. 8. C. qbi test. fac. poss.*

§. 5.

de Capto ab hostibus

Ejus, qvi apud hostes est, testamentum, qvod ibi fecit, non valet, qvamvis redierit: sed qvod, dum in civitate fuerat, fecit, sive redierit, valet jure postliminii, sive illic decesserit, valet ex Lege Cornelia.

Valet usu fori Christiani, cum jus civitatis & libertatis in eo non amittatur, *V. Exerc. ad π.* XXXIIX, *18.* Cæterum prohibentur Banniti ex Imperio, *l. 1. §. 2. sq. de leg. 3. l. 1. C. de her. inst.* Gail. *1. de P. P. 19, 5.* non item damnati ad mortem. *Colr. Dec 34.* nisi Apostatæ, *l. 2. sqq. C. de apost.* qvò & Veneficæ referendæ, *V. Exerc. ad π.* XXXIIX, *28. sq.* Hæretici, *Auth. credentes. de Hæret.* Incestuosi, *l. 6. C. de incest. nupt.* rei carminis famosi, *l 18. C. qui test. fac.*

28. π. 2. 6. C. 28.

TIT. XIII.

DE EXHEREDATIONE LIBERORVM.

I.

Reg. de heredum instit. & exhered. Lim. qvo ad descend.

ETsi porrò qvilibet dominus ac paterfamilias regulariter testari & heredes, qvos lubet, instituere potest, restringitur tamen ista libertas in patre *liberos* in potestate habente, ne eos negligat, sed instituat, aut si justam causam habeat, expresse exheredet. Qvod uti rationi naturali consonum, ita tamen variavit hîc Jus Ro-

Romanum, circa filios, posthumos, emancipatos, & adoptivos, itemqve matrem & avum maternum.

Pr.

Non tamen, ut omnino valeat testamentum, de filio-
sufficit hæc observatio. qvam supra exposuimus: fam.
sed qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum heredem instituat, vel exheredem eum nominatim faciat, alioqui si eum silentio præterierit, inutiliter testabitur: adeo qvidem, ut si vivo patre filius mortuus sit, nemo heres ex eo testamento existere possit, qvia scilicet ab initio non extiterit testamentum. Sed non ita de filiabus, & aliis per de filia-
virilem sexum descendentibus liberis utriusq; sexus, fam. J.
antiqvitati fuerat observatum: sed si non fue- vet.
rant scripti heredes, scriptæve, vel exhæredati,
exheredatæve, testamentum qvidem non infirma- V. Nov.
batur, jus tamen adcrescendi eis ad certam por- 115. c. 3.
tionem præstabatur. Sed nec nominatim eas per- Exhere-
sonas exheredare parentibus necesse erat, sed lice- dandi
bat inter ceteros hoc facere. Nominatim autem modus
qvis exheredari videtur sive ita exheredetur,
Titius filius meus exheres esto: sive ita; Filius
meus exheres esto, non adjecto proprio nomine,
scilicet si alius filius non extet.

§. 1.

Posthumi qvoq; liberi, vel heredes instituí de Post-
debent, vel exheredari. Et in eo par omnium humis
conditio est, qvod & filio posthumo, & qvolibet
ex cetcris liberis, sive fœminini sexus, sive masculini,

lini, præterito, valet quidem testamentum, sed postea agnatione posthumi, sive posthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Ideoq; si mulier, ex qua posthumus aut posthuma sperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam. Sed fœminini quidem sexus personæ, vel nominatim, vel inter ceteros exheredari solebant, dum tamen, si inter ceteros exheredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ esse per oblivionem. Masculos vero posthumos, id est filios, & deinceps, placuit non aliter recte exheredari, nisi nominatim exheredarentur, hoc scilicet modo: Quicunq; mihi filius genitus fuerit, exheres esto.

§. 2.

Posthumi qui

Posthumorum autem loco sunt & hi, qui in sui heredis locum succedendo, quasi agnascendo fiunt parentibus sui heredes. Ut ecce, si quis filium, & ex eo nepotem, neptemve in potestate habeat, quia filius gradu præcedit, is solus jura sui heredis habet, quamvis nepos quoq; & neptis ex eo in eadem potestate sunt. Sed si filius ejus vivo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate ejus, incipit nepos, neptisve, in ejus locum succedere, & eo modo jura suorum heredum quasi agnatione nanciscitur. Ne ergo eo modo rumpatur ejus testamentum, sicut ipsum filium vel heredem instituere, vel nominatim exheredare debet testator, ne non jure faciat testamentum: ita & ne-

& nepotem, neptemve ex filio necesse est ei, vel heredem instituere, vel exheredare, ne forte eo vivo, filio mortuo, succedendo in locum eius nepos, neptisve, quasi agnatione rumpat testamentum. Idq; Lege Julia Velleja provisum est, in qua similis exheredationis modus ad similitudinem postumorum demonstratur.

V. l. 6. & 13. π. de inj. rupt. L. 20. §. 13. sq. π. de postum. hoc. inst.

§. 3.

Emancipatos liberos jure civili neq; heredes instituere, neq; exheredare necesse est: quia non sunt sui heredes. Sed Prætor omnes, tam fœminini sexus, quam masculini, si heredes non instituantur, exheredare jubet: virilis sexus, nominatim: fœminini vero, inter cetteros, quia si neq; heredes instituti fuerunt, neq; ita, ut diximus, exheredati, permittit eis Prætor contra tabulas testamenti bonorum possessionem.

J. Prætor. de Emancipatis

§. 4.

Adoptivi liberi, quamdiu sunt in potestate patris adoptivi, ejusdem juris habentur, cujus sunt justis nuptiis quæsiti, itaq; heredes instituendi vel exheredandi sunt secundum ea, quæ de naturalibus exposuimus. Emancipati verò à patre adoptivo, neq; jure civili, neq; eo jure, quod ad Edictum Prætoris attinet, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, ut ex diverso, quod ad naturalem parentem attinet, quamdiu quidem sunt in adoptiva familia, extraneorum numero habe-

de adoptivis.

habeantur, ut eos neq; heredes instituere, neq; exheredare necesse sit: cum vero emancipati fuerint ab adoptivo patre, tunc incipiant in ea causa esse, in qva futuri essent, si à naturali patre emancipati fuissent.

Jnovum Justin. II. Sed hæc emendavit Justinianus partim per *l.* 4. *C. de lib. præterit.* conf. *Novell. 18, 4.* partim per *l. pen. C. de adoption.*

§. 5.

d. l. 4. C. de lib. præt. *Sed hæc qvidem vetustas introducebat; nostra vero Constitutio inter masculos & fœminas in hoc jure nihil interesse existimans, qvia utraq; persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur, & Lege antiqva duodecim tabularum omnes similiter ad successionem ab intestato vocabantur, qvod & Prætores postea secuti esse videntur: ideo simplex ac simile jus, & in filiis, & in filiabus, & in ceteris descendentibus per virilem sexum personis, non solum jam natis, sed etiam postumis, introduxit, ut omnes, sive sui, sive emancipati sint, vel heredes instituantur, vel nominatim exheredentur: eundem habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmanda, & hereditatem auferendam, qvem filii sui, vel emancipati habent, sive jam nati sint, sive adhuc in utero constituti, postea nati sint. Circa adoptivos autem filios certam induximus divisionem, qva*

L. pen. C. de adopt *in nostra Constitutione, qvam super adoptivis tulimus, continetur.*

III. Distinguit nempe Imperator utrum adoptans sit persona plane *extranea*, an cognata,

ta, veluti avus proavusve maternus, vel & paternus, priori casu jura patris naturalis, & obligatio erga liberos naturales nexu divino copulata, omnia manent integra, itaqve superior regula ipsi observanda: posteriori casu, qvia in unam personam concurrunt & naturalia & adoptionis jura, pater adoptivus ad eam obligatur. *d, l. pen. C. de adopt.* Sed *miles* ab ea immunis est: Exc. miles

§. 6.

Sed si in expeditione occupatus miles testamentum faciat, & liberos suos jam natos, vel posthumos, nominatim non exheredaverit, sed silentio praterierit, non ignorans, an habeat liberos, silentium ejus pro exheredatione nominatim facta valere, Constitutionibus Principum cautum est.

L. 9. sq. C. de testam. mil.

IV. Itemqve mater vel avus maternus: itemqve matre & avo mat.

§. 7.

Mater, vel avus maternus necesse non habent, liberos suos aut heredes instituere, aut exheredare: Sed possunt eos silentio omittere. Nam silentium matris aut avi materni, & ceterorum, per matrem adscendentium, tantum facit, qvantum exheredatio patris. Neq; enim matri filium filiamve, neq; avo materno nepotem neptemve ex filia, si eum eamve heredem non instituunt, exheredare necesse est, sive de Jure civili qværamus, sive de Edicto Prætoris, qvo Prætor præteritis liberis con-

contra tabulas bonorum possessionem permittit, sed aliud eis adminiculum servatur, quod paulò post vobis manifestum fiet.

V. t. t. de inoff. test.

J. noviss. Sed emendavit hoc jus Imp. per *Novell. 115. c. 3.* & ad eandem regulam observandam adstrinxit etiam matrem & avum maternum, non P. P. Sed successionis ratione habitâ.

Effectus non observatæ regulæ V. Formâ deniqve hac institutionis aut exheredationis à parentibus non observatâ, testamentum *qvoad institutionem* ipso jure nullum est, in reliqvis capitulis tamen subsistit, *d. Novell. 115. c 3.* nec opus est Qverela inofficiosi intra qvinqvennium, sed sufficit Actio nullitatis, *Richt. Dec. 41. & 43.* itemqve Hereditatis petitio cum replicatione Nullitatis adversus Exceptionem de tabulis, *Finckelth, O. 29. pr.*

Ampl. reg. VI. Hanc instituendi aut expresse exheredandi necessitatem extendit Imp. etiam viciſſim ad liberos ἀτέκνους *parentes* relinqventes. *Novell. 115. c. 4.* itemqve ad *fratres* & sorores, si turpis persona præferatur, *Nov. 22. c. 47.*

VII. Qvæ autem causæ sint legitimæ exheredandi, infra Tit. XVIII. dicetur.

TIT.

Tit. XIV.

De Heredibus Instituendis.

28. π. §. 6. C. 24.

I.

Obſervatâ prædicta regulâ cum ſua reſtri- Reg.
ctione cæteroqvin.

Pr.

Heredes inſtituere permiſſum eſt, tam liberos homines, qvam ſervos; & tam proprios, qvam alienos. Proprios autem olim qvidem ſecundum plurium ſententias non aliter, qvam cum libertate, rectè inſtituere licebat: hodie verò etiam ſine libertate ex noſtra Conſtitutione heredes eos inſtituere permiſſum eſt. Qvod non per innovationem induximus, ſed qvoniam æqvius erat, & Atilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, qvos tam ad Maſſurium Sabinum, qvàm ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autem ſervus etiam is intelligitur, in qvo nudam proprietatem teſtator habet, alio uſumfructum habente. Eſt tamen caſus, in qvo nec cum libertate utiliter ſervus à domina heres inſtituitur, ut Conſtitutione Divorum Severi & Antonii cavetur, cujus verba hæc ſunt: Servum adulterio maculatum, non jure teſtamento manumiſſum ante ſententiam ab ea muliere videri, qvæ rea fuerat ejusdem criminis poſtulata, rationis eſt. Qvare ſequitur, ut in eundem à domina collata he-

ampl. qvoad ſervos L. cum qvidam. C. de neceſſ. ſerv. her. inſt.

Conſ. l. 2. C. de colluſ. detег

redis institutio, nullius momenti habeatur. Alienus servus etiam is intelligitur, in quo usumfructum testator habet.

§. 1.

Servus autem à domino suo heres institutus, Conf. l. sed si. π. h. t. *si qvidem in eadem causa manserit, fit ex testamento liber, heresq; ei necessarius. Si verò à viro testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hereditatem potest: qvia non fit heres necessarius, cum utrumq; ex domini testamento non consequatur. Qvod si alienatus fuerit, jussu novi domini adire hereditatem debet, & ea ratione per eum dominus fit heres. nam ipse alienatus, neqve liber, neq; heres esse potest, etiamsi cum libertate heres institutus fuerit; destitisse enim à libertatis donatione videtur dominus, qvi eum alienavit. Alienus qvoq; servus heres institutus, si in eadem causa duraverit, jussu ejus domini adire hereditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viro testatore, aut post mortem ejus, antequam adeat, debet jussu novi domini adire. At si manumissus est vivo testatore, vel mortuo, antequam adeat, suo arbitrio adire potest hereditatem.*

§. 2.

Servus etiam alienus post domini mortem de servo alieno *recte heres instituitur, qvia & cum hereditariis servis est testamenti factio. Nondum enim adita hereditas, personæ vicem sustinet, non heredis futuri, sed defuncti: cum etiam ejus, qvi in utero est, servus recte heres instituatur.*

§. 3.

§. 3.

Servus autem plurium, cum quibus testamenti factio (passiva) est, ab extraneo institutus heres, unicuique dominorum, cujus jussu adierit, proportione dominii acquirit hereditatem. de servo communi

II. Porrò vel unus heres vel plures institui possunt. Si plures, æqualiter succedunt, nisi singulis certæ partes assignatæ sint. de pluribus heredibus

§. 4.

Et unum hominem, & plures, usque in infinitum, quot quis heredes velit, facere licet.

§. 5.

Hereditas plerumque dividitur in duodecim de partibus here. *untias, quæ asses appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia* ditatis *usque ad assem, ut puta hæc, (uncia) sextans,* L. servum. §. fi. ff. h. t. *quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, (As,) Non autem utique [semper] duodecim uncias esse oportet. Nam tot uncias assem efficiunt, quot testator voluerit: & si unum tantum quis ex semissa, verbi gratia heredem scripserit, totus as in semisse erit. Neque enim idem ex parte testatus, ex parte intestatus potest decedere: nisi sit miles,* Conf. l. 78. §. 1. ff. h. t. *cujus sola voluntas in testando spectatur. Et è contrario potest quis in quantascunque voluerit plurimas uncias suam hereditatem dividere.*

§. 6.

Partibus non expressis

Si plures instituantur heredes, ita demum [in hoc casu] partium distributio necessaria est, si nolit testator eos ex aqvis partibus heredes esse. Satis enim constat, nullis partibus nominatis, ex aqvis partibus heredes esse. Partibus autem in qvorundam personis expressis, si qvis alius sine parte nominatus erit, si qvidem aliqva pars assi decrit, ex ea parte heres fit. Et si plures sine parte scripti sunt, omnes in eandem partem concurrunt. Si verò totus as completus sit, ii, qvi nominatim expressas partes habent, in dimidiam partem vocantur, & ille, vel illi omnes, in alteram dimidiam. Nec interest, primus, an medius, an novissimus, sine parte heres scriptus sit: ea enim pars data intelligitur, qvæ vacat.

§. 7.

jus accrescendi

Videamus, si pars aliqua vacet, nec tamen qvisqvam sine parte sit heres institutus, qvid juris sit. veluti si tres ex qvartis partibus heredes scripti sint. Et constat, vacantem partem singulis tacite pro hereditaria parte accedere & perinde haberi, ac si ex tertiis partibus heredes scripti essent, & ex diverso, si plures heredes scripti in portionibus sint, tacite singulis decrescere: ut, si verbi gratia, qvatuor ex tertiis partibus heredes scripti sint, perinde habeantur, ac si unusqvisq; ex qvarta parte heres scriptus fuisset.

§. 8. *Et*

§. 8.

Et si plures unciæ, qvam duodecim distributæ sint, is qvi sine parte institutus est, qvod dupondio deest, habebit. Idemqve erit, si dupondius expletus sit: qvæ omnes partes ad assem postea revocantur, qvamvis sint plurium unciarum.

Dupondius est hereditas in 24. uncias seu duos asses aut duo pondo divisa

III. Modus instituendi est vel purus, vel non purus, & hìc vel conditione vel die adjecto, eoqve iterum vel certo, vel incerto. Institutio ex certo vel ad certum diem seu tempus valet ut pura, & tempus habetur pro non adjecto, ex regula, qvod nemo testatus & intestatus decedat. *l. 7. de R. J.*

Modus instituendi qvotuplex

ex tempus adjectum

§. 9.

Heres & pure & sub conditione institui potest: ex certo tempore, aut ad certum tempus non potest. veluti; Post qvinqvennium qvam moriar, vel: Ex calendis illis, vel: Vsqve ad Calendas illas, heres esto. Denique diem adjectum haberi pro supervacuo placet, & perinde esse, ac si pure heres institutus esset.

IV. Nisi dies incertus sit, qvia conditionem in testamento facit, *l. 75. π. de cond. & demonstr.*

Dies incertus

V. Conditio est vel possibilis seu *potestativa*, qvæ est in potestate ejus in qvem confertur, sine impedimento, *l. 4. §. 1. π. h. t.* sub qvâ institutio utiqve valet, licet suspensa *l. 4. l. fin. π. de condit. inst.* nisi liberi in solam legitimam sub conditione instituti sint, *de qvo Tit. XVIII.*

Conditio possibilis

casualis

vel *casualis*, qvæ vel ex fortuito eventu vel saltem ex alieno arbitrio pendet; hæc institutioni validè adjicitur, exceptis liberis, qvi sic instituti habentur pro præteritis, *d. l. 4. l. 86. π. h. t.* J. Clar. *§. Testament. q. 39.*

mixta

Vel deniqve *mixta*, qvæ partim ab arbitrio instituti, partim à fortuito eventu pendet, & itidem valet, *l. 4. π. h. t. l. un. §. 7. C. de caduc. toll.* V. Gail. *2. O. 132, 6.* Sichard. *ad l. 1. n. 6. C. de Instit. & subst.*

impossibilis

Contra verò turpis sive jure impossibilis, aut naturâ.

§. 10.

Impossibilis conditio in institutionibus & legatis, nec non in fideicommissis, & libertatibus, pro non scripta habetur.

Conf. *l. 15. π. de condit. instit. l. 12. π. de dot. præleg.*

aff. & negat.

VI. Deniqve conditio alia est affirmativa vel negativa, sive de non faciendo, qvæ ipsa parit obligationem ad præstandam cautionem Mutianam, ab auctore ita dictam, qvâ qvis securum reddit eum, cujus interest, & ad qvem deficiente conditione hereditas pervenit, veluti coheredi, *l. 7. π. de cond. & dem.* vel & heredi ab intestato, *Novell. 22. c. 44. §. fi.* aut Executori Testamentario, vel Judici.

Cautio Mutiana

§. 11.

conjunctiva vel disjunct.

Si plures conditiones in institutionibus adscriptæ sunt, siqvidem conjunctim, ut puta, si illud & illud factum fuerit; omnibus parendum est. Si separatim, veluti: Si illud aut illud

illud factum fuerit; cuilibet conditioni obtemperare satis est.

Cont. *l 5. C. de condit. instit. l. 78. π de cond. & demonstr.*

VII. Defuncto eo, qvi sub conditione institutus est, ante qvam conditio exsistit, ejus heres eam adimplere neqvit, *l. 109. π. de condit. & dem. V. Exerc. ad π.* XXXIX, *126.* conditio an transmissibilis

VIII. Conditio uni casui adjecta, in alio *repetita* non intelligitur nisi expresse adjecta sit, *Menoch. 4. Præsumt, 176. sqq.* Natta *Consil. 459.* Ilane in una *substitutione* conditio expressa, præsumitur repetita in seqvente, *Menoch. 4. Præsumt. 178. 30.* nisi diversa ratio probetur. an tacitè repetita

§. 12.

Ji, qvos nunqvam testator vidit, heredes de ignotis *instituí possunt: veluti si fratris filios peregrinante, ignorans qvi essent, heredes instituerit, ignorata enim testantis inutilem institutionem non facit.*

Tit. XV.

28. π. 6. 6. C. 25. sq.

De Vvlgari Svbstitvtione.

I.

Heredes Instituti dicuntur primo gradu: Substituti secundo. *l. 1. π. de V. & P. S.* ut successio testamentaria eò facilius exitum sortiatur, nec heres ab intestato succedat, aut Fiscus Substitutio qvid

scus capiat. Substituitur itaqve regulariter in hunc eventum, *si institutus heres non erit*, h. e. si noluerit adire hereditatem, vel abstinuerit, aut jure adire prohibitus sit, tunc enim admittitur substitutus, *l. 3. C. de her. inst.* etiamsi alterutrum tantum casum expresserit testator, *Gomez. l. 3, v.* qvod si verò institutus moritur ante aditionem, ejus heres excludit substitutum *l. 19. C. de jur. delib.* Atqve hæc species substituendi dicitur

qvotuplex

Vulgaris h. e. communis & regularis, Gemeine nach- oder Affter Satzung / *V. Carpz. 3, t. def. 8.*

Pr.

Vulgaris

Potest autem qvis in testamento suo plures gradus heredum facere, ut puta; Si ille heres non erit, ille heres esto, & deinceps, in qvantum velit testator, substituere potest: ut novissimo loco in subsidium vel servum necessarium hereæu instituere possit.

§. 1.

modi substit.

Et plures in unius locum possunt substitui vel unus in plurium, vel singuli in singulorum, vel invicem ipsi, qvi heredes instituti sunt.

§. 2.

Partes in institutione, tacitè repetitæ in substit.

Et si ex disparibus partibus heredes scriptos invicem substituerit, & nullam mentionem partium in substitutione habuerit, eas videtur in substitutione partes dedisse qvas in institutione expressit; & ita Divus Pius rescripsit.

V. l. 1. C. de impub. & aliis substit.

§. 3. *Sed*

§. 3.

Sed si instituto heredi, coherede substituto dato, alius ei substitutus fuerit, Divi Severus & Antonius sine distinctione rescripserunt, ad utramque partem substitutum admitti. de substituti substituto

V. l. si ex plurib. 9. π. de suis & legit. & l. 27. π. de vulg. & pup. subst. l. 41. pr. π. eo.

§. 4.

Si servum alienum quis patremfamilias arbitratus, heredem scripserit, & si heres non esset, Mævium ei substituerit, isque servus jussu domini adierit hereditatem, Mævius substitutus, in partem admittitur, illa enim verba. Si heres non erit, in eo quidem, quem alieno juri subjectum esse testator scit, sic accipiuntur, si neque ipse heres erit, neque alium heredem effecerit: in eo verò, quem patremfamilias esse arbitratur, illud significant, si hereditatem sibi, vel ei, cujus juri postea subjectus esse cœperit, non acquisierit. Idq; Tiberius Cæsar in persona Parthenii servi sui constituit. de substituto servi, qui liber creditus.

V. l. 40. & seq. π. de her. instit. Alciat. Dispunct. l. 2.

TIT. XVI.

28. π. 6. 6. C. 26.

DE PUPILLARI SUBSTITUTIONE.

Pupillaris substit. quâ formulâ diff. à vulg.

Pr.

Liberis suis impuberibus, quos in potestate quis habet, non solum ita, ut supra diximus,

subſtituere poteſt, id eſt, ut ſi heredes ei non extiterint, alius ſit ei heres: ſed eo amplius, ut ſi heredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, ſit eis aliqvis heres: veluti, ſi qvis dicat hoc modo: Titius filius meus heres mihi eſto. Et ſi filius meus heres mihi non erit: ſive heres erit, & prius moriatur, qvam in ſuam tutelam venerit, id eſt, antequam pubes factus ſit, tunc Sejus heres eſto. Qvo caſu, ſiqvidem non extiterit heres filius, tunc ſubſtitutus patri ſit heres: ſi verò extiterit heres filius, & ante pubertatem deceſſerit, ipſi filio ſit heres ſubſtitutus, nam moribus inſtitutum eſt, ut cum ejus ætatis filii ſint, in qva ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſunt, parentes eis faciant.

Vulg. & pupill. tacita.

I. Inde nomen obtinuit Pupillaris ſubſtitutionis; qvæ in Vulgari tacitè continetur, ſi filio impuberi non propriâ: *Si intra pubertatem deceſſerit.* Sed vulgari ſolùm formalâ ſubſtitutum fuerit, *ſi inſtitutus heres non erit.* Et vicisſim Pupillaris expreſſa tacitè continet Vulgarem, *l. 4. π. de V. & P. S.* itaqve ſi pupillus, cui qvis pupillariter tantum ſubſtitutus eſt, abſtinet auctoritatè tutoris hereditate, & moritur intra pubertatem, ſubſtitutus ſuccedit pupillo, ſalvâ tamen legitimâ matris aut aviæ, *P. Aerod. l. 5. Rer. Jud. t. 5. c. 1.* Brunnem. *Conſil. 28. V. Exerc. ad π. XIV. §. 18. 32. & 36.* Alicubi & Matri per-

permissum substituere pupillariter in bonis suis pupillo relictis, *Richt. Vol. P. 4. Consil. 15, 37. V. Exerc. ad π. XXXIIX, 87.*

II. Ad exemplum pupillorum etiam Mutis & Surdis, Mente captis & Prodigis substitui poterat ex concessione Principis, *l. 43. π. de V. & P. S.* qvod Justinianus juris communis esse jussit, *l. 9. C. h. t.* unde hæc species vocatur qvasi pupillaris, exemplaris & Justinianea. Qvasi pupill. substit.

§. 1.

Qva ratione excitati, etiam Constitutionem posuimus in nostro Codice, qva prospectum est, ut si qvi mente captos habeant filios, nepotes, vel pronepotes, cujuscunqve sexus, vel gradus, liceat eis, etsi puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis, certas personas substituere: sin autem respuerint, eandem substitutionem infirmari sancimus: & hoc ad exemplum pupillaris substitutionis, qva postqvàm pupillus adoleverit, infirmatur. L. humanitatis. C. de impub. & al. subst.

§. 2.

Igitur in pupillari substitutione secundum præfatum modum ordinata, duo qvodammodo sunt testamenta: alterum patris, alterum filii, tanqvam si ipse filius sibi heredem instituisset: aut certe unum testamentum est duarum causarum, id est, duarum hereditatum. Materia pupill. substitutionis.

Conf. *l. 2. π. h. t.*

§. 3. Sin

§. 3.

modus pupillariter substituendi secretus

Sin autem quis ita formidolosus, ut timeat, ne filius suus pupillus adhuc ex eo, quod palam substitutum acceperit, post obitum ejus periculo insidiarum subjaceat, vulgarem quidem substitutionem palam facere, & in primis testamenti partibus ordinare debet: illam autem substitutionem, per quam, si heres extiterit pupillus, & intra pubertatem decesserit, substitutus vocatur; separatim in inferioribus partibus scribere debet, eamque partem proprio lino, propriaque cera consignare, & in priore parte testamenti cavere, ne inferiores tabulæ, vivo filio & adhuc impubere, aperiantur. Illud palam est, non ideo minus valere substitutionem impuberis filii, quod in eisdem tabulis scripta sit, quibus sibi quisque heredem instituisset, quamvis pupillo hoc periculosum sit.

Conf. *l. ult. ad SCt. Trebell.*

Etiam exheredatis substituitur

III. Requiritur præterea, ut liberi impuberes in testamento heredes instituantur, aut ex causis legitimis exheredentur, nam & his valide substitui potest.

§. 4.

Non solum tamen heredibus institutis impuberibus liberis ita substituere parentes possunt, ut si heredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, sit eis heres is, quem ipsi voluerint: sed etiam exheredatis. Itaque eo casu, si quid (exheredato) pupillo ex hereditatibus, legatisve aut donationibus propinquorum atque amicorum, acquisi-

quisitum fuerit, id omne ad substitutum pertinebit. Quæcunque diximus de substitutione impuberum liberorum, vel heredum institutorum, vel exheredatorum, eadem etiam de posthumis intelligimus.

IV. Porro requiritur de jure civili, ut pater sibi prius faciat testamentum sive heredem instituat, tum & filio impuberi, adeo ut nec ordinem scripturæ convertere liceat, *l. 2. π. h. t.* mod. substituendi communis

§. 5.

Liberis autem suis testamentum nemo facere potest, nisi & sibi faciat, nam pupillare testamentum pars & sequela est paterni testamenti: adeo ut, si patris testamentum non valeat, nec filii quidem valebit.

Quod tamen ex æquitate naturali Prætor emollivit, & Bonorum possessionem contra tabulas paternas salvâ substitutione pupillari concessit, *V. l. 5. pr. π. de leg. præst.*

§. 6.

Vel singulis autem liberis, vel ei, qui eorum novissimus impubes morietur, substitui potest, singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit: novissimo, si jus legitimarum hereditatum integrum inter eos custodiri velit. ei, qui ultimò moritur

§. 7.

Substituitur autem impuberi aut nominatim, veluti: Titius heres esto. aut generaliter ut: Quisquis mihi heres erit. Quibus verbis generaliter

vocan-

vocantur ex substitutione, impubere mortuo filio, illi, qvi & scripti sunt heredes, & extiterunt, & pro qva parte heredes facti sunt.

§. 8.

Finis & terminus pupill. substit.

Masculo igitur usqve ad qvatuordecim annos substitui potest: fœminæ usqve ad duodecim annos, & si hoc tempus excesserint, substitutio evanescit.

Conf. l. verbis. π. de V. & P. S. Gl. in cap. Raynutius. X. de testam.

V. Vltra pubertatem regulariter substitutio non valet, qvia cum pubertate facultas testandi oritur. In qvo foro autem facultas testandi seriùs acqviritur, ibi & ultra Jure civili determinatam pubertatem pupillariter substitui potest, *V. Exerc. ad π.* XXXIIX, *88.* Plane & Jure Romano ultra pubertatem fideicommissum fieri poterit.

§. 9.

Fideicommiss.

Extraneo verò, vel filio puberi heredi instituto, ita substituere nemo potest, ut si heres extiterit, & intra aliqvod tempus decesserit, alius ei sit heres: Sed hoc solum permissum est, ut eum per fideicommissum testator obliget alii hereditatem ejus vel totam, vel pro parte restituere. Qvod jus qvale sit, suo loco trademus.

Conf. *l.* 14. π. *h. t. Richt. Decis. 46.*

Substitutio militaris.

VI. Excipitur tamen miles, *l.* 15. π. *h. t.* atqve Impp. tali substitutioni vim fideicommissi dederunt, etsi non *rogandi* in modum con-

concepta, *l. precibus. 8. C. de imp. subst.* ipsa *Militaris* vocari solet.

VII. Interpretes & usus fori etiam ad *paganos* rem extenderunt, ut substitutus filio post pubertatem, ex codicillis vel testamento clausulâ codicillari firmato, hereditatem filii jure fideicommissi petere possit, salvâ legitimâ & Trebellianicâ, *Carpz. 3, 18. def. 19.* Richt. *Decis. 47, 6.* Vocatur *Codicillaris.* Codicillaris

VIII. Deniqve & hæc species ex substitutione & fideicommisso mixta fuit à Dd. adinventa, qvæ *substitutio fideicommissaria* vocatur, qvâ itidem qvibuscunqve verbis sive directis sive precariis substitutus post pubertatem succedit non tantum vi fideicommissi, sed etiam jure *substitutionis*, ad hunc effectum ut heres ab intestato penitus excludatur, nec *Trebellianicam* ut heres fiduciarius detrahere possit *cap. Reynatius. 16. X. de testam.* Menoch. *4. Præsumt. 55. V. Exerc. ad π.* XXXIIX, *89. &* XL, *39. & 44.* Fideicommissaria

Tit. XVII.

28. π. 3. Nov. 107.

Qvibvs Modis Testamenta Infirmantvr.

I.

HÆc de testamentis jure civili validis, eorumqve reqvisitis; qvorum defectus vitiat

Modus infirmandi testam. qvotuplex

tiat testamentum, ut nulla actio inde detur, aut exceptione elidatur. Duplici autem ratione testamenta solent invalida fieri, aut statim ab initio, aut ex postfacto. *Ab initio* ex facto testantis, si *substantialia* omisit, veluti si præteriit suum heredem, *l. 1. π. de inj. rupt.* si liberi in legitima saltem non instituti, *Nov. 115, 3.* qvibus casibus testamentum vocatur *injustum* sive nullum, & datur *Hereditatis petitio* ab intestato heredi, *l. 3. seqq. π. de lib. & posth.*

II. *Ex postfacto* invalidum fit testamentum iterum dupliciter, vel ipso jure, vel officio judicis rescindentis. *Ipso jure* sive ex superveniente *vitio* vel *interno* vel externo. Interno *rumpi* dicitur, primò *Agnatione sui heredis posthumi* veri vel qvasi, qvi præteritus est in testamento: nec clausula codicillaris vitium tollit, *Gail. 2. O. 114, 8.*

Pr.

Testamentum jure factum, usqve eo valet, donec rumpatur, irritumve fiat.

§. 1.

Ruptio

Rumpitur autem testamentum cum in eodem statu manente testatore, ipsius testamenti jus vitiatur. Si qvis enim post factum testamentum adoptaverit sibi filium per Imperatorem, eum, qvi est sui juris: aut per Prætorem, secundum nostram Constitutionem, eum, qvi in potestate parentis fuerit: testamentum ejus rumpitur qvasi agnatione sui heredis.

L. cum in C. de adopt.

III. De-

III. Deinde internum intervenit vitium ex *posteriori testamento*, qvo prius tollitur.

§. 2.

Posteriore qvoqve testamento, qvod jure perfectum est, superius rumpitur, nec interest, extiterit aliqvis heres ex eo, an non: hoc enim solum spectatur, an aliqvo casu existere potuerit. Ideoqve si qvis aut noluerit heres esse, aut vivo testatore, aut post mortem ejus, antequam hereditatem adiret, decesserit; aut conditione, sub qva heres institutus est, defectus sit, in his casibus paterfamilias intestatus moritur. Nam & prius testamentum non valet, ruptum à posteriore: & posterius aqve nullas habet vires, cum ex eo nemo heres extiterit. deroga-tio per posterius

§. 3.

Sed si qis, priore testamento jure perfecto, posterius aqve jure fecerit, etiamsi ex certis rebus in eo heredem instituerit, superius tamen testamentum sublatum esse, Divi Severus & Antoninus rescripserunt, cujus Constitutionis verba & hic inseri jussimus, cum aliud qvoqve praterea in ea Constitutione expressum sit. Imperatores Severus & Antoninus, Coccejo Campano Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, perinde jure valere, ac si rerum mentio facta non etsi prius perfectum

esset: sed & teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta qvarta ex Lege Falcidia, hereditatem restituat his, qvi in priore testamento scripti fuerant, propter incerta fideicommissi verba, qvibus, ut valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet. Et ruptum qvidem testamentum hoc modo efficitur.

Irritum fit test.

IV. *Externo* vitio superveniente *irritum* in specie fieri dicitur testamentum, & vel ex parte testatoris vel heredis instituti, veluti si testator in eum statum redactus qvo amisit testamenti factionem, aut heres & substitutus si repudiat aut destituit testamentum, qvo tamen casu jure novissimo *cuivis extraneo* facultas adeundi data, *Novell. 1. c. 1.*

§. 4.

cap. minut.

Alio autem modo testamenta jure facta infirmantur; veluti cum is, qvi fecit testamentum, capite deminutus sit, qvod qvibus modis accidat, primo libro retulimus.

§. 5.

diff. inter irritum & ruptum

Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur: cum alioqvi & qvæ rumpuntur, irrita fiant, & ea, qvæ statim ab initio non jure fiunt, irrita sint, sed & ea, qvæ jure facta sunt, & postea

stea per capitis deminutionem irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere. Sed qvia sane commodius erat singulas causas singulis apellationibus distingvi, ideo qvædam non jure facta dicuntur, qvædam jure facta rumpi vel irrita fieri.

§. 6.

Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, qvæ ab initio jure facta, per capitis deminutionem irrita facta sunt: nam si septem testium signis signata sunt, potest scriptus heres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere, si modo defunctus & civis Romanus, & suæ potestatis mortis tempore fuerit. Nam si ideo irritum factum sit testamentum, qvia civitatem, vel etiam libertatem, testator amisit, aut qvia in adoptionem se dedit, & mortis tempore in adoptivi patris potestate sit, non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere. Limit. ex J. Prat.

V. Cæterum solâ verbali revocatione etsi judiciali, testamentum non rumpitur, nisi cancellatione aut incisione accedente, *t. t. ff. de his qvæ in test. del.* lapsuqve decennii, *l. 27. C. de testam.* Perez. *in C. de testam. n. 21.* Revocatione an rumpatur

§. 7.

Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum, qvod postea testator id noluerit valere, usqve adeo, ut si qvis post factum prius

testamentum, posterius facere cœperit, & aut mortalitate præventus, aut qvia eum ejus rei pœnituit, id non perfecerit, Divi Pertinacis oratione cautum sit, ne alias tabulæ priores, jure factæ, irritæ fiant, nisi sequentes jure ordinatæ & perfectæ fuerint: nam imperfectum testamentum, sine dubio nullum est.

§. 8.

Siqvis Principem instituerit

Eadem oratione expressit, non admissurum se hereditatem ejus, qvi litis causa Principem reliqverit heredem, neqve tabulas non legitime factas, in qvibus ipse ob eam causam heres institutus erat, probaturum, neqve ex nuda voce heredis nomen admissurum, neqve ex ulla scriptura, cui juris auctoritas desit, aliqvid adepturum. Secundum hoc Divi Severus & Antoninus sæpissime rescripserunt. Licet enim, inqviunt, legibus soluti simus, attamen legibus vivimus.

Conf. l. fin. ff. de her. inst. l. 3. & l. 20. C. de testam.

§. ff. 2. 3. C. 28.

TIT. XVIII.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

I.

Rescissio per off. jud.

DEniqve officio judicis implorato rescinditur testamentum inofficiosum, h. e. ipso jure

jure qvidem validum, sed qvoad factum tamen contra officium parentum & liberorum conditum; *Val. Max. 7, 7. & 8.* ut enim facultas prætereundi denegata ita exheredandi ad causam ingratitudinis restricta fuit, alioqvin testamentum ipso jure nullum est, qvo de Tit. XIII. actum est: ita si causa qvidem ingratitudinis expressa est, sed qvæ in facto non probari poterit, potest Rescissio testamenti peti per Qverelam inofficiosi testamenti. & qverelam inofficiosi.

II. Sunt autem causæ ingratitudinis XIV. à Justiniano recensitæ *Novell. c. XV, 3.* Injuria realis; verbalis atrox: accusatio criminalis, excepto crimine læsæ Majestatis: conversatio cum maleficis ut malefici: insidiæ vitæ: stuprum cum noverca vel concubina paterna. delatio contra parentes, per qvam gravia dispendia parentes sustinent: denegatio fidejussionis à filio facta pro incarceratis parentibus: prohibitio ne parentes testamentum conderent: professio artis Scenicæ: stuprum filiæ qvam parentes non distulerunt elocare: neglectio parentum in furorem incidentium: neglecta redemtio captivorum parentum: deniqve apostasia ad hæreticos. Similiter liberis licet Parentes exheredare: si criminaliter eos hi accusarint & tradiderint, excepto crimine læsæ Majestatis: si insidiati vitæ liberorum: si stuprum nurui aut concubinæ filii intulerint; si testari prohibuerint: Causæ ingratitudinis

rint: si furiosos neglexerint: aut captivos: si deniqve hæretici fuerint, *d. Novell, 115.* Cæterum admittuntur & aliæ similes aut majores ingratitudinis species, *J. Clar. §. testamentum. q. 41.* Menoch. *2. Arbitr. 267. 6.* Carpz. *3, 14. def. 10.*

Fundam. qverelæ in J. N.

III. Fundamentum hujus remedii rescissorii tum in jure naturali subsistit, qvippe qvod liberis & proximis familiæ regulariter hereditatem addici vult: tum in prudentia civili, ut familiæ cujusqve civitatis conserventur. Ne tamen impietatis aut inofficiositatis crimen parentibus aperte imputetur, verecundia juris civilis tum Attici tum Romani colorem aliqvem adinvenit, furoris scilicet, h. e. morbi acutioris, & fervoris instantis passionis, *J. Scotic. 2, 18.*

color J. Civ.

Pr.

Qvia plerumqve parentes sine causa liberos suos exheredant vel omittunt, inductum est, ut de inofficioso testamento agere possint liberi, qvi qveruntur, aut inique se exheredatos, aut inique præteritos, hoc colore, qvasi non sanæ mentis fuerint, cum testamentum ordinarent. Sed hoc dicitur non qvasi vere furiosus sit, sed recte qvidem fecerit testamentum, non autem ex officio pietatis. Nam si vere furiosus sit, nullum testamentum est.

§. 1. Non

§. 1.

Non autem liberis tantum permissum est, testamentum parentum inofficiosum accusare, verum etiam liberorum parentibus. Soror autem & frater, turpibus personis scriptis heredibus, ex sacris Constitutionibus prælati sunt. Non ergo contra omnes heredes agere possunt. Vltra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere.

qvi possint rescissionem postulare

Conf. *l. 21. l. 27. C. de inoff. test.*

§. 2.

Tam autem naturales liberi, quam secundum nostræ Constitutionis divisionem adoptati, ita demum de inofficioso testamento agere possunt, si nullo alio jure ad defuncti bona venire possint. Nam qvi ad hereditatem totam, vel partem ejus, alio jure veniunt, de inofficioso agere non possunt. Posthumi qvoqve, qvi nullo alio jure venire possunt, de inofficioso agere possunt.

qvatenus

Remed. subsidiar

Conf. *l. pen. C. de adopt.* Cæterum de postumis jure novo aliud obtinet, si enim præteriti sunt, rumpunt testamentum, nec opus qverelâ hâc: si exheredati, exheredatio ipso jure nulla est, qvia ingratitudinis causa nulla in eos cadit. V. supra 2, 17. n. 1.

§. 3.

Sed hæc ita accipienda sunt, si nihil eis penitus à testatoribus testamento relictum est, qvod nostra Constitutio ad verecundiam naturæ introduxit. Sin verò qvantacunqve pars hereditatis, vel res eis fuerit relicta, de inofficioso qverela qviescente,

Aliud remedium ad supplementum seu Condictio ex Lege.

cente, id qvod eis deest, usqve ad qvartam legitimæ partis, repleatur: licet non fuerit adjectum, boni viri arbitratu debere eam compleri.

Vid. l. omnimodo. 30. C. h. t. & l. 36. eo. Atqve Querela inofficiosi præscribitur qvinqvennio: sed condictio ad supplementum demum XXX. annis. *Jason in l. 34. C. de inoff. test.*

§. 4.

Qvi officii ratione testam. agnoscit, potest id ut heres impugnare.

Si tutor nomine pupilli, cujus tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum à patre suo, nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris testamento agere.

§. 5.

Et viciſſim

Sed si è contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est, ipse tutor, qvod sibi in testamento eodem legatum relictum est, non amittit.

§. 6.

Qvarta excludens qve. relam qvovis titulo relinqvitur l. 30. C. h. t.

Igitur qvartam qvis debet habere, ut de inofficioso agere non possit, sive jure hereditario, sive jure legati, vel fideicommissi, vel si mortis causa ei qvarta donata fuerit, vel inter vivos, in iis tantummodo casibus, qvorum mentionem facit nostra Constitutio, vel aliis modis, qvi (in nostris) Constitutionibus continentur. Qvod autem de qvarta diximus, ita intelligendum est, ut sive unus fuerit, sive plures, qvibus agere de inofficioso testa-

testamento permittitur, una qvarta eis dari possit, ut ea pro rata eis distribuatur. [*id est, pro virili portione qvarta.*]

IV. At Jure novissimo Justinianus Jus naturale secutus, *Novell. 18. præf.* Qvartæ favorem auxit tum qvoad qvantitatem, tum qvoad modum relinqvendi. Si enim qvatuor aut pauciores sunt liberi, *Legitima* h. e. lege naturæ & civili debita portio est triens sive tertia pars hereditatis, seu qvatuor unciæ, hac intentione, ut ad minimum singuli qvatuor unciam ex hereditate capiant; sin plures, dimidia seu semis, qvæ inter eos dividenda, & si qvis interea defunctus nepotes reliqverit, succedunt hi in stirpes non in capita. Qvod si verò aliqvis eorum juste exheredatus sit, verius est ex sententia Justinianea, ut eventus divisionis inter qvot numero illa fiat, attendatur, adeoqve partem exheredatus non faciat, h. e. non connumeretur inter liberos ad constituendum semissem, vel trientem, sed v. g. si inter qvinqve unus exheredatus, reliqvorum legitima est uncia. *Berlich. 3. concl. 12.* Carpz. *3, 10. def. 12. sq.* Brunnem. *ad l. 10. §. 4. π. de B. P. contra tab.* A. Fab. *C. de inoffic. testam. def. 8.* Gail. *2. O. 122. fi.* Qvod si vero ex principiis veteris Juris Rom. & naturalis æqvitatis ipsum jus succedendi ab intestato respicitur & sperata ante exheredationem portio, tunc utiqve partem facit exheredatus, ut v. g. inter reliqvos qvatuor dimidia hereditas pro legitima dividatur, *Lauterbach. Exerc. XV.*

J. Noviss. qvarta auctapro numero librorum.

Exheredatus an partem faciat? N. J. Justin.

Aff. ex æqvitate natur.

concl. for. 10. id qvod etiam dissentientes antea allegati admittunt si unus repudiat suam portionem, reliqvis accrescentem, *l. 1. C. qvand. non pet. port.* Carpz. *3. 10. def. 5.* Berlich. *3. concl.*

Ampl. de parent. & fratrum legit.

12, 26. Deniqve etsi Imperator augens legitimæ qvantitatem de liberorum solum loqvatur, extenditur tamen etiam ad Parentum & Fratrum legitimam, si forte Parentes cum fratribus concurrunt juxta *Novell. 118. c. 2.* Tusch. *T. 5. lit. L. concl. 185. sq.* Hæc de qvantitate legitimæ, qvam & alii Legislatores augere possunt, velut Jure Borusico usqve ad tres qvartas, *l. 5. t. 3.*

de modo relinqvendi legitimam

V. Modum qvoqve relinqvendi Imperator hunc esse jussit, ut *titulo institutionis* fieret, aut ex causis supra expressis exheredatio fieret, *Nov. 115. c. 3.* Carpz. *3, 9. def. 6.* Richt. *Dec. 40.* Multo minus Mater per substitutionem pupillarem & præteritionem legitimâ defraudari poterit, *Finckelth. Obs. 29.* Cæterum ad favorem legitimæ pertinet, qvod conditio, modus vel onus adjectum pro non adjecto habetur, *l. 32, l. 36, §. 1. C. de inoffic.* qvod per Legem Falcidiam non minuitur, *d. l. 36.* qvod ex mora judiciali duplum præstatur, *l. 33. C. eo.* Deniqve & hoc ex Jure novissimo Justinianeo supplendum est, qvod etsi per Qverelam testamentum rescinditur, non tamen ex toto rescindatur, sed sola heredis institutio, non item legata & cætera testamenti capita. *Novell. 115. c. 3. fi.* Auth. *Ex causa. C. de lib. præterit.*

VI. Non

VI. Non præcise porro ad consequendam Legitimam Querela inofficiosi necessaria est, sed potest simpliciter Legitima peti per condictionem ex Lege vel moribus, aut Imploratione officii judiciis, *Menoch. 4. præsumt. 38, 16.* Finckelth. *O. 29. 25.* Richt. *Dec. 45, 4.* Decis. *Elect. Sax. 47. V. Exerc. ad π. XIV, 56.* Idemque circa inofficiosas donationes & dotationes obtinet *H. H, C. de inoffic. donat. & inoffic. dotibus.* Sed Dos & Donationes generatim in Legitimam imputantur & conferuntur, *l. 25. π. h. t. l. 8. l. 35. l. fi. C. eo.* Vnde etsi regulariter in computanda legitima, quæ tempore *mortis* defuncti in bonis fuerint attenditur, *l. 6. C. h. t.* deducto ære alieno, *l. 8. §. 9. π. eo.* & bonis restitutioni subjectis, *Berlich. 3. concl. 11, 19.* Tamen in donationibus & dotibus inofficiosis etiam harum tempus respicitur, *l. 8. C. de. inoff. don.*

Aliud remedium Petitio Legitimæ

de inoff. donat. & dat.

Quæ imputentur in legitimam.

VII. Officium judicis porro cernitur circa infirmandam successionem etiam testamentariam, quoties heres pro *indigno* habetur, qui succedat testatori, & proinde hereditas *eripi* dicitur & in *Fiscum* redigitur. *de quo t. t. π. de his quæ ut indignis auferuntur.* & *C. de his quib. ut indignis.* Atque generatim omnibus, qui contra Voluntatem defuncti legitimam faciunt, ut indignis auferatur hereditas. Veluti si quis injuste testamentum impugnaverit: *l. 8. §. 14. π. de inoffic. testam l. 8. C. de his, quib. ut indign.* Si quis captans hereditatem prohibuerit testari, vel conditum mutare, *t. t. π. si quis aliqu. testar. pro-*

Quibus ut indignis hereditas eripitur

prohib. Aut testamentum pro se condere coëgerit, *t. C. si qvis aliqv. test. prohib. vel coëg.* Constit. Friderici, *Qvæ sint Regalia, 2. F. 56.* qvanqvam ex æqvitate naturali tantum ad id qvod interest, aut actione in duplum teneatur. *Novell. 134, 3. Carpz. 3, 5. def. 10. V. Exerc. ad π. XXXIIX, 180.* Si qvis testatorem occiderit, vel occidi fecerit, *l. 3. π. de his, qvib. ut indign.* Si qvis necem testatoris non vindicaverit, *l. 9. C. de his qvib.* qvod tamen usu fori non observatur, neqve obligatur heres nisi ad *denunciationem* saltem judici faciendam, ut ex officio *inqvirat*, sumtus tamen ex hereditate opulenta ab herede suppeditentur, *Carpz. Prax. Crim. 34. 74. & Decis. 162, 19. & 4, 11. def. 10. sq.* Brunnem. *in l. 1. π. de his qvæ ut indig.* Qvod si & denunciationem negligit heres, non modo actione pecuniaria ex Edicto in centum aureos tenetur *l. Gajus. 22. π. de his qvæ.* Sed & Fisco hereditas addici potest ex Constitutione Friderici Imp. *2. F. 56. qvæ sint Regalia.*

TIT. XIX.

DE HEREDVM QVALITATE ET DIFFERENTIA in adeunda vel omittenda hereditate.

I.

Hereditatis acceptatio.

HActenus de delatione hereditatis testamentariæ vidimus; sequitur altera acqvisitio-

sitionis hujus pars, & complementum, jus acceptandi vel ipsa Acceptatio heredis instituti, qvæ est declaratio, se hereditatem sibi delatam acceptare, adire cum omnibus commodis & oneribus. Regulariter fit verbis, potest & facto immiscendo aut pro herede se gerendo. §. *fi.* *h.* Habet porro hæc res fundamentum in jure naturæ, & libertate naturali, ne cui invito hereditas cum oneribus suis deferatur, qvod & jus naturale ad liberos extendit, nulla differentia inter eos & extraneos posità, etsi enim liberi jure naturæ qvoqve agnoscunt potestatem patriam, retinent tamen eodem libertatem naturalem, præsertim patria potestate post mortem solutâ, ut omnino liberum sit liberis parentum hereditatem omittere. At Jure Rhodio & Romano secus est, & tum servus tum filiusfamil. necessario debebat adire hereditatem paternam, unde differentia heredum introducta Jure Civili, qvam tamen Jus Prætorium qvantum ad filiosfamil. temperavit, & ad libertatem naturalem reduxit.

qvid

qvomodo fiat

oritur ex J. N.

restringitur J. Civ

relaxatur J. Prat.

Pr.

Heredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui & necessarii, aut extranei.

Heredum divisio J. Civ.

§. 1.

Necessarius heres est servus heres institutus, ideoq; sic appellatur, qvia sive velit, sive nolit, omnino post mortem testatoris protinus liber & necessarius heres fit. Unde qvi facultates suas suspectas

Heres necessarius simpliciter

ſpectas habent, ſolent ſervum ſuum primo, aut ſecundo, aut etiam ulteriore gradu heredem inſtituere: ut, ſi creditoribus ſatis non fiat, potius ejus heredis bona, quàm ipſius teſtatoris, à creditoribus poſſideantur, vel diſtrahantur, vel inter eos dividantur. Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum præſtatur, ut ea, quæ poſt mortem patroni ſui ſibi acquiſierit, ipſi reſerventur. Et quamvis bona defuncti non ſufficiant creditoribus, iterum tamen ex ea cauſâ res ejus, quas ſibi acquiſierit, non veneunt.

§. 2.

Heres ſuus & neceſſar.

Sui autem & neceſſarii heredes ſunt, veluti filius, filia, nepos, neptisve ex filio, & deinceps ceteri liberi qui in poteſtate morientis modo fuerint. Sed ut nepos neptisve ſui heredes ſint, non ſufficit eum eamve in poteſtate avi, mortis tempore fuiſſe, ſed opus eſt, ut pater ejus, vivo patre ſuo, deſierit ſuus heres eſſe, aut morte intercepta, aut qualibet alia ratione liberatus à patris poteſtate; tunc enim nepos neptisve in locum patris ſui ſuccedit. Sed ſui quidem heredes ideo appellantur, quia domeſtici heredes ſunt, & vivo quoq; patre quodammodo domini exiſtimantur. Unde etiamſi quis inteſtatus moriatur, prima cauſa eſt in ſucceſſione liberorum. Neceſſarii verò ideo dicuntur, quia omnino, ſive velint, ſive nolint, tam ab inteſtato quàm ex teſtamento ex Lege duodecim tabularum heredes fiunt. Sed his Prætor permittit volentibus abſtinere hereditate, ut potius parentis, quàm ip-

ipsorum bona similiter à creditoribus possideantur.

Conf. *l. necessariis. 57. π. de A. & O. H. l. nam nec. 89. de leg. 1.*

Plane si filiusfamil. aliqvid ex hereditate *amoverit*, & abstinere velit, denegatur hæc libertas in pœnam, *l. si servum. 70. pr. π. de A. & O. H.* Pariter si immiscuisse. se paternæ hereditati à creditoribus probetur, *Vid. l. pro herede. 20. §. 1. π. de A. & O. H.* Gail. 2. O. 12. Moller. 4. Sem. 39.

§. 3.

Ceteri qvi testatoris juri subjecti non sunt, extranei heredes appellantur. Itaq; liberi qvoq; nostri, qvi in potestate nostra non sunt, heredes à nobis instituti, extranei heredes à nobis videntur. Qva de causa & qvi heredes à matre instituuntur, eodem numero sunt: qvia fœmina in potestate liberos non habent. Servus qvoq; heres à domino institutus, & post testamentum factum ab eo manumissus, eodem numero habetur.

Heres extraneus

§. 4.

In extraneis heredibus illud observatur, ut sit cum eis testamenti factio, sive heredes ipsi instituantur, sive ii, qvi in potestate eorum sunt. Et id duobus temporibus inspicitur, testamenti qvidem facti tempore, ut constiterit institutio, mortis verò testatoris, ut effectum habeat. Hoc amplius, & cum adit hereditatem, esse debet cum eo testamenti factio, sive pure, sive sub conditione heres

in qvo requiritur testamenti factio

eaqve tribus temporibus

heres institutus sit, nam jus heredis eo maxime tempore inspiciendum est, quo acqvirit hereditatem. Medio autem tempore, inter factum testamentum, & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio juris non nocet herodi, qvia, ut diximus, tria tempora inspici debent. Est duplex *Testamenti autem factionem non solum is habere videtur, qvi testamentum facere potest, sed etiam qvi ex alieno testamento vel ipse capere potest, vel alii acqvirere, licet non possit facere testamentum. Et ideo furiosus, & mutus, & posthumus, & infans, & filiusfamilias, & servus alienus, testamenti factionem habere dicuntur. Licet enim testamentum facere non possint, attamen ex testamento vel sibi, vel alii, acqvirere possunt.*

obligatio heredis ex aditione

II. Effectus aditæ hereditatis est obligatio inter heredem & creditores hereditarios, etiam ultra vires hereditatis, si plures heredes singuli pro rata. *t. C. de hered. act.* Hinc inte qvasi contractus aditio refertur: sed & destinato animo fieri debet, *l. 76. de R. J.* unde ex natu

Jus deliberandi

rali æqvitate spatium aliqvod temporis concedendum. Porro tempus adeundæ hereditati qvoad terminum *à qvo*, Jure Justinianeo nemus à morte defuncti dies traditur, intra qvem scilicet lugentem à creditoribus molestari nefas, *Novell. 115. c. 5. §. 1.* Sed terminus a qvem Prætor pro re nata definit, *l. 2. π. de jur. delib. l. fi. §. 13. C. de repud. her.* intra qvod *jus deliberandi* concessum, cui addit Justini

stinianus *Inventarii* beneficium, *V. l. ult. C. de jur. delib.* Inventarii beneficium.

§. 5.

Extraneis autem heredibus, jure civili, suis quoq; jure Prætorio, deliberandi potestas est de adeunda hereditate, vel non adeunda. Sed sive is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit se bonis hereditatis: sive extraneus, cui de adeunda hereditate deliberare licet, adierit, postea relinqvendæ hereditatis facultatem non habet, nisi minor sit Pœnitentia. *XXV. annis. Nam hujus ætatis hominibus, sicut in cæteris omnibus causis, deceptis, ita & si temere damnosam hereditatem susceperint, Prator succurrit.*

§. 6.

Sciendum est tamen, Divum Adrianum etiam majori viginti qvinq; annis veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande æs alienum, qvod aditæ hereditatis tempore latebat, emersisset. Sed hoc qvidem Divus Adrianus cuidam speciali beneficio præstitit. Divus autem Gordianus postea militibus tantummodo hoc concessit. Sed nostra benevolentia commune omnibus subjectis imperio nostro hoc beneficium præstitit, & Constitutionem, tam æqvissimam, qvàm nobilissimam scripsit, cujus tenorem si observarint homines, licet eis adire hereditatem, & in tantum teneri, quantum valere bona hereditatis contingit, ut ex hac causa neq; deliberationis auxilium sit eis necessarium, nisi omissa observatione nostræ Constitutionis,

& deliberandum existimaverint, & sese veteri gravamini additionis supponere maluerint.

Vid. L. scimus. C. de jur. deliber.

J. Sax. III. Jure Saxonico additionis terminus *a quo* dies est trigesimus, *J. Prov. 1. A. 2. & l. 3. A. 15.* atqve obligatur heres regulariter non ultra vires hereditatis, etiam non facto inventario, qvo casu sufficit jurata specificatio, *Decis. Elect. 57.* Carpz. *6. Resp. 73.* Richt. *Decis. 60, 5.* Cæterum inventarii confectio à judice vel notario publico testibus præsentibus, vel etiam creditoribus aut legatariis, de omnibus rebus & actionibus fieri debet, *l. ult. §. 2. C. de jur. delib.* Novell. *1. c. 2. §. 1. sq.* Richt. *Decis. 59.*

Applicatio ad succeff. ab intestato IV. Qvæ de aditione testamentaria dicuntur etiam de ea, qvæ ab intestato fit, intelligenda veniunt, ne idem bis dicatur.

§. 7.

Aditio fit verbis vel facto *Item extraneus heres testamento institutus aut ab intestato ad legitimam hereditatem vocatus, potest aut pro herede gerendo, aut etiã nuda voluntate suscipiendæ hereditatis, heres fieri. Pro he-*

Pro herede gerere *rede autem gerere qvis videtur, si rebus hereditariis tanqvam heres utatur, vel vendendo res hereditarias, vel prædia colendo, locandove & qvoqvomodo voluntatẽ suã declaret, vel re, vel verbo de adeunda hereditate, dummodo sciat, eum in cujus bonis pro herede gerit, testatum, intestatumve obiisse, & se ei heredem esse. Pro herede enim gerere, est pro domino gerere. Veteres enim he-*

herédes pro dominis appellabant. Sicut aut nuda voluntate extraneus heres fit, ita contraria destinatione statim hereditate repellitur. Eum, qui surdus vel mutus natus, vel postea factus est, nihil prohibet pro herede gerere, & acqvirere sibi hereditatem si tamen intelligit, qvid agit.

V. Sicut obligatio ex aditione oritur, ita & jus omne ad heredem transit, qvod testator habuit, *l. 37. π. de A. H.* Sed *possessionem* non nisi apprehensione corporali acqvirit, *l. 3. l. 23. π. de A. P.* secus jure Germanorum, qvo & possessio cum reliqvis ipso jure transit, *supra Tit. 1. Lib. II. §. 44.* Carpz. *Decis. 225.* Tiraqvel. *lib. le mort saisit le vif.* Jus ex aditione qvæsitum.

VI. Mortuo herede ante aditionem transmittitur jus adeundi ad heredem, *l. 19. C. de jur. delib.* ante eam transmissibile.

VII. Adire detrectans *Repudiare* aut omittere hereditatem dicitur, idqve pariter verbis & facto fieri potest, *l. 40. & 95. π. de A. & O. H.* cautum pro parte adire & pro parte repudiare non permittitur, *l. 1. l. 2. l. 79. §. h. t.* ne qvis ex parte testatus ex parte intestatus decederet, qvippe qvod jus Romanum non admisit, qvum successio sit universitatis, & earum rerum *naturaliter* inter se pugna sit, testatus & intestatus, *l. 7. de reg. jur.* qvod non de jure naturali, sed de natura successionum civili Romanæ Legislationis recte Grotius exposuit: & pluribus in provinciis testatus pro parte & pro parte non testatus admittitur, ut ostensum *Exerc. ad π.* Rejudicatio hereditatis. L. 7. de reg. jur.

XXXIIX, §. 80. Qvare si partem vacuam reliqvit testator, minus inter heredes institutos distribuens, qvàm assem hereditatis, locum habet Jure Romano *Jus accrescendi* pro rata, *l. 13. §. 2. sq. π. de hered. instit.* qvo & in foro Germanico utimur, *Carpz. 3, 2. def. 5.* non tamen in omni, *Gudelin. l. 2. de J. Novissc. 5.* Perez. *in C. de hered. instit. n. 14. V. Exerc. ad π.* XXXIIX, *80. seq.*

Jus accrescendi

Item VIII. Idem *jus accrescendi* pro rata locum habet inter coheredes plures institutos, qvoties unus ex iis repudiat suam portionem, vel capere jure impeditur, nisi substitutus adsit, *l. un. §. 1. C. de caduc. toll.* Carpz. *3, 2. def. 15.* Jure novissimo Justiniani si unicus heres repudiat, accrescit, ut ita dicam, tota hereditas etiam extraneo cuivis, qvi voluntatem defuncti vult implere, *Novell. 1. c. 1. §. 1.*

ejus fundamentum Conjunctio. quotuplex ea. IX. Porro conjungi possunt coheredes tribus modis, primò & *verbis & re*, h. e. una enunciatione in solidum, nullis partibus assignatis: *Lucius, Titius, Sempronius, heredes sunto.* Secundò *verbis tantum*, h. e. una qvidem enunciatione, sed *partibus* adscriptis: *Lucius Titius, Sempronius heredes sunto ex singulis tribus.* Tertiò *Re tantum*, h. e. diversis qvidem enunciationibus, sed nullis partibus assignatis *Lucius heres esto: Titius heres esto: Sempronius heres esto. l. 69. π. de her. instit. l. 162. V. S.*

X. Hi

X. Hinc regula: Conjuncti unius modi seu generis, cum alterius generis conjunctis concurrentes, unius tantum personæ potestate funguntur, h. e. qvasi in stirpes non in capita concurrunt, *l. Attius. 11. l. 17. §. 4. de hered. inst.* Dn. Struv, *Jurispr. For. 2. 23, 19.* Reg.

XI. Publicatio deniqve & apertura testamenti reqviritur, non qvidem ad essentiam & valorem intrinsecum testamenti, qvem actu primo jam tum tempore confectionis accepit, sed an pro valido *agnoscatur* ab his qvorum interest, & ut *sciatur*, qvis adire hereditatem vel repudiare possit. *t. t. π. & C. testam. qvom. aper.* Potest autem testamentum à judice primò privatim aperiri, ut partibus, qvarum interest, citatis, solennis publicatio fiat, recognita manu & sigillis, *Carpz. 3, 5. def. 25. 3. Resp. 85.* Richt. *Decis. 32, 23.* De publicatione testamenti Principis, Sprenger. *Decis. p. 375.* Publicatio testam.

XII. Effectus aditæ hereditatis est Hereditatis Petitio, de qva infra Lib. III. post. Tit. XIII. Freqventatur qvoqve præsertim inter personas illustres Apprehensio possessionis propriâ auctoritate, de qva infra *l. 3. post. t. 13. num. IV. Exerc. ad π. VI. §. 23.* Add. Menoch. *Remed. VI. acqvir. poss.* P. Frider. *de Mandat. c. 71.* Hered. Petitio. Apprehensio possessionis.

TIT. XX.

DE LEGATIS.

30. π. & ſqq. 6. C. 37.

Pr.

Connexio. *POſt hæc videamus de legatis, quæ pars juris extra propoſitam quidem materiam videtur. Nam loqvimur de iis juris figuris, qvibus per universitatem res nobis acqviruntur. Sed cum omnino de teſtamentis, & de heredibus, qvi in teſtamentis inſtituuntur, locuti ſimus, non ſine cauſa ſequenti loco poteſt hæc juris materia tractari.*

Legatorum origo ex J. N. & G. I. Origo juris legandi ſeu transmittendi res ſingulares poſt mortem, ex jure dominii, adeoqve naturali & gentium procedit, qvemadmodum & facultas donandi & diſponendi inter vivos. *Geneſ. XXV, 6.* Vnde & donatio qvædam dicitur; conveniunt enim in genere, qvod utraqve ſit Collatio rei in alterum.

diff. à donat.

§. 1.

definitio *Legatum itaq; eſt donatio qvædam à defuncto relicta, ab herede præſtanda.* qvanqvam neqve donatio mortis causâ eſt, neqve inter vivos, cum actu mutuo *acceptationis* non conſtet, ſed ſpecies peculiaris ultimæ voluntatis *verbis directis* facta, cui contradiſtingvitur fideicommiſſum particulare, qvod *verbis precariis* fit.

§. 2.

Species de J. Vet. *Sed olim qvidem erant legatorum genera qvatuor: qer vindicationem, per damnationem, ſinendi*

nendi modo, per præceptionem, & certa quædam verba cuiq; generi legatorum assignata erant; per quæ singula genera legatorum significabantur. Sed ex Constitutionibus Divorum Principum solennitas hujusmodi verborum penitus sublata est. Nostra autem Constitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, & non verbis, sed voluntatibus eorum faventes, disposuit, ut omnibus legatis una sit natura, & quibuscunq; verbis aliquid sit, liceat legatariis id persequi, non solum per actiones personales, sed etiam per in rem, & per hypothecariam. Cujus Constitutionis perpensum modum ex ipsius tenore perfectissime accipere possibile est. L. in legatis. 21. C. de legat.

conf. *l. 1 C. commun. de legat. Exerc. ad s. XXXIX, 5. sqq.*

§. 3.

Sed non usque ad eam Constitutionem standum esse existimavimus. Cum enim antiquitatem invenimus, legata quidem stricte concludentem, fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis descendebant defunctorum, pinguiorum naturam indulgentem, necessarium esse duximus, omnia legata fideicommissis exæquare, ut nulla sit inter ea differentia, sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum: & si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sed ne in primis Legum cunabulis permistim de his exponendo, studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem, opera precium esse duximus, interim separatim prius de legatis, & postea Natura legatorum exæquata fideicommissis

ſtea de fideicommiſſis, tractare, ut natura utriusq; juris cognita, facile poſſint permiſtionem eorum eruditi ſubtilioribus auribus accipere.

Vid. l. 2. C. communit. legat.

§. 4.

Qvæ res legari poſſunt.

Non ſolum autem teſtatoris vel heredis res, ſed etiam aliena legari poteſt: ita, ut heres cogatur redimere eam, & præſtare, vel ſi eam non poteſt redimere, æſtimationem ejus dare. Sed ſi talis ſit res, cujus commercium non eſt, vel adipiſci non poteſt, nec æſtimatio ejus debetur. Veluti, ſi quis campum Martium, vel baſilicas, vel templa, vel qvæ publico uſui deſtinata ſunt, legaverit, nam

aliena

nullius momenti tale legatum eſt. Qvod autem diximus, alienam rem poſſe legari, ita intelligendum eſt, ſi defunctus ſciebat alienam rem eſſe, non ſi ignorabat. Forſitan enim ſi ſciviſſet alienam rem eſſe, non legaſſet, & ita Divus Pius reſcripſit. Et verius eſt, ipſum, qvi agit, id eſt, legatarium, probare oportere, ſciviſſe alienam rem legare defunctum: non heredem probare oportere, ignoraſſe alienam, qvia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi, qvi agit.

l. ſed cum ſerv 39. §. ſed ſi. de legat. 1.

Probatio cui incumbat.

conf. l. 49. §. 2. de leg. 2. l. 34. π. de V. O.

§. 5.

Hypothecata ejusqve luitio

Sed & ſi rem obligatam creditori ſuo, aliqvis tertio legaverit, neceſſe habet heres eam luere. Et in hoc qvoq; caſu idem placet, qvod in re aliena, ut ita demum lucre neceſſe habeat heres ſi ſciebat defunctus rem obligatam eſſe: & ita Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, Si tamen defunctus voluerit

luerit legatarium luere, & hoc expresserit, non debet heres eam luere.

Conf. *l. 57. pr. de leg. 1. Carpz. Dec. X.* Quod si verò aliqvis ipsi creditori rem ei obligatam legat, ne qvidem luituro heredi restituere tenetur.

§. 6.

si aliena vivo testatore acqvisita, ex causa oneroſa, lucrativa

Si res aliena legata fuerit, & ejus rei vivo testatore legatarius dominus factus fuerit, siqvidem ex causa emtionis, ex testamento actione pretium consequi potest: si verò ex causa lucrativa, veluti ex donatione, vel ex alia simili causa, agere non potest. Nam traditum est, duas lucrativas causas in eundem hominem, & eandem rem, concurrere non posse. Hac ratione, si ex duobus testamentis eadem res eidem debeatur, interest, utrum rem, an æstimationem ex testamento consecutus sit, nam si rem habet, agere non potest, qvia habet eam ex causa lucrativa: si æstimationem, agere potest.

Conf. *l. plane. 34. §. 1. seq. de leg. 1. L. Mevius. 66. §. 1. eo.*

§. 7.

spes rei futuræ

Ea qvoqve res, qvæ in rerum natura non est, si modo futura est, recte legatur: veluti fructus, qvi in illo fundo nati erunt, aut qvod ex illa ancilla natum erit.

Conf. *l. 24. de leg. 1. l. 17. de leg. 3.*

II. Qvod antea de pluribus coheredibus, idem & de collegatariis verum est, & jus accrescendi ipsis, non heredi competit, secus si uni legatum est relictum, vel pluribus qvidem sed res separatæ, *Vid. l. 24. & l. 84. §. 12. de leg. 1.*

Jus accrescendi inter collegatarios

§. 8.

Si eadem res duobus legata sit, sive conjunctim, h. e. verbis & re conjunctis, *sive disjunctim,* h. e. diversis enunciationibus, re conjunctis, *si ambo perveniant ad legatum, scinditur inter eos legatum: si alter deficiat, quia aut præverit legatum, aut vivo testatore decesserit, vel alio quoquo modo defecerit, totum ad collegatarium pertinet.* Conjunctim *autem legatur, veluti si quis dicat, Titio & Sejo hominem Stichum do, lego.* Disjunctim *ita, Titio hominem Stichum do, lego. Sejo hominem Stichum do, lego. Sed & si expresserit eundem hominem Sthichum, æque disjunctim legatum intelligitur.*

Conjunctim

Disjunctim

Conf. *l. si duob. 16. l. legata. 19. l. si plurib. 33. de leg. 1 l. re conjuncti. 89. de leg 3. l. un. §. 11. C. de caduc. toll.* Carpz. 3, 2. *def. 14.*

§. 9.

Si cui fundus alienus legatus sit, & emerit proprietatem deducto usufructu, & ususfructus ad eum pervenerit ex causa lucrativa, & postea ex testamento agat, recte eum agere, & fundum petere, Julianus ait; quia ususfructus in petitione servitutis locum obtinet, sed officio judicis continetur, ut deducto usufructu, jubeat æstimationem præstari. puta proprietatis pretium, quod numeratum fuit. Conf. *l. non quoc. 82. §. 2. de leg. 1.*

si fundi legati proprietas titulo oneroso, ususfr. lucrativo acquisitus.

§. 10.

Sed si rem legatarii quis ei legaverit, inutile est legatum: quia, quod proprium est, amplius

Legatum rei propriæ

ejus

ejus fieri non potest. Et licet alienaverit eam, non debetur, nec ipsa res, nec æstimatio ejus.

Conf. §. 14. h. t.

§. 11.

Si quis rem suam quasi alienam legaverit, valet legatum: nam plus valet, quod in veritate est, quam quod in opinione. Sed & si legatarii esse putavit, valere constat: quia exitum voluntas defuncti habere potest. Error in re sua

III. Hactenus nimirum favor legatarii se extendit: cæteroqvin iis cum favore heredis in dubiis qvæstionibus comparatur, regulariter heredis favor prævalet legatarii, cum ille incommoda sentiat, *l. 9. l. 17. de reg. jur. l. non amplius. 26. §. 2. de leg. 1. l. fideicomm. 11. §. si quis decem. 18. de leg. 3.* Favor heredis & legatarii compa-rantur

§. 12.

Si rem suam legaverit testator, posteaqve eam alienaverit, Celsus putat, si non redimendi animo vendidit, nihilominus deberi: idemqve Divi Severus & Antoninus rescripserunt. Idem rescripserunt, eum, qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri, & ideo legatarium cum herede ejus agere posse, ut prædia à creditore luantur. Si vero quis partem rei legatæ alienaverit, pars, quæ non est alienata, omnino debetur: pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit. Res legata si postea alienata

Conf. *l. 3. C. de legat.*

§. 13. *Si*

§. 13.

liberatio legata

Si qvis debitori suo liberationem legaverit, legatum utile est, & neqve ab ipso debitore, neqve ab herede ejus, potest heres petere, neqve ab alio, qvi heredis loco sit, sed & potest à debitore convenire, ut liberet eum. Potest etiam qvis vel ad tempus jubere, ne heres petat.

Conf. *t. ff. de liberat. leg.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 9 t. 8.*

§. 14.

Debitum legatum

Ex contrario, si debitor crediiori suo, qvod debet, legaverit, inutile est legatum, si nihil amplius per legatum habet. Qvod si in diem, vel sub conditione debitum ei pure legaverit, utile est legatum propter repræsentationem. Qvod si vivo testatore dies venerit, vel conditio extiterit, Papinianus scripsit, utile esse nihilominus legatum; qvia semel constitit, qvod & verum est. Non enim placuit sententia existimantium, extinctum esse legatum, qvia in eam causam pervenerit, à qva incipere non potest.

Conf. *l. 28. seq. de leg. 1. l. 26. de lib. leg.*

ampl.

IV. Valet tale legatum etiamsi defuncto testatore de debito non constet, *l. 75. §. 1. deleg. 1.* Mantic. *de conject. ult. volunt. 3, 8. 2. & 6, 14, 14.* Carpz. *3, 9. def. 22.* itemqve si non præcise debitum, sed simpliciter summam sive ejusdem sive alterius qvantitatis legaverit creditori, utrumqve peti potest, *l. creditorem. 85. §. 2. de leg. 2.* Menoch. *4. Præsumt. 110. & 3. Præsumt. 142.*

Carpz.

Carpz. 3, 13. def. 29. Exerc. ad π. XXXIX, 19. seq.

§. 15.

Sed si uxori maritus dotem legaverit, valet legatum, quia plenius est legatum, quam de dote actio. Sed si, quam non accepit, dotem legaverit, Divi Severus & Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter legaverit, inutile esse legatum: si vero certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumenta dotis in prælegando demonstrata sunt, valere legatum.

Dos legata

Conf. t. π. de dot. præleg. & Exerc. ad π. XXXIX, 75. seq. L. falsa. π. de cond. & dem. L. legabi. π. de lib. leg.

V. Viciſſim ſi uxor marito aliqvid legaverit, & legatum ex teſtamento, & portionem ſtatutariam, veluti mobilia, petere poteſt ex uſu fori noſtri, *Exerc. ad π.* XXXIX, 23.

Legatum marito non tollit portionem ſtatutar.

VI. Alia ſpecies eſt legatum dotis conſtituendæ, cui tacita ineſt conditio, ſi nupſerit, *l. 41. §. 1. π. de jur. dot.* unde ante nuptias decedens non transmittit, excepta filia, cui pater pure reliqviſſe præſumitur qvaſi pro legitima: itemqve ſi ex conjecturis de pura teſtatoris voluntate appareat, *Carpz. 3, 13. def. 25.* D. Struv. *JPrudent. 2, 24. 9.* Wehner. *Obſ. Pract. voc.* „Verathen“ Hahn. *ad Weſenb. de dote præleg.*

Dotis conſtituendæ legatum

§. 16.

Si res legata ſine facto heredis perierit, legatario decedit. Et ſi ſervus alienus legatus ſine facto heredis

Periculum rei legatæ

heredis manumissus fuerit, non tenetur heres. Si vero heredis servus legatus sit, & ipse eum manumiserit, teneri ipsum Julianus scripsit, nec interest, sciverit, an ignoraverit, à se legatum esse. Sed & si alii donaverit servum, & is, cui donatus est, eum manumiserit, tenetur heres, quamvis ignoraverit, à se eum legatum esse.

§. 17.

conjunctim cum alia principali accessoria

Si quis ancillas cum suis natis legaverit, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. Idem est, & si ordinarii servi cum vicariis legati fuerint, quia licet mortui sint ordinarii, tamen vicarii legato cedunt. Sed si servus fuerit cum peculio legatus, mortuo servo, vel manumisso, vel alienato, peculii legatum extingvitur. Idem est, si fundus instructus, vel cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & instrumenti legatum extingvitur.

Fundus instructus

VII. Legatum *fundi instructi* nos dicimus eines guts mit aller und ieder seiner Zugehörung / wie es steht und liegt / *Carpz. 3, 13. def. 22.* vel potius, zusamt völliger Einrichtung / atqve plenius est, qvàm Legatum *fundi cum instrumento*, mit der Hoffwehre oder inventario, *V. l. qvæsitum. 12. §. sed si fundus. 27. seq. π. de instr. vel instrum. leg. Exerc. ad π.* XXXIX, *85.* Menoch. *4. Præsumt. 154, 14.* itaqve qvæ non ad

cum instrumento

instructionem fundi, neqve ut instrumenta, oder Inventarien stücke / sed forte custodiæ, aut usus temporarii, vel aliâ qvacunqve causa in fundo

fundo reperiuntur, legata haud veniunt, *l. 1. C. de V. S.*

§. 18.

Si grex legatus fuerit, & postea ad unum ovem pervenerit, quod superfuerit vindicari potest. Grege legato *Grege autem legato, etiam eas oves, quæ post testamentum factum gregi adjiciuntur, legato cedere, Julianus ait. Est autem gregis unum corpus ex distantibus; sicut ædium unum corpus est ex cohærentibus lapidibus.*

§. 19.

Ædibus denique legatis, columnas & marmora, quæ post testamentum factum adjecta sunt, legato dicimus cedere. Ædib. legatis

§. 20.

Si peculium legatum fuerit, sine dubio quicquid peculio accedit, vel decedit, vivo testatore, legatarii lucro vel damno est. Quod si post mortem testatoris, ante aditam hereditatem, aliquid servus acquisierit, Julianus ait, siquidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne quod ante aditam hereditatem acquisitum est, legatario cedere, quia hujusmodi legati dies ab adita hereditate cedit: sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit. Peculium autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur, quamvis, si vivus manumiserit; sufficit, si non adimatur: & ita Divi Severus & Antoninus rescripserunt. Idem rescripserunt, peculio legato, non videri idrelictum, Peculio

lectum, ut petitionem habeat pecuniæ, qvam in rationes dominicas impenderit. Iidem reſcripſerunt, peculium videri legatum, cum rationibus redditis liber eſſe juſſus eſt, & ex eo reliqva inferre.

Peculium hîc intelligitur *profectitium* duntaxat, cujus dominium patris eſt legantis, qvod non freqventatur in noſtro foro, *Exerc. ad π.* XXVII, *88.*

§. 21.

Legatum rerum incorp.

Tam autem corporales res legari poſſunt, qvam incorporales. Et ideo qvod defuncto debetur, poteſt alicui legari, ut actiones ſuas heres legatario præſtet, niſi exegerit vivus teſtator pecuniam, nam hoc caſu legatum extingvitur. Sed & tale legatum valet: Damnas eſto heres meus domum illius reficere. vel, illum ære alieno liberare.

Conf. *t. π. de uſu & uſufr. leg. t. de ſerv. leg. l. 75. §. 2. de leg. 1. l. 18. C. de legat.* Menoch. *4. Præſumt. 142, 12.* Gomez. *2. Reſol. 15, 5. Exerc. ad π.* XXXIX, *65. & 72.*

§. 22.

Generis

Si generaliter ſervus, vel res alia legetur, electio legatarii eſt, niſi aliud teſtator dixerit.

Ita tamen, ut nec optimum, nec peſſimum eligat, ſed mediorum unum, *l. 37. pr. de leg. 1. Carpz. Dec. 300.*

§. 23.

§. 23.

Optionis legatum, id est, ubi testator ex ser- optionis
vis suis vel aliis rebus optare legatarium jusserat, habebat olim in se conditionem, & ideo, nisi ipse legatarius vivus optasset, ad heredem legatum non transmittebat. Sed ex Constitutione L. fin. C. comm. de legat.
nostra & hoc in meliorem statum reformatum est, & data est licentia heredi legatarii, optare servum, licet vivus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra Constitutione additum est; sive plures legatarii extiterint, quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo: sive unius legatarii plures heredes sint, & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente: ne pereat legatum, quod plerique prudentium contra benevolentiam introducebant, fortunam esse hujus optionis judicem, & forte hoc esse dirimendum, ut ad quem sors pervenerit, illius sententia in optione præcellat.

Scilicet regulariter electio est heredis, cu- Reg. de
jus favor major est, qvam legatarii, & qvi electione
personam testatoris, qvi jus determinandi habet, repræsentat, *V. P. Aerod. Rer. Jud. 5, 8. 1.* nisi expresse testator legatario jus optandi dederit, *Carpz. 3, 13. def. 30.* qvo casu optimum eligi potest, *l. 9. §. 1. π. de dolo.* Carpz. *Dec. ult. n. 26.* Sim. van Leuvven *Cens. For. 3. 8. 12.* aut si *rem alternative* legaverit, *Vid. Exerc. ad π. XXXIX, 80. & seqq.*

de annuis legatis

VIII. Solent qvoqve testatores legare distinctis terminis, annua menstrua, diurna, qvorum vis est, ut velut alimento pro *personalibus* habeantur, nec ad heredem transmittantur, *l. 4. π. de ann. legat.* ita tamen ut initio anni aut mensis, non demum finito, peti possint, *l. 12. §. 1. π. qvand. dies legat. l. cum qvi. 15. π. de ann. legat.*

De qvantitatibus legatis

IX. Rebus fungibilibus aut qvantitatibus legatis, veluti tritico, vino, oleo, si qvalitas expressa non est, electio est penes heredem, *l. 2. §. 1. l. 4. π. de tritic. vin. ol. leg.* si indefinite ea legata sunt, omne debetur, qvod mortis tempore relictum, *l. 7. pr. eo.*

Penu legata

X. Penu legatâ veniunt esculenta & poculenta cum suis vasibus pro legatario, suâ familia & jumentis, ligna item & carbones, Kûchen- und Keller-Vorrath / ad usum annuum procurata, *l. 4. §. 2. & 1. 1. π. de penu legat.*

Supell.

XI. Supellectile legatâ omne instrumentum domesticum patrisfamil. qvod ad qvotidianum vitæ usum pertinet, venit, etiam argentea vel aurea, *t. t. π. de supell. leg.* Carpz. *6. Resp. 34.* Brunnem. *Consil. 153.* Wehner. & Speidel. *voc.* Haus-Rath. Neostad. *Decis. 19.*

Alimentis

XII. Alimentis legatis, Unterhalt / speciatim Zieh-Gelder / victus, amictus & habitatio ad dies vitæ regulariter debetur, medicamenta item, idqve secundum vires patrimonii & qvalita-

litatem legatarii, non item sumtus studiorum, *t. t. π. de alim. legat. l. 43. & l. 234. §. 2. de V. S.* Surdus *Tr. de Alimentis.* M. Coler. *de Aliment.* Sumtus studior.

XIII. Cibariorum legatum, Kost / solum victum continet, *l. 43. de V. S. l. 18. §. fi. l. 21. π. de alim. & cibar. legat.* Cibariis

XIV. Auro & argento legato, Gold- und Silber-Werck / omne factum & infectum venit, non item signatum seu pecunia numerata, *l. C. Mutius. 27. §. 1. l. 19. pr. π. de aur. & arg. legat.* Auro & arg.

XV. Mundi legatum continet mulieris ungventa & ea omnia qvæ ad munditiam & elegantiam adhibentur, was zur Sauberung und Reinlichkeit des Leibes gehörig / non verò ad valetudinem curandem, *l. 21. §. 1. l. 25. π. de aur. & arg. leg.* Jus Sax. *Prov. l. 1. A. 24.* Diversum qvoqve est *Ornamentorum* legatum, Schmuck / *d. l. 25. §. 10.* Mundo, Ornamentis

XVI. Vestis seu vestimentorum legato venit pannus pertextus, etsi à tela nondum remotus, *l. 22. π. de aur. & arg. leg.* multò magis ergo pannus à sartore scissus, zugeschnitten Kleid / *V. Exerc. ad π.* XXXIX, *99.* Veste

§. 24.

Legari autem illis solum potest, cum qvibus testamenti factio est. Qvib. legatus

§. 25.

an incertis personis

Incertis vero personis neque legata neque fideicommissa olim relinqui concessum erat. Nam

qvæ illæ

ne miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, ut Divus Adrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subjiciebat, veluti, si quis ita dicat, Quicunque filio meo filiam suam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato. Illud quoque, quod iis relinquebatur, qui post testamentum scriptum primi Consules designati essent, aque incertæ personæ legari videbatur, & denique multæ aliæ hujusmodi species sunt. Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari, quia placebat, nominatim servos liberari.

limit.

Sub certa verò demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ recte legabatur, veluti: Ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato. Incertis autem personis legata vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti non posse, sacris Constitutionibus cautum erat.

Quasi naturaliter debitum, *l. Julianus. π de condict. indeb.* Cæterum constitutiones illæ non supersunt.

§. 26.

an posthumo alieno J. Vet.

Posthumo quoque alieno inutiliter antea legabatur. Est autem alienus posthumus, qui natus

tus inter ſuos heredes teſtatori futurus non eſt. Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat poſthumus avo.

§. 27.

Sed nec hujusmodi ſpecies penitus eſt ſine juſta emendatione relicta, cum in noſtro Codice Conſtitutio poſita eſt, per quam & huic parti medemur, non ſolum in hereditatibus, ſed etiam in legatis & fideicommiſſis, quod evidenter ex ipſius Conſtitutionis lectione clareſcit. Tutor autem nec per noſtram Conſtitutionem incertus dari debet, quia certo judicio debet quis pro tutela ſuæ poſteritati cavere. J. nov.

Et iſta Conſtitutio periit, aut remota fuit ex Codice repetitæ prælectionis: eam tamen reſtituere aggreſſus Joh. Strauchius Diſſert. de Perſonis incertis. Vid. *t. C. de incert. perſonis.*

§. 28.

Poſthumus autem alienus heres inſtitui & ante poterat, & nunc poteſt, niſi in utero ejus ſit, quæ jure noſtro uxor eſſe non poteſt. Poſthumus alienus heres inſtitutus

§. 29.

Si quidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarii teſtator erraverit, cum de perſona conſtat, nihilominus valet legatum. Idemque in heredibus ſervatur, & recte. Nomina enim ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt, qui ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil intereſt. Error in nomine

V. Alicat. l. 4. diſpunct. 1.

§. 30.

Huic proxima & illa juris regula: Falsa demonstratione legatum non perimi, veluti, si quis ita legaverit: Stichum servum meum vernam do, lego. Licet enim non verna, sed emtus sit, si tamen de servo constat, utile est legatum. Et convenienter, si ita demonstraverit: Stichum servum, quem à Sejo emi, sitque ab alio emtus, utile est legatum, si de servo constat.

Conf. §. 15. h. t. l. 6. de legat. 1. l. 75. §. 1. seq. 10. l. 1. §. 8. de dote praleg.

§. 31.

Falsa causa

Longe magis legato falsa causa adjecta non nocet, veluti, cum quis ita dixerit: Titio, quia me absente negotia mea curavit, Stichum do, lego. vel ita: Titio, quia patrocinio ejus capitali crimine liberatus sum, Stichum do, lego. Licet enim neque negotia testatoris unquam gesserit Titius, neque patrocinio ejus liberatus sit, legatum tamen valet. Sed si condionaliter enunciata fuerit causa, aliud juris est, veluti hoc modo: Titio, si negotia mea curaverit, fundum meum do, lego.

Conf. l. 72. §. 6. de condit. & dem. t. C. de falsa caus. adj.

§. 32.

§. 31.

An servo heredis recte legemus, qværitur, & conſtat, pure inutiliter legari, nec qvicqvam proficere, ſi vivo teſtatore de poteſtate heredis exierit, qvia qvod inutile foret legatum, ſi ſi tim poſt factum teſtamentum deceſſiſſet teſtator, hoc non debet ideo valore, qvia diutius teſtator vixerit. Sub conditione vero recte legatur servo, ut requiramus, an qvo tempore dies legati cedit, in poteſtate heredis non ſit. An ſervo heredis

§. 32.

Ex diverſo, herede inſtituto servo qvin domino recte etiam ſine conditione legetur, non dubitatur. Nam etſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſſerit teſtator, non tamen apud eum, qvi heres ſit, dies legati cedere intelligitur, cum hereditas à legato ſeparata ſit, & poſſit per eum ſervum alius heres effici, ſi prius, qvam juſſu domini adeat, in alterius poteſtatem translatus ſit, vel manumiſſus ipſe heres efficitur, qvibus caſibus utile eſt legatum. Qvod ſi in eadem cauſa permanſerit, & juſſu legatarii adierit, evaneſcit legatum.

XVII. Deniqve in acqviſitione legatorum, ut in hereditatibus, duo ſpectantur, Delatio & Agnitio, vel ejus contrarium, Repudiatio. Defertur legatum regulariter *in teſtamento*, nec attenditur Jure Juſtinianeo ſubtilitas vetus de ordine ſcripturæ. Delatio legati

1. in teſtamento an certâ ferie

§. 34.

J. vet. *Ante heredis inſtitutionem inutiliter antea legabatur, ſcilicet, qvia teſtamenta vim ex inſtitutione heredis accipiunt, & ob id veluti caput atqve fundamentum intelligitur totius teſtamenti, heredis inſtitutio.* J. nov. *Pari ratione nec libertas ante heredis inſtitutionem dari poterat. Sed qvia ineivile eſſe putavimus, ſcripturæ ordinem qvidem ſeqvi, qvod & ipſi antiqvitati vituperandum fuerat viſum, ſperni autem teſtatoris voluntatem, per noſtram Conſtitutionem & hoc vitium emendavimus, ut liceat & ante heredis inſtitutionem, & inter medias heredis inſtitutiones, legatum relinqvere, & multo magis libertatem, cujus uſus favorabilior eſt.*

V. l. ambiguitates. 24. C. de teſtam.

2. ab inteſtato XVIII. Poſtqvam porrò legata fideicommiſſis adæqvata ſunt, poſſunt etiam *ab inteſtato*, in codicillis, vel epiſtola, aut verbis nutuvé, coram qvinqve teſtibus relinqvi, *l. 1. C. de codicill. l. 75. pr. de legat. 2. l. 22. ſeq. C. de fideic. l. 21. ſeq. de leg. 3.* vel duobus in caſibus teſtamenti privilegiati, *Carpz. 3, 4. def. 23.* Ex eadem adæqvatione valet etiam legatum poſt mortem heredis vel legatarii relictum:

§. 35.

Legatum poſt mortem legatarii *Poſt mortem qvoqve heredis aut legatarii ſimili modo inutiliter legabatur, veluti, ſi qvis ita dicat:*

dicat: Cum heres meus mortuus fuerit, de lego. Item, pridie quam heres aut legatarius morietur. Sed simili modo hoc correximus, firmitatem hujusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu deterior causa legatorum, quàm fideicommissorum inveniatur.

V. L. un. C. ut act. & ab hered. & contra.

XIX. Cæteroqvin aut pure aut non pure relinqvitur, priori modo dies à morte testatoris statim cedit, h. e. obligatio nata est & jus petendi, *l. 1. π. de condit. & dem. l. 5. §. 1. π. qvand. di. leg. ced.* itemqve transmittendi, etiam inscio legatario aut nondum repudianti, *l. 44. §. 1. de leg. 1. l. 80. de leg. 2. l. 64. de furt. l. 5. qvand. dies.* ac denique jus hypothecæ in bonis defuncti, *l. 56. § 2. l. 69. l. 80. §. 2. de leg. 1. l. 2. C. commun. de leg.* Non pure relinqvitur aut adjectione diei, aut conditionis, aut modi, aut demonstrationis, aut causæ. Dies adjicitur vel certus vel incertus, & vel ut terminus *à qvo* vel *ad qvem.* Illo modo si ex die certo legatum relinqvitur, cedit dies antequam venit, h. e. obligatio & jus petendi à morte testatoris statim nascitur & transmittitur ad heredem, & cautio peti potest, *l. π. ut leg. nom. cav.* Sed exactio ipsa differtur ad diem statutum, *l. 21. qvando di. leg. l. 2. 13. de V. S. l. un. §. 1. C. de caduc. toll.* Si tamen ante solutum sit, repeti nequit, impediente dictâ obligatione, *l. in diem. 10. π. de condict.*

Modus relinqvendi vel purè dies cedit statim transmittitur

vel

ex die certo

dict. indeb. Chifflet. de fideicomm. c. X. Si dies
incerto *incertus* adjectus, ex ejus demum exsistentia & adventu oritur obligatio & jus transmittendi, *l. si ita. 45. §. 1. de leg. 2. l. 74. sq. de condit. & dem. l. 3. pr. quand. dies leg. V. l. 4. §. 1. quand. dies leg. l. 75. π. de cond. & dem.* Chifflet. *c. XI. sq.* Gail. *2. O. 132.* A. Fab. *C. lib. tit 22. def. 14. & 38. &*
In diem *tit. 39.* Carpz. *3, 13. def. 25.* Sin in *diem* legatum relictum est, statim cedit, & exigi potest, sed elapso die statuto, repetitur ab herede Conditione sine causa, *l. 2. §. 16. π. de dol. & mal. except.*

Sub conditione possibili XX. Conditio *possibilis* delationem legati suspendit, nec transmittitur interim jus legati, *l. 5. §. 2. l. 31. quand. dies legat.* cautio tamen pe-
impossib. ti potest, *t. π. ut. legat. caus. cav. impossibilis* sive turpis pro non adjecta habetur, ut in institutionibus, *de quo supra tit. XIV. §. 12.* qvalis etiam est conditio religionis mutandæ, *Carpz. Dec.*
negativa *89.* Conditio *negativa* pariter ut in institutionibus heredum Cautionem Mutianam postulat, de restituendo legato cum fructibus ei, ad qvem legatum redit, si contraventum conditioni fuerit, *l. 18. π. de condit. & dem.* Sed &
tacita *tacita* conditio qvandoqve locum habet, veluti: Fructus, qvi ex eo fundo percepti fuerint, heres dato. *l. 1. pr. & §. 3. π. de condit. & dem.* Comparatur, Jure Justinianeo legato conditionali etiam legatum, qvo *pœne* nomine relinqvitur qvid, aut adimitur vel transfertur.

§. 36.

§. 36.

Pœnæ quoq; nomine inutiliter antea legabatur & adimebatur, vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat, veluti, si quis ita scripserit; Heres meus si filiam suam in matrimonium Titio collocaverit. vel ex diverso: Si non collocaverit, dato decem aureos Sejo, aut si ita scripserit: Heres meus si servum Stichum alienaverit, vel ex diverso: Si non alienaverit, Titio decem aureos dato. Et in tantum hæc regula observabatur, ut quamplurimis Principalibus Constitutionibus significaretur, nec Principem agnoscere, quod ei pœnæ nomine legatum sit, nec ex militis quidem testamento talia legata valebant, quamvis aliæ militum voluntates in ordinandis testamentis valde observabantur, quin etiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat, eò amplius nec heredem pœnæ nomine adjici posse, Sabinus existimabat, veluti si quis ita dicat: Titius heres esto: si Titius filiam suam in matrimonium Sejo collocaverit, Sejus quoque heros esto. Nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur, utrum legati datione, an coheredis adjectione. Sed hujusmodi scrupulositas nobis non placuit, & generaliter ea, quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel ademta, vel in alium translata, nihil distare à ceteris sub pœnæ adjectione J. Vet. J. Nov.

teris legatis conſtitutionis, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo; exceptis videlicet iis qvæ impoſſibilia ſunt, vel legibus interdicta, aut alias probroſa. Hujusmodi enim teſtamentorum diſpoſitiones valere, ſecta meorum temporum non patitur.

conf. *t. C. de his qbs pœnæ cauſ.*

sub Modo

XXI. MODVS adjectus notat cauſam non impulſivam aut occaſionalem, ſed finalem & adæqvatam, abæqve qva non legaturus fuiſſet teſtator in contractibus *res* dicitur, veluti: *ob rem dari ut aliqvid ſeqvatur*, *l. damus. 52. π. de condict. indeb.* Sic hîc: *Do ut monumentum facias*, cujus effectus, & differentia à conditionali eſt, ut ſtatim peti poſſit, cautione tamen præſtitâ, *l. 19. de leg. 3. l. eas. 10. π. de condit. & dem.* cujus reſpectu conditioni qvoqve comparatur, *l. 1. C. de his qvæ ſub modo.* Sed & modus impoſſibilis æqve pro non adjecto habetur. Deniqve heres legatarii ſub modo oblatione legatum acqvirere poteſt, ſub conditione non poteſt, *l. 109. π. de condit. & dem.*

Demonſtratio & Cauſa ut diff.

XXII. De Demonſtratione & Cauſa falſa ſupra *§. 30. & ſq.* actum. qvæ ita differunt, ut *cauſa* intelligatur duntaxat impulſiva & occaſionalis, procatarctica, qvæ legato non cohærere dicitur, *l. cum tale. 71. §. falſ. cauſ. 6. π. de condit. & dem.* licet enim ceſſet cauſa, effectus tamen & legatum præciſe non ceſſat, *l. 16. §. 2. eod.* ac porro *onus probandi* falſitatem demonſtrationis incumbit legatario, qvum interea à demonſtratio-

strationе dependeat legatum qvoad sensum. *l. 69. pr. de leg. 3.* at in causæ adjectione probatio falsitatis incumbit heredi, *d. l. 71. Vid. Exerc. ad π.* XXXIX, *123.*

XXIII. Altera acqvisitionis pars est Agnitio aut Repudiatio. Agnitionis effectus est jus & obligatio rei legatæ exigendæ unà cum accessionibus, *§. 19. h. t. l. 44. §. 2. de leg. 1.* & fructibus atqve usuris à tempore moræ sive restituendo sive adeundo admissæ, *t. C. de usur. & fruct. leg.* Sed & damna dolo aut culpâ data, *l. 47. §. pen. de leg. 1. l. 47. §. 6. de leg. 3. l. pen. C. de usur. & fruct. leg.* Agniti legati effectus

XXIV. Res legatas propriâ auctoritate apprehendere legatario non licet, nisi legans permiserit, *t. π. Qvod legator.* sed competunt ipsi tres actiones, Rei vindicatio, Hypothecaria, & Personalis ex aditione, *§. 2. h. t. §. 5 infr. de oblig. ex q. contr.* Personalis itaqve competit, si forte cesset Rei Vindicatio, veluti si res aliena legata, qvo tamen casu tutius Hypothecariâ adversus heredem agere, qvam Justinianus introduxit, *l. 1. Commun. de leg.* Præterea Jure Canonico traditur dari Condictio ex canone, & Imploratio officii judicis, *c. 3. 6. 17. 19. X. de testam. V. differ. J. Cic. & Can. p. 794.* Denique & Missio in possessionem locum habet in iis casibus, ubi cautio ab herede interponenda detrectatur, veluti in legato conditionali, aut ex die. *t. t. π. & C. ut in possess. legat. servand. caus.* J. Clar. *§. testament. Q. 66.* Gail. *2. O. 145.* apprehensio privata Rei V. Hypothec. Personalis J. C. J. Can. Missio in poss.

Tit.

TIT. XXI.

DE ADEMTIONE LEGATORVM. (ET TRANSLATIONE.)

34. π. 4.

I.

Ademtio verbalis.

ADimit testator valide legatum, vel in testamento, aut in codicillis, expresis verbis.

Pr.

Ademtio legatorum, sive eodem testamento adimantur, sive codicillis, firma est. Sed & sive contrariis verbis fiat ademtio, veluti, si qvis ita qvid legaverit: Do, lego, ita adimatur, Non do, non lego: sive non contrariis, sed aliis qvibuscunq; verbis.

Revocatione

II. Vel nuda revocatione coram qvinqve testibus. *Carpz. 3, 4. def. 31.* Vel ipso facto contrario, ex qvo animus adimendi præsumitur, veluti alienatione haud necessaria, *§. 12. tit. super. L. 11. §. 12. de leg. 3.* nominisve exactione, *l. 75. §. 1. de legat. 1.* aut deletione scripturæ, qva legatum comprehensum.

Interitu

III. Interit qvoqve legatum interitu rei, veluti ædium, etsi alias eodem loco testator exstruxerit, nisi aliud probetur, *l. si ita. 65. fi. π. de legat. 1.*

§. 1.

Translatio

Transferri qvoq; legatum ab alio ad alium potest, veluti, si qvis ita dixerit: Hominem Stichum,

cbum, qvem Titio legavi, Sejo do, lego. sive in eodem testamento, sive in codicillis hoc fecerit, qvo casu simul & Titio adimi videtur, & Sejo dari.

Conf. *l. planè. 34. De legat. 1.*

Tit. XXII.

De Lege Falcidia.

35. π. 2. 6 C. 50. Nov. 1. & 92.

Pr.

Superest, ut de Lege Falcidia dispiciamus, qva modus novissime legatis impositus est. Cum enim olim Lege duodecim tabularum libera erat legandi potestas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare: qvippe cum ea lege ita cautum esset, Vti qvisqve legassit suæ rei, ita jus esto, visum est hanc legandi licentiam coarctare, idqve ipsorum testatorum gratia provisum est, ob id, qvod plerumq; intestati moriebantur, recusantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditatis adire. Et cum super hoc tam Lex Furia, qvam Lex Voconia latæ sunt, qvarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur; novissime lata est Lex Falcidia, qva cavetur, ne plus legare liceat, qvam dodrantem totorum bonorum, id est, sive unus heres institutus sit, sive plures, apud eum, eosve pars qvarta remaneat.

Libertas veteris restricta L. Furia L. Voconia L. Falcidia Reg.

I. Lex Furia plus mille assibus legatarium capere vetuit, sed numerum legatariorum non coërcuit. Lex Voconia vetuit, eum, qvi esset cen-

Furia Voconia

census, plus cuiqvam legare, qvàm ad heredem
Falcid. perveniret. P. Falcidius Trib. Plebis sub Triumviratu Augusti libertatem Qviritum ad naturalem æqvitatem reduxit. *Dio Cassius lib. 48. ad A. V. C. 714.*

§. 1.

Si coheredis portio non gravata Ampl. *Et cum qvæsitum esset, duobus heredibus instititutis, veluti Titio & Sejo, si Titii pars aut tota exhausta sit legatis, qvæ nominatim ab eo data sunt, aut supra modum onerata; à Sejo verò aut nulla relicta sint legata, aut qvæ partem ejus duntaxat in partem dimidiam minuant, an, qvia is qvartam partem totius hereditatis, aut amplius habet, Titio nihilo ex legatis, qvæ ab eo relicta sunt, retinere liceat, ut qvartam partem suæ partis salvam habeat: placuit posse retinere, etenim in singulis heredibus ratio Legis Falcidiæ ponenda est.*

Conf. *l. in singulis. 77. cum L. præced. ff. h. t.*

§. 2.

Qvantitas patrimonii qvo tempore spectatur L. in qvantitate. 73. ff. h. t. *Qvantitas autem patrimonii, ad qvam ratio Legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore spectatur. Itaqꝫ, verbi gratia, si is, qvi centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legaverit, nihil legatariis prodest, si ante aditam hereditatem per servos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum accesserit hereditati, ut centum aureis legatorum nomine erogatis, heres qvartam partem hereditatis habiturus sit, sed necesse est, ut nihilominus qvarta pars legatis detrahatur. Ex diver-*

diverſo, ſi ſeptuaginta quinq; legaverit, & ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona, incendiis forte, aut naufragiis, aut morte ſervorum, ut non amplius, quam ſeptuaginta quinq; aureorum ſubſtantia, vel etiam minus relinquatur; ſolida legata debentur. Nec ea res damnoſa eſt heredi, cui liberum eſt non adire hereditatem, quæ res efficit, ut ſit neceſſe legatariis, ne deſtituto teſtamento nihil conſequatur, cum herede in portione paciſci.

§. 3.

Cum autem ratio Legis Falcidiæ ponitur, ante deducitur æs alienum, item funeris impenſa, & pretia ſervorum manumiſſorum tunc demum in reliquo ita ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud heredem remaneat, tres vero partes inter legatarios diſtribuantur, pro rata ſcilicet portione ejus, quod cuiq; eorum legatum fuerit. Itaq; ſi fingamus quadringentos aureos legatos eſſe, & patrimonii quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum eſſe, quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi. Quod ſi trecentos quinquaginta legatos fingamus, octava debet detrahi. Quod ſi quingentos legaverit, initio quinta, deinde quarta detrahi debet. Ante enim detrahendum eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet. Modus computandi

adde inter detrahenda etiam *legata*, quæ forte ab altero coherede detracturus quartam accepit, *l. 74. l. 91. π. h. t.*

Retentionis jus R. V.

II. Medium conſeqvendi hanc Qvartam eſt regulariter *jus retentionis*, *l. 15. §. 1. h. t.* Si non poſſidet hereditariam portionem, *Rei vindicatione* Qvartam petit: ſin per errorem plus ſolvit, *condictione indebiti* repetit, *l. 5. §. 15. ff. de*

Condicti o indeb.

don. inter vir. & ux. Sed & præcavere poteſt exigendo *cautionem*, ut actione reali poſtea gaudeat, *t. ff. ſi cui plus.* Sin integrum ſemel ac ſimpliciter ſolvit, per condictionem indebiti repetere non poteſt qvartam, propter obligationem naturalem ad implendam ultimam voluntatem, neqve illam Lex civilis ſuſtulit, *l. 1. & l. fi. C. h. t.* Paulus *l. 4. ſent. 3. §. fi.* Sed & ſi integrum promiſit, actione ex ſtipulatu tenetur & renunciaſſe intelligitur, *l. fideicomm. 62. ff. de condict. indeb. l. poteſt. 71. ff. de L. Falcid. l. 46. eo. l. ſi patron. 20. §. 1. ff. de donat.*

cautionis petitio

Si integrum ſolvit

aut promiſit

Vbi ceſſet

III. Ceſſat etiam deductio qvartæ in teſtamento militis, *l. 7. C. h. t.* Itemqve ſi teſtator hoc expreſſim vetuit, non ignarus qvis modus ſit ſui patrimonii, *Auth. ſed cum. C. eo. Deciſ. Elect. Sax. 43.* Sande *Deciſ. 4, 7, 8.* Liberi tamen Legitimam deducere poſſunt, *Mantic. de*

1.

2.

conject. ult. volunt. 7, 11, 7. Porro ſi heres inventarium neglexerit, *d. Auth. ſed cum. h. t.*

3.

Mynſing. *3. O. 60.* Ceſſat qvoqve in dote prælegata uxori, *l. 81. §. 1. ff. h. t.* In cauſis piis, *Novell. 131. c. 12.* Carpz. *1, 16. def. 18. & 6. Reſp. 25.* A. Fab. *C. 6. 28, 2.* Gail. *2. O. 110.* Hahn. *ad Weſenb. n. 8. h. t.* In legato alienari prohibito, *Auth. ſed & h. t.* Menoch. *4. Præſumt. 196, 25.*

4.

5.

6.

Mantic.

Mantic. 9, 14, 16. Carpz 3, 1, def. 17. Cessat deniqve hoc jus nonnullis in foris Germaniæ, ut in Norico, Wormatiensi, Brabantico, itemqve in Svecia, *V. Exerc. ad π.* XXXIX, 136. 7.

IV. Extensum fuit jus qvartam detrahendi etiam ad Fideicommissa, *l. 2. C. h. t.* ad legata ab intestato, *l. filiusfam. 18. π. h. t l. 1. & l. 6. π. ad SC. Trebell.* ad mortis causâ donationes, *l 5. C. h. t.* ad pacta dotalia. Hahn. *ad Wesenb. π. 6. h. t.* Richt. *Dec. 22. & Vol. 2. Consil. 313.* Carpz. *3, 1. def. 4. & 8.* extensio hujus juris

Tit. XXIII.

De Fideicommissariis Hereditatibvs et Ad SC. Trebellianvm.

36. π. t. 6. C. 42. & 49.

I.

HActenus de successione testamentaria, prout ea regulariter fieri solet, qvâ testator rite instituit heredes, iisqve libere *præcipit* vicissim, qvæ post mortem suam ab iis fieri velit. Sed qvum obstaret qvandoqve *pudor* atqvo reverentia, qvò minus *præcipiendi* modus locum haberet, vtluti inter liberos & parentes ac similiter, usu invaluit alius modus per modum *precum* commendare heredi restitutionem hereditatis vel ejus partis aut rei singularis tertio faciendam. Qvi etsi ante Augustum Imp. obligatione & actione civili destitueretur, agnoverunt Fideicommissorum origo.

ex jure naturali

verunt tamen ejusdem vim & obligationem *naturalem* & ipsi Qvirites, *V. Cic. lib. 2. de Finib. de Sextilio Ruffo. & de Sexto Peduceo.* donec Augustus & vim civilem agendi contra heredem institutum & restitutionem detractantem daret. Hinc duplex successio vel acqvisitio testamentaria, directa & indirecta sive *fideicommissaria*, qvâ hereditas tota vel ex parte, per indirectum, & *mediante herede* instituto, sed restituere rogato, tertio relinqvitur, qvorum ille dicitur heres *fiduciarius*, hic *fideicommissarius*, *l. 46. l. 67. ff. π. ad SC. Trebell.*

Pr.

Fideicommissum universale

Nunc transeamus ad fidei commissa, sed prius est, ut de hereditatibus fideicommissariis videamus.

§. 1.

J. Ver.

Sciendum itaq; est, omnia fideicommissa primis temporibus infirma fuisse, qvi nemo invitus cogebatur præstare id, de qvo rogatus erat. Qvibus enim non poterant hereditatem vel legata relinqvere, si relinqvebant, fidei committebant eorum, qvi capere ex testamento poterant hereditatem. Et ideo fideicommissa appellata sunt, qvia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum, qvi

J. Nov.

rogabantur, continebantur. Postea Divus Augustus primus, semel iterumq; gratia personarum motus, vel qvia per ipsius salutem rogatus qvis diceretur, aut ob insignem qvarumdam perfidiam, jussit Consulibus auctoritatem suam interponere. Qvod qvia justum videbatur, & populare erat,

pau-

paulatim conversum est in assiduam i. e. ordinariam jurisditionem, tantusq; eorum favor factus est, ut paulatim etiam Prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret, quem fideicommissarium appellant.

§. 2.

In primis igitur sciendum est, opus esse, ut aliquis recto jure testamento heres instituatur, ejusq; fideicommittatur, ut eam hereditatem alii restituat: alioqui inutile est testamentum, in quo nemo heres instituitur. Cum igitur aliquis scripserit: Lucius Titius heres esto, potest adjicere, Rogo te, Luci Titi, ut cum primum poteris hereditatem meam adire, eam Cajo Sejo reddas, restituas. Potest autem quisq; & de parte restituenda heredem rogare, & liberum est, vel pure, vel sub conditione relinquere fideicommissum, vel ex certo die. Requisitum

§. 3.

Restituta autem hereditate, is quidem, qui restituit, nihilominus heres permanet; is vero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis, aliquando legatarii loco habetur. effectus restitutæ

II. Verum quum ex eo, quod heres fiduciarius restitutâ quamvis hereditate, obligatus maneret, id inconveniens emergeret, quod rogati detrectarent adire; tum ob nullum lucrum, tum ob damnum & incommodum obligationis post restitutionem permanentis. Igitur remedium ex SCto Trebelliano quæsitum quo- occasio

ad actiones utiles: mox & ex SCto Pegasiano, quoad quartam deducendam, ut ex L. Falcidia.

§. 4.

Et Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo & Annæo Seneca Consulibus, Senatus Consultum factum est, quo cautum est, ut si hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes actiones, quæ jure civili heredi, & in heredem competerent, ei, & in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. Post quod Senatus Consultum Prætor utiles actiones ei, & in eum, qui recipit hereditatem, quasi heredi, & in heredem, dare cœpit.

§. 5.

SC. Pegas. *Sed quia heredes scripti, quum aut totam hereditatem, aut pene totam plerumq; restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum vel minimum lucrum recusabant, atq; ob id extinguebantur fideicommissa; postea Vespasiani Augusti temporibus Pegaso & Pusione Consulibus, Senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset, hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atq; ex Lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex singulis quoq; rebus, quæ per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. Post quod Senatus Consultum ipse heres onera hereditaria sustinebat, ille autem, qui ex fideicommisso recipiebat partem hereditatis, legatarii partiarii loco erat, id est, ejus legatarii, cui pars bonorum legabatur: quæ species* Partitio. *legati partitio vocabatur, quia cum herede legatarius partiebatur hereditatem. Unde quæ solebant stipulationes inter heredem & partiarium legatarium*

rium interponi, eædem interponebantur inter eum, qui ex fidecommisso recepit hereditatem, & heredem, id est, ut lucrum & damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune esset.

§. 6.

Ergo si quidem non plus quam dodrantem he- Jus vetus
reditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tunc ex SCtis
ex Trebelliano Senatus Consulto restituebatur hereditas, & in utrumq; actiones hereditariæ pro parte rata dabantur: in heredem quidem Jure civili: in eum vero qui recipiebat hereditatem ex Senatus Consulto Trebelliano, tanquam in heredem. At, si plus, quàm dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus esset, locus erat Pegasiano Senatus Consulto, & heres qui semel adierat hereditatem, si modo suo voluntate adierat, sive retinuerat quartam partem, sive retinere noluerat, ipse universa onera hereditaria sustinebat. Sed quarta quidem retenta, quasi partis & pro parte stipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium, & heredem: si verò totam hereditatem restitueret, emtæ & venditæ hereditatis stipulationes interponebantur. Sed si recusabat scriptus heres adire hereditatem, ob id, quod diceret, eam sibi suspectam esse, quasi damnosam: cavebatur Pegasiano Senatus Consulto, ut desiderante eo, cui restituere rogatus esset, jussu Prætoris adiret, & restitueret hereditatem, perindeq; ei & in eum qui reciperet hereditatem, actiones darentur, ac juris est ex Trebelliano Senatus consulto. Quo nullis stipulationibus est opus, quia simul & huic,

qui restituit, securitas datur, & actiones hereditariæ ei, & in eum transferuntur, qui recipit hereditatem: utroq; Senatus Consulto in hac specie concurrente.

J. nov. Justin.

III. Tandem ultimam manum imposuit Justinianus & abolito SCti Pegasiani nomine ejusqve stipulationibus, SCti Trebelliani auctoritatem prætulit & reliqvam vim SCti Pegasiani in Trebellianum transfudit, novamqve formam huic tribuit, in heredis fiduciarii favorem, imprimis ut *Qvartam* detraheret, & actiones tantum pro ista *rata* detracta susciperet.

§. 7.

Captiosæ & creditoribus & heredi, *l. 2. l. 7. C. de pact. l. 2. C. de hered. Sent. Novell. 1. c. 1 & Nov. 39 pr.*

Sed qvia stipulationes ex Senatus-Consulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiqvitati displicuerunt, & qvibusdam casibus captiosas eas homo excelsi ingenii Paginianus appellat, & nobis in legibus magis simplicitas, qvàm difficultas placet: ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, qvam differentiis utriusq; Senatus-Consulti placuit, explosо Senatus-Consulto Pegasiano, qvod postea supervenit, omnem auctoritatem Trebelliano Senatus Consulto præstare, ut ex eo fideicommissariæ hereditates restituantur, sive habeat heres ex voluntate testatoris qvartam, sive plus, sive minus, sive nihil penitus, ut tunc, qvando vel nihil, vel minus qvarta apud eum remanet, liceat ei vel qvartam, vel qvod deest, ex nostra auctoritate retinere, vel repetere solutum, qvasi ex Trebelliano Senatus Consulto pro rata portione actionibus tam in heredem, qvam in fideicommissarium competen-

Transfusio SCti Pegas. in SC. Trebell.

petentibus. Si vero totam hereditatem sponte restituerit, omnes hereditariæ actiones fideicommissario, & adversus eam competant. Sed etiam id, quod præcipuum Pegasiani Senatus Consulti fuerat, ut quando recusaret heres scriptus sibi datam hereditatem adire, necessitas ei imponeretur totam hereditatem volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones, & hoc transposuimus ad Senatus-Consultum Trebellianum, ut ex hoc solo necessitas heredi imponatur, si, ipso nolente adire, fideicommissarius desideret restitui sibi hereditatem, nullo nec damno nec commodo apud heredem remanente.

Constitutio hæc non extat in Codice repetitæ prælectionis, sed & hujus tenorem Institutiones nobis adservarunt. *Vid. Exerc. ad π. 40, 12.*

§. 8.

Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres institutus, aut totam hereditatem, aut pro parte, restituere rogatur: an ex parte heres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem observari præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus. 1. Ampl. si ex parte heres instit.

§. 9.

Si quis una aliqua re deducta, sive præcepta, quæ quartam continet, veluti fundo, vel alia re, rogatus sit restituere hereditatem simil: modo ex Trebelliano Senatus-Consulto restitutio fiat, perinde ac si quarta parte retenta, rogatus esset reli- 2. Si parte simil. deducta heres institutus.

Conf. l. si legat. 30. §. multũ. ff. ad Sc. Trebell.

quam hereditatem restituere. Sed illud interest, quod altero casu, id est, cum deducta sive præcepta aliqua re, restituitur hereditas, in solidum ex eo Senatus Consulto actiones transferuntur, & res, quæ remanet apud heredem, sine ullo onere hereditario apud eum remanet, quasi ex legato ei acquisita: altero verò casu, id est, cum quarta parte retenta, rogatus est heres restituere hereditatem, & restituit, si induntur actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fidei-commissarium, pro quadrante remanent apud heredem. Quin etiam licet una re aliqua deducta, aut præcepta, restituere aliquis hereditatem rogatus sit, in qua maxima pars hereditatis contineatur, æque in solidum transferuntur actiones. Et secum deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. Eadem scilicet interveniunt, & si duabus pluribusve deductis præceptisve rebus, restituere hereditatem rogatus sit. Sed & si certæ summa deducta præceptave, quæ quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet, rogatus sit aliquis hereditatem restituere, idem jus est. Quæ autem diximus de eo, qui ex asse institutus est, eadem transferimus & ad eum, qui parte heres scriptus est.

3. Liberi præter legitimam & Trebellianicam detrah.

IV. Quod si *liberi* restituere rogati fuerint tertio, salvam utique habent *legitimam*, sed an præterea & *quartam* ex Trebelliano Sc. deducere possint, dubium est. Quanquam vero Jure Justinianeo quartam detrahere nequeunt, sed legitimam auctam ex L. Falcidia,

vell. 92. conf. *Novell. 39. c. 1. l. 6. C. h. t. l. 24. C. fam. ercisc.* Vsu tamen fori utramqve detrahunt, qvi Jure Canonico jam tum approbatus est, *cap. 16. X. de testam. c. 18. eod. Vid. Exerc. ad π. XL, 16. seqq.*

V. In eo tamen differt Qvarta Trebellianica à Falcidiæ, qvod non tantum ea, qvæ heres jure hereditario habet, imputantur, sed & qvæ jure legati vel fideicommissi vel implendæ conditionis causa accepit, *l. in qvartam. 91. π. ad L. Falcid. l. 22. §. 2. ad SCt. Trebell.* Gail. *2. O. 133.* Menoch. *arbitr. 256.* Carpz. *Dec. 22, 27.* Liberis tamen fructus medio tempore percepti non imputantur, *l. 6. C. ad SCt. Trebell.* Fab. *C. 6, 27. 4.* Christinæ. *1. Dec. 318, 30.* Cæteroqvin qvarta utraqve pari jure censetur. Diff. inter Falcidiam & Trebell.

VI. Fideicommissarii sunt vel certæ personæ, vel incertæ, & hæ vel proximiores de familia, vel in genere familia, *l. fin. C. de V. S. l. 32. §. ult. de leg. 2.* & hoc vel expresse vel tacite, veluti interdictione, ne extra familiam alienetur fideicommissum, *l. 38. §. 1. seqq. de leg. 3. l. 69. §. 3. de leg. 2.* Mantic. *de conject. ult. volunt. 6, 14. 24.* Sande *de prohib. rer. alien. 3, 5. 5.* eoqve casu succedunt postea ordine succedendi ab intestato, scilicet *ultimi possessoris* proximiores, J. Clar. *§. testam. Q. 76.* Mantic. *8, 12. 39.* A. Fab. *C. 6, 19. & 22. 27.* Carpz. *6. Resp. 35.* à qvo dissentit Dn. Struv. *Exerc. XXXVI, 19.* nec deest locus juri repræsentationis, *Knipschild. de fideicomm. famil.* Fideicommissarii qvotuplices clausula: ne extra familiam.

Alienatio an locum habeat

famil. c. 9, 22. H. Pist. *O. 164.* Deniqve possessor, in qvem fideicommissum translatum est, *alienare* id non potest, (sed cadit jure suo, & proximus in familia à qvolibet vindicare potest, *l. 69. §. pen. de leg. 2. l. 77. §. 27. eod.* etiam filius, *Knipschild. de fideicomm. famil. 11. 386. seq.*) nisi cognitâ causâ & decreto, *Carpz. 3. 8. def. 36.* veluti ob æs alienum testatoris, *l. 114. §. 14. de leg. 1.* aut heredis, cujus tamen successor jus revocandi post mortem illius habet, *l. 69. §. 1. de leg. 2.* Carpz. *3, 8. def. 34. seq.* aut ob alimenta heredis gravati, *Sand. de prohib. alien. 3, 8. 22.* aut ob dotem, vel donationem propter nuptias, *Sand. 3, 8. 18.*

§. 10.

II. Fideicommiss. ab intestato.

Praterea intestatus qvoque moriturus, potest rogare eum, ad qvem bona sua vel legitimo jure, vel honorario pertinere intelligit, ut hereditatem suam totam, partemve ejus, aut rem aliqvam, veluti fundum, hominem, pecuniam, alicui restituat: cum alioqui legata, nisi ex testamento, non valeant.

Conf. *l. 1. §. hoc autem. π. h. t. l. 78. pr. eod. l. 3. C. eo.* Huc etiam pertinet, si codicillis nullo testamento confirmatis relinqvitur, *l. 16. & l. pen. π. de jur. codicill.*

III. Conventionale

VII. Datur & tertia species, Fideicommissum *conventionale*, *l. 3. C. de donat. sub mod.* Natta *Consil. 532, 26.* Knipschild. *de Fideicomm. famil. 5, 29.* Est deniqve &

IV. Tacitum

Tacitum fideicommissum,

missum, in qvo voluntas rogandi de restituendo de jure præsumitur, §. 3. *supra. qvib. mod. test. infirm. l. qvi filium. 74. pr. π. ad SCt. Trebell.* qvod tamen ex sola prohibitione alienationis, non expressâ causa & persona vel familia, non præsumitur, *l. 114. §, 14. seq. de leg. 1.* & alias qvoqve obtinet regula: Fideicommissum non præsumi, *Richt. Dec. 62.*

§. 11.

Eum qvoqve, cui aliqvid restituitur, potest rogare, ut id rursum alii aut totum, aut partem, vel etiam aliqvid aliud restituat. Fideicommissi fideicommissum

Non potest tamen hic iterum detrahere Qvartam, nisi forté prior non detraxisset, *l. 1. §. 18. seq. l. 78. §. 11. π. h. t.* Carpz. 3, 1. *def. 14.*

VIII. Fideicommissarius triplicem habet actionem adversus gravatum, Implorationem officii judicis ad compellendum ut adeat, inventarium conficiat, & cautionem de restituendo præstet, qvâ & res ipsa & alia bona heredis hypothecantur, *Carpz. 6. Resp. 31. & 3, 8. def. 39.* Richt. *ad Auth. sed cum. n. 105. ad L. Falcid.* Et actionem ex testamento, ut restituat, utilem, si ab intestato, Condictionem in conventionali, *Oldend. Cl. 5. Act. 7. §. 5.* Itemqve Revocatoriam alienati fideicommissi, & acqvirit his non tantum dominium utile aut rerum, sed & directum & universitatis, *Exerc. ad π. XL, 33. seq.* Viciſſim tenetur restituenti præter Qvartam & sum- Fideicommissarii actiones 1. 2. 3. 4.

sumtus impensos forte, idemqve debitum q
defunctus gravato obligatus fuit, solvere, q
confusione hoc in casu non exstinguitur. *Pere*
5. *de Fideic. Art. 35, 1. seq.* Deniqve si restitu
hereditas fideicommissaria penes tertium
prehenditur, vel pars ejus, datur contra dete
torem Fideicommissaria hereditatis petiti
t. π. de fideic. hered. pet.

§. 12.

Probatio fidei-commissi

Et quia prima fideicommissorum cunab
à fide heredum pendent, & tam nomen, quam s
stantiam acceperunt, ideo Divus Augustus ad
cessitatem juris ea retraxit. Nuper & nos e
dem Principem superare contendentes, ex fac
quod Tribonianus, vir excellentissimus, Exqvæs
L. ult. C. de fideic. *sacri palatii, suggessit, Constitutionem fecim*
per qvam disposuimus, si testator fidei heredis
commisit, ut vel hereditatem, vel speciale fi
commissum restituat, & neqve ex scriptura, ne
ex qvinque testium numero, (qvi in fideicomm
legitimus esse noscitur) possit res manifestari,
vel pauciores, qvam qvinqve, vel nemo penitus
stis intervenerit: tunc sive pater heredis, sive a
qvicunqve sit, qvi fidem heredis elegerit, & ab
restitui aliqvid voluerit, si heres perfidia ten
adimplere fidem recusat, negando rem ita esse s
secutam, si fideicommissarius jusjurandum ei de
lerit, cum prius ipse de calumnia juraverit, nec
eum habere, vel jusjurandum subire, qvod n
tale à testatore audiverit, vel recusantem, ad fi
commissi vel universalis, vel specialis, solution

coarctari, ne depereat ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa. Eadem observari censuimus, & si à legatario, vel fideicommissario, aliqvid similiter relictum sit. Qvod si is, à qvo relictum dicitur, postqvam negaverit, confiteatur qvidem aliqvid à se relictum esse, sed ad Legis subtilitatem recurrat, omnino solvere cogendus est.

V. Cl. Chiffletii libros IV. *de jure fideicommissorum*, & speciatim regulas de *interpretatione* fideicommissorum *lib. 3. C. XV. & c. seq. de cognatis* fideicommissorum, *Consilio*, *Commendatione*, aliisqve. Interpretatio Cognata.

Tit. XXIV.

30. π. sqq 6. C. 42. seq.

De Singvlis Rebvs Per Fideicommissvm Relictis.

Pr.

Potest tamen qvis etiam singulas res per fideicommissum relinqvere, veluti fundum, argentum, hominem, vestem, & pecuniam numeratam, & vel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, vel legatarium, qvamvis à legatario legari non possit. Fideicommissum singulare

I. Convenit fideicommissum singulare & legatum naturâ generică, qvod utrumqve est Collatio rei in alterum ultimâ voluntate, differunt, qvod legatum directò & *immediate* legatario & per modum legis seu imperative ab herede cum legato convenit & ab eod. differt.

rede præſtandum relinqvatur : Fideicommiſ
ſum verò per indirectum & mediante tertio
non herede modo, ſed & legatario, aut ipſo f
deicommiſſario, itemqve precativo modo
Rogo, peto, deprecor, cupio, d. fidero &c. Vlpia
Tit. XXIV, §. 1. Cajus. *lib. 2. Inſt. 9, 8.* Paul.
Sent. 1, 6. Cl. Chifflet. *de Fideicomm. 2, 5.* qv
tamen verborum differentia ſublata per *l. 21.*
de legat. ut & aliæ qvas refert Vlpianus *d. l. pe*
naturâ *l. 1. de legat. 1.* Remanſit itaqve ſola differenti
qvod legatum à legatario legari non poſſit, ſe
fidei ejus committi, ut *tertio* reſtituat, *l. 2.*
commun. legat. & fideic. Vt enim aliud eſt, *ri*
Eo jure aliqvem heredem inſtituere, aliud *roga*
eum, ut hereditatem ſuam tertio per fideicom
miſſum reddat, *Gajus 2. Inſt. 9. pr.* ſic aliud eſt l
gato transmittere *dominium* in legatarium, ult
matè: aliud fideicommiſſo *obligare* heredem
aut legatarium, aut fideicommiſſarium, ad re
actionib. fideicommiſſario præſtandam. Vnde per n
turam rei actio perſonalis tantum nata fuit
fideicommiſſo, nec actione reali, qvâ legatu
peti potuit, *Vpian. d. t. 24. §. 1.* Juſtinian
tamen etiam fideicommiſſo easdem actione
qvæ legato competunt, conceſſit, *l. 1. Commu*
leg. & fideic.

§. 1.

deqvibus rebus *Poteſt autem non ſolum propriasres teſtat*
per fideicommiſſum relinqvere, ſed & heredis aut
gatarii, aut fideicommiſſarii, aut cujuslibet alt
rii

rius. Itaq; legatarius, & fideicommissarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quæ ei relicta sit: sed etiam de alia, sive ipsius, sive aliena sit. Hoc solum observandum est, ne plus quisquam rogatur alicui restituere, quàm ipse ex testamento ceperit. nam quod amplius est, inutiliter relinquitur. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere & præstare, aut æstimationem ejus solvere.

§. 2.

Libertas quoq; servo per fideicommissum dari potest, ut heres cum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius. nec interest, utrum de suo proprio servo testator roget, an de eo, qui ipsius heredis, aut legatarii, vel etiam extranei sit. Itaq; & alienus servus redimi & manumitti debet. Quod si dominus eum non vendat, si modo nihil ex judicio ejus, qui reliquit libertatem, perceperit, non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur, quoad possit, tempore procedente, ubicunq; occasio serviredimendi fuerit, præstari libertas. Qui autem ex fideicommissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris servus fit, sed ejus, qui manumittit. At is, qui directo ex testamento liber esse jubetur, ipsius testatoris libertus fit: qui etiam orcinus appellatur. Nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quàm qui utroq; tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentum, & quo moreretur. Directo autem

Conf. t. ff. de fideic. libert.

Orcinus libertus

libertas tunc dari videtur, cum non ab alio servus manumitti rogat, sed velut ex suo testamento libertatem ei competere vult.

§. 3.

Formulæ *Verba autem fideicommissorum hæc maxime in usu habentur: Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo. quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent.*

Sic & in vernaculo usitatum institutioni aut legato adjici: mit dem Befehl / Bedin und fideicommiss. daß &c.

Conf. *t. t. π. de legat. & fideicomm. t. C. commun. leg. & fideicomm.* Alex. Tiramin. *Tr. de exæquat. legat. cum fideicomm.*

29. π. ult. 6. C. 36.

TIT. XXV.

DE CODICILLIS.

Codicillorum origo ex J. N. & G.

SVpra Tit. X, 1. dictum, voluntatis ultimæ duas esse species, unam qva heres institutur, & de successione ipsa disponitur, altera qvidvis aliud disponitur. prior à Romanis Testamentum dicitur, posterior, Codicilli, epistola, schedula, sed & nudis verbis nuncupativis & ipso nutu fieri potest, *l. 7. C. qui test. fac. l. C. de fideicomm.* qvæ ipsa Juri naturali atqve gentium propior est priore, Romanis tamen seculis recepta.

Pr.

Ante Augusti tempora constat codicillorum jus in usu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus, ex cujus persona etiam fideicommissa esse cœperunt, codicillos introduxit. Nam cum decederet in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret aliquid, & cum Divus Augustus voluntatem ejus implesset, deinde reliqui ejus auctoritatem secuti, fideicommissa præstabant, & filia Lentuli, legata, quæ jure non debebat, solvit. Dicitur autem Augustus convocasse sapientes viros, interque eos Trebatium quoque, cujus tunc auctoritas maxima erat, & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonans à juris ratione codicillorum usus esset; & Trebatium suasisse Augusto, quod diceret, utilissimum & necessarium hoc civibus esse, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent, ubi si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Post quæ tempora, cum & Labeo codicillos fecisset, jam nemini dubium erat, quin codicilli jure optimo admitterentur.

§. 1.

Non tantum autem testamento facto potest quis codicillos facere, sed & intestatus quis decedens fideicommittere codicillis potest. Sed cum ante testamentum factum codicilli facti erant, Papinianus ait non aliter vires habere, quàm si speciali postea voluntate confirmentur. Sed Divi ab intestato

Severus & Antoninus rescripserunt, ex iis codicillis qui testamentum præcedunt, posse fideicommissum peti, si appareat, eum, qui testamentum fecit, a voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse.

Conf. *l. ab intestato. 16. π. h. t. l. 3. eo. l. 8. eo.*

perclauſ. codicillarum

II. Tertio poſſunt etiam codicilli fieri medio modo ac ſubſidiario, per clauſulam codicillarem: *Si hoc meum teſtamentum non valuerit ut teſtamentum, valeat tamen ut Codicilli* ſcilicet ab inteſtato facti; cujus effectus eſt, evacuato forte teſtamento, veluti ſi non ſeptem teſtes, vel non rogati ad fuerint, ſi titulus inſtitutionis omiſſus, ſi liberi præteriti, ſi teſtamentum poſthumus rumpit; tenor tamen ejus in ſtar codicillorum ab inteſtato ſuſtineatur, *l. 1. π. h. t.* Turret. *Tr. de Clauſul. Codicill.* Zepper. *de Codicill.* Carpz. *6. Reſp. 113.* Gail. *2. O. 114.*

§. 2.

diff. teſtamenti & codicillor. Reg. Exc.

Codicillis autem hereditas neq; dari, neq; adimi poteſt, ne confundatur jus teſtamentorum & codicillorum; & ideo nec exheredatio ſcribi. Directo autem hereditas codicillis neq; dari, neq; adimi poteſt: nam per fideicommiſſum heredit codicillis jure relinqvitur. Nec conditionem heredi inſtituto codicillis adjicere, neq; ſubſtituere directo qvis poteſt.

Ampl. exceptionis 1.

Conf. *l. litera. 17. π. h. t. l. 2. C. h. t. l. 7.* Vſu receptum, ut etiam directa heredis inſtitutio pro indirecta habeatur, ita ut here-

legit

legitimus adeat, & detracta qvartâ restituat, *Carpz. Decis. 152. fi. & 3, 4. def. 35, 9.* Richt. *Dec. 64.* Qvam vim etiam prædictæ clausulæ codicillari tribuunt, *Carpz. 6. Resp. 7.* Richt. *Dec. 63.* Jus Wurtenb. *P. 3. t. 26. V. Exerc. ad π. XIV, 51. seq.*

§. 3.

Reqvisita codicillor. J. Civ.

Codicillos autem etiam plures qvis facere potest, & nullam solennitatem ordinationis desiderant, qvam testamentum solenne reqvirit. Et ipsius manu neqve scribi neqve signari necesse est, *l. 6. §. 1. π. h. t.* Cæteroqvin numerus *testium qvinarius* reqviritur, non tantum ad probationis necessitatem, cui duo tresve sufficiunt, sed ad ordinationis substantiam, *l. fi. §. fi. C. h. t.* Carpz. *3. 4, 35. fi.* qva ratione Codicilli juris civilis facti sunt, & differunt ab alia qvalibet voluntate Juris gentium. Cœcus in codicillis sextum testem aut Notarium adhibere debet, *Richt. ad Cod. l. 8. h. t. n. 68.* Jure tamen Statutario etiam tres sufficiunt testes, veluti Francofurtano ad Mœnum, *P. 4. §. 4.*

De Executoribus Testamentorum.

Executorum origo

III. Vsu fori receptum est, ut testatores in testamentis certos Executores denominent, relictis ob eam rem legatis, ut velut curatores aut inspectores attendant & curent, qvo omnia, qvæ disposuit, heres & si qvi alii exsequantur, implorato ficubi opus etiam officio

judicis, qvam curam qvi detrectat, neqve lega
tum ob id relictum capit.

munus IV. Officium in eo ſitum eſt, ut curet in
ventarium confici, heredes atqve legatarios ſu
um qvemqve conſeqvi, imprimis cauſas pias
ſi neceſſitas exigat, bona conſenſu magiſtratû
& qvorum intereſt, alienari. Si plures ſunt
regulariter in ſolidum & conjunctim rem ge
runt. Sed & ad rationes reddendas his qvo
rum intereſt tenentur. Vid. Oldendorp. *de ex
ecutor. ultim. volunt.* Jac. à Canibus
de hoc eodem argu-
mento.

FINIS LIBRI II.

L

LIBER III.

TIT. I.

DE HEREDITATIBVS, QVÆ AB INTESTATO DEFERVNTVR.

38. 2. 6. sqq. 6. C. 14. sqq. Nov. 118.

I.

IN Abulis non extantibus, ex qvibus successio testamentaria locum haberet, regula Juris naturalis obtinet de successione ab intestato, jure *familiæ* & cognationis; qvam sapientissimus Judæus Jesus Siracides adeò inculcat, ut ejus oppositam transmissionem extra familiam inter ea recenseat, qvæ ex honestatis dictamine *pudorem* incutiant, *cap. 42. 3.* Sicut enim qvilibet de Jure naturæ se & suos conservare & augere debet, ita & hæreditatis suæ relictione id præstare debet regulariter; consequenter item etiam velle præsumitur. Paulus JC. *creditur paterfam. sponte suâ succedentibus ab intestato relinqvere legitimam hæreditatem l. conficiuntur. 8. §. 1. De Jure Codicill.* conf. *H. Grot. de J. B. 2, 7, 3.* Porrò

Successionis ab intest. origo ex J. Nat.

Pr.

inteſtatus qvis

Inteſtatus decedit, qvi aut omnino teſtamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id, qvod fecerat, ruptum irritumve factum eſt, aut ſi ex e nemo hæres extiterit. Conf. *l. 6. π. de legitut.*

1. gradus ſucceſſ. J. N.

II. Qvemadmodum verò inclinationi & amoris illius naturalis gradus ſunt, ita & Juris ac obligationis transmittendi. Et cum ipſ deſcendat potiùs, qvam adſcendat, itaq; primu obligationis gradus eſt, ut LIBERIS ſuis ſeu *deſcendentibus* relinqvatur. Paulus ait, rationem naturalem, qvaſi legem qvandam tacitam, libe ris parentium hæreditatem addicere velut a debitam ſucceſſionem eos vocando, *l. 7. de bo damnat.* Qvod tamen Jus Civ. Romanum a filios eosqve in poteſtate reſtrinxit, qvos *ſui hæredes* vocat. Sed Prætor æqvitatem naturalem ſecutus omnibus omnino Bonorum poſſeſſionem *Vnde liberi* conceſſit.

J. Civ.

J. Præt.

§. 1.

J. XII. Tab.

Inteſtatorum autem hæreditates, ex Le duodecim Tabularum primum ad ſuos hæred pertinent.

§. 2.

Suus hetes qvis

Sui autem hæredes exiſtimantur (ut ſupra ximus) qvi in poteſtate morientis fuerint: veluti lius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos pron ptisve ex nepote, ex filio nato prognatus prognata Nec interest, utrũ naturales liberi ſint, an adopti

Qi

Quibus connumerari neceſſe eſt etiam eos, qui ex legitimis quidem nuptiis, vel matrimoniis non ſunt progeniti, curiis tamen Civitatum dati, ſecundum divalium Conſtitutionum, quæ ſuper his poſitæ ſunt, tenorem hæredum ſuorum Jura nanciscuntur. Nec non eos, quos noſtræ amplexæ ſunt Conſtitutiones, per quas juſſimus, ut ſiquis mulierem in ſuo Contubernio copulaverit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere Conjugium, & ex ea liberos ſuſtulerit: Poſtea verò affectione procedente, etiam nuptialia inſtrumenta fecerit cum ea, & filios vel filias habuerit: non ſolum eos liberos, qui poſt dotem editi ſunt, juſtos & in poteſtate patris eſſe; Sed etiam anteriores, qui & iis, qui poſtea nati ſunt, occaſionem legitimi nominis præſtiterunt. Quod obtinere cenſuimus, etſi non progeniti fuerint poſt dotale inſtrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hâc luce fuerint ſubtracti. Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve, ſuorum hæredum numero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit in poteſtate parentis eſſe; ſive morte id acciderit, ſive alia ratione, veluti emancipatione. Nam ſi per id tempus; quo quis moritur, filius in poteſtate ejus ſit, nepos ex eo ſuus hæres eſſe non poteſt. Idq; & in ceteris deinceps liberorum perſonis dictum eſſe intelligimus. Poſthumi quoq;, qui ſi vivo parente nati eſſent, in poteſtate ejus futuri forent, ſui hæredes ſunt.

§. fi. J. de nupt.

L. 10. ſeq. C. de natur. lib.

L. 3. C. de inceſt. nupt.

§. 3.

qvomodo fiat. *Sui autem heredes fiunt etiam ignorantes, & licet furiosi sint, heredes possunt existere: quia quibus ex causis, ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis & furiosis acquiri potest. Et statim à morte parentis quasi continuatur dominium, & ideo nec tutoris auctoritate opus est, pupillis, cum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas: nec Curatoris assensu acquiritur furioso, sed ipso Jure.*

§. 4.

etiam postlimi-nio *Interdum autem, licet in potestate parentis, mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur: Veluti si ab hostibus qvis reversus fuerit post mortem in patris sui: Jus enim postliminii hoc facit.*

§. 5.

qvomodo desinat *Per contrarium autem hoc evenit, ut licet qvis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus heres non fiat: veluti si post mortem suam pater judicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria ejus damnata fuerit. Suum enim heredem habere non potest, cum fiscus ei succedat: sed potest dici, ipso qvidem Jure suum heredem esse, sed desinere.*

§. 6.

jus repræsentationis *Cum filius filiave, & ex altero filio nepos neptisve existunt, pariter ad hereditatem avi vocantur: nec qvi gradu proximior est, ulteriorem excludit. Æqvum enim esse videtur, nepotes ne*

ptesv

ptesve in patru sui locum succedere. Pari ratione, & si nepos neptisve sit ex filiô, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur. Et quia placuit nepotes neptesve, item pronepotes pronepteſve in parentis sui locum succedere, conveniens esse visum est, non in capita, sed in stirpes hereditatem dividi, ut filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluresvo nepotes alteram dimidiam. Item si ex duobus filiis nepotes neptesve existant, ex altero unus forte aut duo, ex altero tres aut qvatuor; ad unum aut duòs dimidia pars pertineat, ad tres vel ad qvatuor altera dimidia.

§. 7.

Ex qvo tempore suitas æstimatur

Cum autem qværitur, an qvis suus heres existere possit, eo tempore qværendum est, qvo certum est, aliqvem sine testamento decessisse, qvod accidit & destituto testamento. Hac ratione, si filius exhæredatus fuerit, & extraneus heres institutus, & filio mortuo, postea certum fuerit, heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut qvia noluit esse heres, aut qvia non potuit, nepos avo suus heres existet; qvia qvo tempore certum est intestatum decessisse patremfamilias, solus invenitur nepos: & hoc certum est.

§. 8.

Natus post mortem avi. Adoptatus à filio emancipato.

Et licet post mortem avi natus sit, tamen avo vivo conceptus, mortuo patre ejus, postea, deserto avi testamento, suus heres efficitur. Plane si & conceptus & natus fuerit post mortem avi, mortuo patre suo, deserto, postea avi testamento, suus

ſuus heres avo non exiſtet: quia nullo Jure cognationis patrem ſui patris attigit. Sed nec ille eſt inter liberos avi, quem filius emancipatus adoptavit. Hi autem, cum non ſint ſui, (quantum ad hereditatem, liberi, neque bonorum poſſeſſionem petere poſſunt, quaſi proximi cognati. Hæc de ſuis heredibus.

Sed vid. Novell. 118. c. 1.

§. 9.

Emancipatus qvat. ſuccedit.

Emancipati autem liberi Jure Civili nihil Juris habent: neque enim ſui heredes ſunt, qui in poteſtate parentis eſſe deſierunt, neq; ullo alio Jure per Legem duodecim tabularum vocantur. Sed Prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum poſſeſſionem VNDE LIBERI, perinde ac ſi in poteſtate parentis, tempore mortis fuiſſent: ſive ſoli ſint, ſive cum ſuis heredibus concurrant. itaque duobus liberis exiſtentibus, emancipato uno, & eo qui tempore mortis in poteſtate fuerit, Sanè quidem is, qui in poteſtate fuit, ſolus Jure Civili heres eſt, & ſolus ſuus heres: Sed cum emancipatus beneficio Prætoris in partem admittitur, evenit, ut ſuus heres pro parte heres ſiat.

V. d. Nov. 118. c. 1.

§. 10.

Emancipatus qui poſtea arrogatur

At hi qui emancipati à parente in adoptionem ſe dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quaſi liberi: ſi modo, cum is moreretur, in adoptiva familia fuerint. Nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac ſi emancipati ab

ipſo

ipso essent, nec unquam in adoptiva familia fuissent. Et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. Post mortem vero naturalis patris, emancipati ab adoptivo patre, & quantum ad hunc adoptivum patrem pertinet, æque extraneorum loco fiunt; & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciscuntur. Quod idvo sic placuit, quia iniquum erat esse in potestate patris adoptivi, ad quos bona naturalis patris pertineant, utrum ad liberos ejus, an ad agnatos.

Conf. l. pen. §. 2. C. de adopt.

§. 11.

Adoptivi & naturales conferuntur

Minus ergo Juris habent adoptivi filiis, quam naturales. Namq; naturales emancipati, beneficio Prætoris gradum liberorum retinent, licet Jure Civili perdant: adoptivi vero emancipati, & Jure Civili perdunt gradum liberorum, & à Prætore non admittuntur, & rectè. Naturalia enim Jura Civilis ratio perimere non potest: nec, quia desinunt sui hæredes esse, possunt desinere filii filiæve, aut nepotes neptesve esse. adoptivi verò emancipati, extraneorum loco incipiunt esse: quia Jus nomenq; filii filiæq;, quod per adoptionem consecuti sunt, alia Civili ratione, id est, emancipatione perdunt.

§. 12.

B. P. contra tabulas.

Eadem hæc observantur, & in ea bonorum possessione, quam contra tabulas testamenti Parentis liberis præteritis, id est, neq; hæredibus institutis neq; ut oportet exhæredatis, Prætor pollicetur.

cetur. Nam eos quidem, qui in potestate mortis tempore fuerint, & emancipatos vocat Prætor ad eandem bonorum possessionem: eos verò, qui in adoptiva familia fuerint, per hoc tempus, quo naturalis parens moreretur, repellit. Idem adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre sicut nec ab intestato, ita longe minus contra tabulas testamenti, ad bona ejus admittit; quia desinunt in numero liberorum ejus esse.

Conf. t. π. de B. P. contra tab.

§. 13.

Vnde cognati

Admonendi tamen sumus, eos, qui in adoptiva familia sunt, qui vè post mortem naturalis patris, ab adoptivo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte Edicti, qua liberi ad possessionem bonorum vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, scilicet qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, si neq; sui heredes liberi, neq; emancipati obstent, neq; agnatus quidem ullus interveniat; Ante enim Prætor liberos vocat tam suos heredes, quam emancipatos, deinde legitimos heredes, tertio proximos cognatos.

Conf. t. 1. π. unde cogn.

§. 14.

Jus novum de adoptivis

Sed ea omnia antiquitati quidem placuerunt: aliquam autem emandationem à nostra Constitutione acceperunt, quam super iis personis exposuimus, quæ à patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos casus, in quibus filii & naturalium paren-

parentum successionem propter adoptionem amittebant, & adoptione facile per emancipationem soluta ad neutrius patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes, Constitutionem scripsimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia Jura servari, atq; si in patris naturalis potestate per mansisset, nec penitus adoptio fuisset subsecuta: nisi in hoc tantummodo casu, ut possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. Testamento autem eo facto, neq; Jure Civili, neq; prætorio, ex hereditate ejus aliquid persequi potest: neq; contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi querela instituta: cum nec necessitas patri adoptivo imponatur, vel heredem eum instituere, vel exheredem facere: utpote nullo vinculo naturali copulatum: neq; si ex Sabiniano Senatus Consulto ex tribus maribus fuerit adoptatus. V. l. §. C. de decur. *Nam & in ejusmodi casu, neq; quarta ei servatur, neq; ulla actio ad ejus persecutionem ei competit. Nostra autem Constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum susceperit. Utroq; enim Jure, tam naturali quam legitimo, in hanc personam concurrente, pristina Jura tali adoptioni servamus: quemadmodum si paterfamilias sese dederit arrogandũ; quæ specialiter & singulatim ex præfatæ Constitutionis tenore possunt colligi.*

V. l. pen. C. de adopt.

§. 15.

Item vetustas ex masculis progenitos plus diligens, solos nepotes vel neptes, qui quæ ex virili se- de descend. ex fœminis.

li sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, & jure agnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus nati sunt, & pronepotes, qui ex neptibus, cognatorum loco connumerans, post agnatorum lineam eos vocabat, tam in avi vel proavi materni, quam in aviæ vel proaviæ sive paternæ sive maternæ, successionem. Divi autem Principes non passi sunt talem contra naturam injuriam sine competenti emendatione relinquere: sed cum nepotis & pronepotis nomen commune sit utrisq;, tam qui ex masculis, quam qui ex fœminis descendunt, ideo eundem gradum & ordinem successionis eis donaverunt. Sed ut amplius aliquid sit eis, qui non solum naturæ, sed etiam veteris Juris suffragiis muniuntur, portionem neptem, vel neptum, vel deinceps (de quibus supra diximus) paulo minuendam esse existimaverunt, ut minus tertia parte acciperent, quàm mater eorum, vel avia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel avus paternus, sive maternus, quando fœmina mortua sit, cujus de hereditate agitur, iisq; (licet soli sint) adeuntibus, agnatos minime vocabant. Et quemadmodum Lex duodecim tabularum, filio mortuo, nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes, in locum patris sui ad successionem avi sui vocat; ita & Principalis dispositio in locum matris suæ, vel aviæ, eos cum jam designata partis tertiæ deminutione vocat.

L. 9. C. de suis & legit.

§. 16.

J. Justin. *Sed nos, cum adhuc dubitatio maneret inter agnatos & memoratas nepotes, quartam partem sub-*

substantiæ defuncti agnatis sibi vindicantibus ex cujusdam Constitutionis auctoritate, memoratam quidem Constitutionem à nostro Codice segregavimus, neq; inseri eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra autem Constitutione promulgata, toti Juri ejus derogatum est; & sanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, vel deinceps, superstitibus, agnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare, ne hi, qui ex transversa linea veniunt, potiores his habeantur, qui recto Jure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem & tempora, & tunc sancimus: ita tamen, ut quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas statuit, non in capita, sed in stirpes dividi hereditatem: similiter nos inter filios & nepotes ex filia, distributionem fieri jubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes, alias deinceps personas, ut utraq; progenies, matris vel patris, aviæ vel avi portionem sine ulla deminutione consequatur: ut si forte unus vel duo ex una parte, ex altera tres aut quatuor extent, unus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant. L. 4. C. Th. de legit. hereditat. & ib. J. Goth. L. ult. C. de suis & legit. jus repræsent.

Conf. Novell. 18. c. 4. & 118. c. 1.

III. Justinianus deniqve *Novell. CXVIII. c. 1.* Jus Prætorium confirmavit & indifferenter omnes descendentes *legitimos* vel legitimatos per *subsequens matrimonium*, adoptivos quoque, adscendentibus præferri voluit, legitimati verò per *rescriptum Principis* regulariter non Novissimum jus Justin.

succedunt cum legitimis, nisi ex concessione Principis & parentis, *Gail. 20. 142. Carpz. 2, 6. def. 27.* tam primi gradus, qvàm secundi vel tertii, cum eâ tamen differentia, ut si ex uno alterove gradu præmortui fuerint parentes, Jure eos *repræsentandi* succedant liberi sive nepotes, sed non in capita, verum in *stirpes*. Qvod repræsentationis Jus fundatur in Jure naturali non tam in cura alimentorum, *H. Grot. de J. B. 2, 7. 6.* qvam in σοργῇ illa prædictâ & præsumta defuncti voluntate erga nepotes, non minus qvàm erga filium prædefunctum. *Exerc. ad π. XLI, 65.*

Juris repræsent. fundament.

J. Hod. in casu nuptiar. secund.

IV. Restringitur Jus succedendi liberorum *usu fori* nostri per *secundas nuptias* superstitis parentis, per transactionem & divisionem bonorum præsentium, durch Abtheilung mit den Kindern/ ante contractas nuptias secundas, qvâ duas tertias liberi, & unum pater solet acqvirere, *J. Saxon. Prov. L. 1. A. S.*

de illegitimorum success.

V. Illegitimi liberi naturales & spurii regulariter matri succedunt, *l. 2. l. 8. Vnde cognati. l. 2. C. ad SC. orphit.* non patri, naturales tamen ex hereditate ejus *alimenta* Jure petunt, donec sibi ipsis victum qværere possunt, *Auth. Licet de natural. lib.* Excipe, si nulli legitimi liberi nec conjux superstes est, tunc in sextam partem sive duas uncias succedunt naturales illegitimi una cum concubina matre, *Novell 89. c. 4.* non verò eorum liberi, *l. ultim. C. de natural. lib.*

Carpz.

Carpz. 3. 14. def. 6. Richt, de succeff. ab intest. S. 1. m. 3. n. 5. seqq. Spurii non item, *l. penult. C. ad SC. orphit.* At inceſtuoſi & adulterini neutri parentum ſuccedunt, *Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* Sed alimenta tantum debentur, *Gabr. Palæotas Tr. de Nothis & ſpuriis. c. 41. Richt. d. l.*

VI. Jure Saxonico ſpecialiter filiis ex paterna hereditate competunt intra annum & diem à tempore ſcientiæ mortis, nes expeditoriæ qvæ expeditioni militari inſerviunt, J. Sax. res expedit. Heergeräthe / Heergewette. *Carpz. 3. 38. def. 24. 31. ſeqq. Richt. de ſucceff. 1, 1, 56. &* inter plures ſeniori, gladius. *J. Saxon. Prov. L. 1. A. 27.*

VII. Vicisſim filiæ & neptes, etiam ſpuriæ *Carpz. 2, 14. def. 58.* eodem Jure obtinent ex hereditate *materna* bona utenſilia ſive *Geradam. J. Sax. l. 1. π. 27.* hoc eſt, qvæ uxor in dominio ſuo & poſſeſſione uſuqve habuit, *Goldbeck. de Gerada. Carpz. 2, 14. def. 22. Richt. de ſucceſſione. 1 1, 70,* eodem Jure gaudent & clerici, *Carpz. 2, 14. def. 60.* rerum expeditoriarum incapaces. Qvod ſi tota hereditas materna in his rebus conſiſtit, *filio* exinde *legitima* debetur, *Richt. d. tr. 1. 1, 60.* Gerada.

IIX. Hæc de ordine deſcendentium, poſt qvos naturali ratione ſeqvuntur adſcendentes, parentes atqve avi aviæqve ſed Jus civile Romanum *patrem* inter *agnatos* demum vocabat.

TIT. II.

38. π. 7. sq. & 16. sq. 6. C. 15. Nov. 118.

DE LEGITIMA AGNATORVM SVCCESSIONE.

Pr.

Secundo ordo successionum ex L. XII. Tab.

SI nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes Prætor vel Constitutiones vocant, existat, qui successionem quoquo modo amplectatur, tunc ex Lege duodecim tabularum ad agnatum proximum pertinet hereditas.

§. 1.

Agnati qui

Sunt autem agnati, (ut primo quoque libro tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione conjuncti, quasi à patre cognati. Itaque ex eodem patre nati fratres agnati sibi sunt; qui & consanguinei vocantur: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi agnatus est. eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt, qui etiam consobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus agnationis pervenire poterimus. Ii etiam, qui post mortem patris nascuntur, jura consanguinitatis nanciscuntur. Non tamen omnibus simul agnatis dat Lex hereditatem: sed iis, qui tunc proximiore gradu sunt, cum certum esse cœperit, aliquem intestatum decessisse.

§. 2.

§. 2.

Per adoptionem quoque agnationis Jus consistit: veluti inter filios naturales, & eos, quos pater eorum adoptavit. Nec dubium est, quin ii impropriè consanguinei appellentur. Item si quis ex ceteris agnatis (tuis,) veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu est, adoptaverit aliquem, agnatus inter tuos heredes esse non dubitatur. Agnati per adoptionem

Conf. *l. 1. §. ult. ff. de suis & legit. l. 2. §. sed & ipsa, 19. ff. ad SC. Tertull.* unde Cujac. legit hîc: *propriè.*

§. 3.

Ceterum inter masculos quidem agnationis Jure hereditas, etiamsi longissimo gradu sint, ultro citroque capitur. Quod ad feminas verò (attinet) ita placebat, ut ipsæ consanguinitatis Jure tantum capiant hereditatem, si sorores sint; ulterius non capiant: masculi autem ad earum hereditates (etiamsi longissimo gradu sint) admittantur. Quæ de causa fratris tui aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hereditas ad te pertinebat: tua verò ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat, quia commodius videbatur, ita Jura constitui, ut plerumque hereditates ad masculos confluerent. Sed quia sane iniquum erat, in universum eas quasi extraneas repelli: Prætor eas ad bonorum possessionem admittit ea parte, qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur: ex qua parte ita scilicet admittuntur, Differentia hîc in sexu

si neqve agnatus ullus, neqve proximior cognatus interveniat. Et hæc qvidem Lex duodecim Tabularum nullo modo introduxit: sed simplicitatem Legibus amicam amplexa, simili modo omnes agnatos, sive masculos, sive feminas, cujuscunqve gradus, ad similitudinem suorum, invicem ad successionem vocabat. ex media JPrud. *Media autem Jurisprudentia, quæ erat qvidem Lege duodecim Tabularum junior, Imperiali autem dispositione anterior, subtilitate qvadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitus eas à successione agnatorum repellebat, omni alia successione incognita:* qvæ J. Prætorio emendata. *donec Prætores paulatim asperitatem Juris civilis corrigentes, sive, qvod deerat, implentes, humano proposito alium ordinem suis Edictis addiderunt: & cognationis linea, proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eas adjuvabant, & pollicebantur his bonorum possessionem, qvæ VNDE COGNATI appellatur.* magisq; J. Justin. *Nos verò Legem duodecim Tabularum seqventes, & ejus vestigia in hâc parte conservantes, laudamus qvidem Prætores suæ humanitatis, non tamen eos inplenum huic causæ mederi invenimus. Qvare etenim uno eodemq; gradu naturali concurrente, & agnationis titulis tam in masculis qvam feminis æqva lance constitutis, masculis qvidem dabatur ad successionem venire omnium agnatorum: ex agnatis autem mulieribus nulli penitus, visi soli sorori, ad agnatorum successionem patebat aditus. ideo nos in plenum omnia reducentes, & ad Jus duodecim Tabularum eandem dispositionem exæqvan-*

quantes, nostra constitutione sancimus, omnes legitimas personas, id est, per virilem sexum descendentes (sive masculini generis, sive feminini sint) simili modo ad Jura successionis legitimæ ab intestato vocari, secundum sui gradus prærogativam, nec ideo excludendas, quia consanguinitatis Jura, sicut germanæ, non habent. L pen. C. de legit. hered.

§. 4.

Hoc etiam addendum nostræ Constitutioni existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus à Jure cognationis in legitimam successionem: ut non solum fratris filius & filia (secundum quod jam definivimus) ad successionem patrui sui vocentur; sed etiam germanæ consanguineæ; vel sororis uterinæ filius & filia soli, & non deinceps personæ, una cum his ad jura avunculi sui perveniant, & mortuo eo, qui partus quidem est sui fratris filiis, avunculus autem sororis suæ soboli, simili modo ab utroq; latere succedant, tanquam si omnes ex masculis descendentes legitimo Jure veniunt, scilicet ubi frater & soror superstites non sunt. His etenim personis præcedentibus, & successionem admittentibus, ceteri gradus remanent penitus semoti, videlicet hereditate non in stirpes, sed in capita dividenda. extensa ad fororum liberos

§. 5.

Si plures sint gradus agnatorum, aperte Lex duodecim Tabularum proximum vocat. Itaque si (v.g.) sint defuncti frater & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. Et quamvis singulari numero usa Lex duodecem Tabularum Proximus quis

rum proximum vocet, tamen dubium non est, quin, si plures sint ejusdem gradus, omnes admittantur. Nam & proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur; & tamen non dubium est, quin, licet unus sit gradus agnatorum, pertineat ad eos hereditas.

§. 6.

ex quo tempore æstimetur

Proximus autem, si quidem nullo testamento facto quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is, cujus de hereditate quæritur. Quod si facto testamento quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo certum esse cœperit, nullum ex testamento heredem extiturum; tunc enim proprie quisq; intestatus decessisse intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur. In quo spatio temporis sæpe accidit, ut proximiore mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore, non erat proximus.

Conf. l. 2. §. 6. ff. de suis & legit.

§. 7.

de successorio edicto. J. vetus V. l. 2. pr. ff. de suis & legit.

Placebat autem in eo genere percipiendarum hereditatum successionem non esse: id est, ut quamvis proximus qui secundum ea, quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreverit hereditatem, aut, antequam adeat, decesserit, nihilo magis legitimo Jure sequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto Jure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant, sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote agnationis Jure eis recluso: Sed nos nihil perfectissimo Juri

Juri deesse capientes, nostra Constitutione (quam de Jure patronatus, humanitate suggerente, protulimus) sancimus, successionem in agnatorum hereditatem non esse eis denegandam, cum satis absurdum erat, quod cognatis à Prætore apertum est, hoc agnatis esse reclusum, maxime cum in onere quidem tutelarum, & primo gradu deficiente, sequens succedit, & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum. non extat V. tamen l. 4. C. de bon libert.

§. 8.

Ad legitimam successionem nihilominus vocatur etiam parens, qui non contractâ fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat: Quod ex nostra Constitutione omnino inducitur, ut emancipationes liberorum semper videantur quasi contracta fiducia fieri, cum apud veteres non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter contractâ fiducia parens manumisisset. Legitima parentum successio

Vid. *l. fi. C. de emanc. lib.* continetur autem contractâ fiduciâ, reservatio juris succendendi. Conf. Exerc. ad ff. 41, 69.

XI. Similiter *matrem* Jus Romanum inter *cognatos* ex SCto Tertulliano admisit ad successionem liberorum.

Tit. III.

De Senatus Consulto Tertullian.

38. ff. 17. 6. C. 56.

Pr.

Lex duodecim Tabularum ita stricto Jure utebatur, & præponebat masculorum progeniem, & eos, Rigor L. XII. Tab.

& eos, qvi per fœminini sexus necessitudinem sibi junguntur, adeo expellebat, ut ne qvidem inter matrem & filium, filiamve, ultro citroqve hereditatis capiendæ jus daret: nisi qvod Prætores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem, bonorum possessione VNDE COGNATI adcommodata, vocabant.

§. 1.

temperatus L. Claudii

Sed hæ Juris angustiæ postea emendatæ sunt, Et primus qvidem divus Claudius matri, ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hereditatem.

Svetonius in Claudio cap. XIX. *Fœminis jus qvatuor liberorum* constituit.

§. 2.

SC. Tertulliano

Postea autem Senatusconsulto Tertulliano, qvod divi Adriani temporibus factum est, plenissime de tristi successione matri, non etiam aviæ deferenda, cautum est, ut mater ingenua trium liberorum Jus habens, libertina qvatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur intestato mortuorum, licet in potestate parentis sit: ut scilicet, cum alieno Juri subjecta est, jussu ejus adeat hereditatem, cujus Juri subjecta est.

SCtum illud factum Tertullo & Licinio Sacerdote Coss. A. C. 158. sub Antonino Pio ab Hadriano adoptato. *Vid. Exerc. ad π. 3, 6.*

§. 3.

Qvi præferantur matri,

Præferuntur autem matri liberi defuncti, qvi sui sunt, qvive suorum loco sunt, sive primi gradus,

gradus, sive ulterioris. Sed & filiæ suæ mortuæ filius vel filia præponitur ex Constitutionibus matri defunctæ, id est, aviæ suæ. Pater verò utriusque, non etiam avus & proavus matri anteponitur, scilicet cum inter eos solos de hereditate agitur. Frater autem consanguineus, tam filii quam filiæ, excludebat matrem. Soror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur. Sed si fuerant frater & soror consanguinei, & mater liberis onerata, frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hereditas, ex æquis partibus fratribus & sororibus. qui cum ea admittantur.

§. 4.

Sed nos Constitutione, quam in Codice nostrô nomine decorato posuimus, matri subveniendum esse existimavimus: respicientes ad naturam, & pauperium, & periculum, & sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam. Ideoque impium esse credidimus, casum fortuitum in ejus admitti detrimentum. Si enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immeritò defraudabatur successione suorum liberorum. Quid enim peccavit, si non plures, sed paucos peperit? Et dedimus Jus legitimum plenum matribus, sive ingenuis, sive libertinis, etsi non ter enixæ fuerint, vel quater, sed eum tantum, vel eam, qui quæve morte intercepti sunt, ut sic vocentur in liberorum suorum legitimam successionem. Jus novum de jure liberorum sublato. L. 2. C. de jur. liberor.

§. 5.

Sed cum antea Constitutiones Jura legitima successionis perscrutantes, partim matrem ad juvabant, Qvibus mater præponitur &

cum qvibus admittitur. V. t. C. Th. de legit. hered.

vabant, partim eam prægravabant, nec in solidum eam vocabant, sed in qvibusdam casibus tertiam ei partem abstrahentes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant: nobis visum est recta & simplici via, matrem omnibus personis legitimis anteponi, & sine ulla deminutione, filiorum suorum successionem accipere: excepta fratris & sororis persona (sive consangvinei sint, sive sola cognationis Jura habentes:) ut qvemadmodum eam toti alii ordini legitimo præposuimus, ita omnes fratres & sorores (sive legitimi sint, sive non) ad capiendas hereditates simul vocemus; ita tamen, ut si qvidem solæ sorores agnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ supersint, dimidiam qvidem mater, alteram verò dimidiam partem omnes sorores habeant. Si verò matre superstite, & frater vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, sive legitima, sive sola cognationis Jura habentibus, intestatus qvis vel intestata moriatur, in capita distribuatur ejus hereditas.

L. ult. C. de SC. Tert.

§. 6.

Onus matris ut petat tutorem t. π. qvi pet. tut.

Sed qvemadmodum nos matribus prospeximus, ita eas oportet suæ soboli consulere, si ituris eis, qvod si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti vel excusati, intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum morientium successione meritò repellentur.

§. 7. Li-

§. 7. de vulgo qvæsitorum succeſſ.

Licet autem vulgò qvæſitus ſit filius filiave, poteſt tamen ad bona ejus mater ex Tertulliano Senatus conſulto admitti.

X. Et viciſſim ad matris hereditatem liberos ex SCto orphitiano admittebant veteres Romani. de ſucceſſione liberorum in materna hered.

Tit. IV.

3ð. π. 17. 6. C. 57.

De Senatvs Consvlto Orphitiano.

Pr.

Per contrarium autem liberi ad bona matrum inteſtatarum admittuntur ex SCto orphitiano, qvod orphitio & Rufo Conſulibus effectum eſt Divi Marci temporibus, & data eſt tam filio, qvam filiæ legitima hereditas, etiamſi alieno Juri ſubjecti ſint, & præferuntur conſanguineis & agnatis defunctæ matris. SC. orphit.

§. 1.

Sed cum ex hoc Senatusconſulto nepotes & neptes ad aviæ ſucceſſionem legitimo Jure non vocarentur; poſtea hoc Conſtitutionibus Principalibus emendatum eſt, ut ad ſimilitudinem filiorum filiarumq; & nepotes & neptes vocentur. extenſũ L. 4. C. Th. de legit. her.

§. 2.

Sciendum autem eſt, hujusmodi ſucceſſiones, qvæ ex Tertulliano & orphitiano Senatusconſultis nec impedit cap. demin.

sultis deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qvæ novæ hereditates legitimæ capitis deminutione non pereunt, sed illæ solæ, qvæ ex Lege duodecim tabularum deferuntur.

§. 3.

et. vulgo qvæsiti

Noviſſime ſciendum eſt; etiam illos liberos, qvi vulgo qvæſiti ſunt, ad matris hereditatem ex Senatusconſulto admitti.

§. 4.

jus accreſc. competit.

Si ex plurimis legitimis heredibus qvidam omiſerint hereditatem, vel morte vel alia cauſa impediti fuerint, qvo minus adeant, reliqvis, qvi, adierint, adreſcit illorum portio: & licet ante deceſſerint, ad heredes tamen eorum pertinet.

Jus noviſſ. Juſtin. de ordine ſuccedendi 1. deſcendentium 2. adſcendentium

XI. Verum enim verò Juſtinianus ad æqvitatem naturalem iſta reduxit *d. Novell. 118. c. 2.* & deſcendentibus non extantibus, adſcendentes meritò ad liberorum hereditates admiſit in ſolatium amiſſorum liberorum mortalitatis ordine turbato, *l. 15. π. de inoffic. teſtam. l. 8. π. ſi tabula null. extab.* gradibus proximitatis obſervatis, ut 1. pater & mater, vel uter ſuperſtes, ſuccedant, non tamen ſoli ſed cum fratre aut ſorore defuncti, ex *utroqve* parente genitis; atqve hi pleno Jure, non reſervato uſufructu patri, *d. Novell. 118. c. 2.* Auth. *defuncto. C. ad SC. Trebell. Richt. de Succeſſ. 2, 1, 21.* qvos & liberi eorum *repræſentant* & in ſtirpes cum avis ſuccedunt,

1. Parentũ una cum defuncti fratre aut filio, jure repræſ.

dunt, *Novell. 127. c. 1.* Carpz. *3, 17. def. 4.* Richt. *d. l. num. 18. seqq.* ulterius verò Jus repræsentationis non extenditur, *Auth. post fratres. C. de leg. hered.* At Jure *Saxon.* adscendentes soli succedunt liberis, *J. Saxon. Prov. 1, 27. seqq.* Carpz. *3, 14. def. 4. seqq. & 3, 17. def. 6. seqq.* Richt. *de Success. 2, 1, 23.* 2. Parentibus non extantibus avus & avia succedunt, & si diversarum linearum plures, gradu æqvales, non in capita, sed in genera seu lineas, *Novell. 118. c. 2.* Carpz *3, 17. def. 2. seqq.* separatione *bonorum* paternorum & *maternorum* adhibita, ut in illis paterni generis adscendentes, in his materni succedant, *Richt. de Success. 2, 1, 11.*

J. Sax. soli

2. Avorum

separatione bon.

XII. Adoptivus qvoqve pater succedit filio adoptivo, *l. pen. C. de adopt. Richt. de Success. 2, 2, 4.* Illegitimo verò sola mater, *l. pen. C. de legit. hered.*

Adoptiv. pater

Illegitimis sola mater.

Tit. V.

38. tit. 8. 6. C. 15.

De Svccessione Cognatorvm.

I.

POst Agnatos demum Cognati ex linea materna admittebantur ad sextum tantum gradum: qvum agnati ad decimum admissi.

Tertius ordo succedentium jure veteri

Pr.

Pr.

Post suos heredes, eosque, quos inter suos heredes Prætor & Constitutiones vocant, & post legitimos (quo numero sunt agnati, & ii quos in lo-

Supt. 4. de leg. agn. succ. *cum agnatorum tam supra dicta Senatusconsulta, quam nostra erexit Constitutio) proximos cognatos Prætor vocat.*

§. 1.

Qui vocantur hîc et. cap. minuti

Qua parte naturalis cognatio spectatur. Nam agnati capite deminuti, quique ex his progeniti sunt, ex Lege duodecim Tabularum, inter legitimos non habentur: Sed à Prætore tertio ordine vocantur, exceptis solis tantummodo fratre & sorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos

L. 4. C. de legit. tut. l. fin. C. de leg. her. *Lex Anastasiana, cum fratribus integri Juris constitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem, sive sororis, non æquis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione, quam facile est, ex ipsius Constitutionis verbis colligere. Aliis verò agnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionem passi non sunt, tamen anteponit eos, & procul dubio cognatis.*

§. 2.

conjuncti per fœminas

Eos etiam, qui per fœminini sexus personas ex transverso cognatione junguntur, tertio gradu proximitatis nomine Prætor ad successionem vocat.

§. 3.

liberi in adopt. dati

Liberi quoque, qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.

§. 4. *Vul.*

§. 4.

Vulgo quæsitos, nullos habere agnatos manifestum est: cum agnatio à patre sit, cognatio à matre: hi autem nullum patrem habere intelligantur. Eadem ratione ne inter se quidem possunt videri consanguinei esse: quia consanguinitatis Jus species est agnationis. Tantum ergo cognati sunt sibi, sicut & matri cognati sunt. Itaque omnibus istis ex ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur. vulgo qvæsiti

§. 5.

Hoc loco & illud necessario admonendi sumus, agnationis quidem Jure admitti aliquem ad hereditatem, etsi decimo gradu sit, sive de Lege duodecim Tabularum quæramus, sive de Edicto, quo Prætor legitimis hereditatibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. Proximitatis vero nomine iis solis Prætor promittit bonorum possessionem, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo sobrino sobrinaque nati natave. ad qvem usqve gradum 2. F. 50.

II. Ast Justinianus *d. Novell. 118. c. 4.* differentiam inter Jus agnationis & cognationis sustulit, & omnes *secundum proprium cognationis gradum* ad cognatorum successionem ab intestato venire voluit. *Primus* autem cognationis gradus est inter *fratres* & sorores, qvorum prædefunctorum liberi parentes seu stirpem repræsentant, *d. Novell. 118. c. 3.* Recess. *Imp. de anno 1521. §. 17.* exclusis fratribus ex uno tantum latere; nec attentâ bonorum paternorum & ma- J. nov. Justin. 1. gradus cognat. cum jure repræs

& maternorum differentia, *Richt. de Succeſſ.*

excepto J. Sax. *3, 3. 2.* Jure verò Saxonicò *Jus repræſentationis* inter Collaterales non competit, *Carpz. 3, 18. def. 1. ſeqq.*

2. grad. III. Secundus gradus ſuccedendi eſt inter fratrum aut ſororum liberos qvi in capita ſuccedunt, *Receſſ. Imp. Spir. 1529. §. item* als bißhero/ excludentes fratres ex uno latere, & defunctî patruos, *Novell. 118. c. 3 ſ.* etiam in Electoratu Saxoniæ *P. 3. Conſt. 18.* Sed Jure Saxonico communi cum filiis fratrum ſuccedunt & patrui & avunculi, qvia pari in gradu ſunt, *Richt. de Succeſſ. 3, 1, 71.*

3. grad. IV. Tertius gradus eſt hactenus excluſorum fratrum & ſororum ex uno latere, conſangvineorum & uterinorum, & qvidem ſecun-

ſeparatio bonor. dum diverſitatem bonorum à patre aut matre profectorum, in reliqvis verò bonis æqaliter, *l. 13. §. 2. C. de leg. hered.* Carpz. *3, 14. def. 3. ſeqq.* Jure autem Saxonum ſuccedunt hi unilateres cum fratrum filiis utrinqve Conjunctis, *Richt. 3, 1, 5.* excluſis tamen *avunculis, idem 3, 4, 20.*

4. grad. V. Qvarto deniqve veniunt reliqvi collaterales *Novell. 118. c. 3. §. 1.* ſive ex uno ſive ex utroqve latere, ſine differentia bonorum, ſecun-

ad qvem gradum. dum proximitatis, & ultra decimum, gradum in infinitum, *uſu fori. 1. F. 1. §. 4.* Atqve qvi duplici cognatione defuncto conjunctus eſt, ut neptis ex avunculo magno & neptis ex amita magna in duas partes ſuccedit, *Richt. 3, 4, 26.*

VI. Hæc

VI. Hæc de Collateralium succeſſione diſpoſitio extenditur qvoqve ad eos, qvi per adoptionem Jus agnationis acqviſiverunt, *l. 23. π. de adopt. l. 7. §. 2. de bon. damn.* Ad *illegitimos* verò collaterales non niſi legitimati fuerint per ſubſeqvens matrimonium; aut ex eadem *matre* orti, qvi & ſibi ipſi, & illis, qvi per matrem à latere conjuncti ſunt, ſuccedunt, *§. 4. h. t. l. 2. π. unde cognat.* Richt *de Succeſſ. 3, 3, 8.* Adulterinis & inceſtuoſis omnis ſucceſſio denegata eſt, *Novell. 72. c. ult. Novell. 89. c. ultim.*

de adoptivis

& illegitimis

adulterinis & inceſtuoſis.

VII. Jure Saxonico Provinciali & Feudali in agnatorum ſucceſſione & res *expeditoriæ* agnato ſucceſſori competunt, etiamſi ex uno latere; *Richt. de Succeſſ. 1, 1, 51.* Viciſſim cognatæ in cognatarum hereditate *Geradam* præcipuam habent, ſine differentia laterum, *ib. n. 5. 5.* minor tamen eſt hæc Gerada, qvam filiarum, *Carpz. 2, 14. def. 22. & def. 49. ſeqq.* Neffelgerade. Cognatis non extantibus Fiſco defertur, ſive domino Jurisdictionis ſuperioris ubi defuncta habitavit, *Carpz. 2, 14. def. 66.* ubi hæc duo locum non habent, poſſunt tamen Jure Retorſionis peti, *Carpz. 3, 38. def. 1. ſeqq. Dn. Struv. de Vindict. priv. cap. XI. §. 23. ſeqq.*

J. Sax. de reb. exped. & gerada

38. π. 10. cau. 35. q. ſ. 4. x. 14.

TIT. VI.

DE GRADIBVS COGNATIONVM.

Pr.

Partitio cognationis graduum

HOc loco neceſſarium eſt exponere, qvemadmodum gradus cognationis numerentur. Qvare imprimis admonendi ſumus, cognationem aliam ſuprà numerari, aliam infrà; aliam extranſverſo, qvæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum, inferior liberorum, extranſverſo fratrum ſororumvé, & eorum qvi qvæve ex his generantur: & convenienter patrui, amitæ, avunculi, matertera.

eorum fundam.

I. Gradus ipſi fundamentum habent in natura, qvum nihil ſint aliud qvam diſtantiæ perſonarum *ex generatione* ortæ. Sed modus computandi variat. Atqve cum cauſa proxima harum diſtantiarum perſonalium ſit *generatio*, tanqvam fundamentum ſocietatis domeſticæ atqve familiæ, intra qvam hîc verſamur, naturali rationi maximè conveniens eſt modus computandi *Romanorum*. Itaqve *Et ſuperior qvidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea, qvæ ex tranſverſo numeratur à ſecundo.*

§. 1.

1. grad.

Primo gradu eſt ſuprà pater, mater; infrà filius, filia.

§. 2. *Se*

§. 2.

Secundo gradu suprà avus, avia; infrà nepos, neptis; extransverso frater, soror. 2.

§. 3.

Tertio gradu suprà proavus, proavia, infrà pronepos, proneptis; extransverso fratris sororisve filius, filia & convenienter patruus, amita, avunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui græcè πατράδελφος appellatur. Avunculus est frater matris, qui græcè μητράδελφος dicitur, & uterque promiscue θεῖος appellatur. Amita est patris soror, quæ græcè πατραδέλφη appellatur. Matertera verò matris soror, quæ græce μητραδέλφη dicitur, & utraque promiscue θεῖα (vel apud quosdam τηθὶς appellatur. 3.

§. 4.

Quarto gradu supra abavus, abavia; infrà abnepos, abneptis; extransverso fratris sororisq; nepos neptisve & convenienter patruus magnus, amita magna, id est, avi frater & soror; item avunculus magnus, & matertera magna, id est aviæ frater & soror; consobrinus, consobrina, id est, qui quævé ex sororibus aut fratribus procreantur. Sed quidam rectè consobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos: eos verò, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ nascuntur, sorores patrueles appellari. At eos qui ex fratre & sorore progenerantur, 4.

nerantur, amitinos proprie dici putant. Amitæ tuæ filii consobrinum te appellant: tu illos amitinos.

§. 5.

5. *Quinto gradu suprà atavus, atavia; infrà atnepos, atneptis, extransverso fratris sororisq; pronepos, proneptis; & convenienter propatruus, proamita, id est, proavi frater & soror: & proavunculus & promatertera, id est, proaviæ frater & soror; item fratris patruelis vel sororis patruelis, consobrini & consobrinæ, amitini & amitinæ filius, filia: (i. e.) propius sobrino, propius sobrina, hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, matertera magnæ filius, filia.*

Aliàs legitur: *Propior sobrinus, propior sobrina*, h. e. Consobrini mei filius aut filia. *L. 1. ff. l. 10. §. 16. ff. h. t. L. 2. C. und. legit.* Festus: Propius Sobrino mihi est consobrini mei filius, & consobrinæ meæ filia, & patris mei consobrinus, & matris meæ consobrinus.

§. 6.

6. *Sexto gradu suprà tritavus, tritavia, infrà trinepos, trineptis; extransverso fratris sororisq; abnepos, abneptis; & convenienter abpatruus, abamita, id est, abavi frater & soror; abavunculus, abmatertera, id est, abaviæ frater & soror; (item propatrui, proamitæ, proavunculi, promatertera filius, filia; item propius sobrino, al. proprioris sobrini sobrinæ filius filia. sobrinave filius,*

Inclusa desunt in Theophili paraphr.

zed by Google

lius, filia) item consobrini, consobrinæ neptis item sobrini, sobrinaqve, id est, qvi qvæve ex fratribus, vel sororibus patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progenerantur.

§. 7.

Hactenus ostendisse sufficiat, qvemadmodum gradus cognationis numerentur. Namqve ex his palam est intelligere, qvemadmodum ulteriores qvoqve gradus numerare debeamus: qvippe semper generata persona gradum adjicit, ut longe facilius sit respondere, qvoto qvisqve gradu sit, qvam propria cognationis appellatione qvemqvam denotare. 7. &c. Reg.

§. 8.

Agnationis qvoqve gradus eodem modo numerantur. gradus agnationis.

§. 9.

Sed cum magis veritas oculata fide qvam per aures animis hominum infigatur, ideo necessarium duximus post narrationem graduum, eos etiam præsenti libro inscribi, qvatenus possint & auribus, & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci. Graduum descriptio.

Conf. *t. π. de gradib. & affinib.*

II. Etsi verò hæc computandi ratio naturalis etiam ab Ecclesia Græcanica & orientali recepta fuerit, *Jus Græco-Roman. l. 3. p. 206. & pag. 217. & lib. 4. pag. 263. ac passim.* itemqve à Longobardis, *LL. Longeb. 2, 7, 4. & 11. Conf. lib. 3. de Lib. Eccl. Germ. cap. X. §. 13.* reprobata tamen Computatio graduum Jur. Canon.

men fuit ab Alexandro III. P. R. ut conſtat ex *cau. 35. q. 5. c. 2.* & aliud fundamentum non ex natura rei, ſed ex denominatione vocabuli potius introductum, ut non generationes perſonarum ſed *perſonæ* ipſæ generatæ numerentur & in certis locis velut gradibus & ſedibus deſcribantur; qvâ ratione *frater* à fratre aut ſorore, non primo, ſed *ſecundo* gradu diſtat. Qvem computandi modum mox & Innoc. *III. c. 8. X. de conſangv. & affin.* approbavit, & uſu vulgari in forum recipi fecit. *Conf. Spec. Sax. l. 1. A. 3. fi.*

Diff. utriusqve juris

III. Qvum igitur Jure Romano unica regula hæc rem conficiat: *Toto gradu duæ perſonæ inter ſe diſtant, qvot inter eas ſunt generationes interjectæ*, e. g. frater à ſorore ſecundo, qvia duæ generationes interveniunt, qvibus ſinguli ab eodem parente geniti: Contra Jure Canonico tres regulæ attendendæ:

1. *In linea recta adſcendentium & deſcendentium tot ſunt gradus qvot perſonæ, unâ demtâ* 2. *In lineâ collaterali æqvali* (h. e. qvæ diſtant à communi parente æqvaliter) *toto gradu diſtant inter ſe, de qvibus qværitur, qvoto alteruter diſtat à communi parente.* 3. *In linea collaterali inæqvali, qvoto gradu remotior diſtat à communi parente, eodem diſtat ab altero tranſverſali, c. 9. X. de Conſangv.* Vid. Ge. Schulzii. *Arbor. Conſangv. & affinit.*

TIT.

Tit. VII.

De Servili Cognatione.

I.

Quantumvis Jure naturali homines servilis conditionis, & Juris connubiorum & consequenter cognationis & successionis sunt capaces, Jus tamen civile Romanorum utrumque demserat, *l. 7. π. unde cognati. l. 6. C. de suis & legit.* Sed Justinianus & in hoc articulo Jus Romanum ad rationem naturalem reduxit.

Rectius sequentia in plerisque Codd. cohærent antecedenti titulo, ut & §. repetitis. i. e. vincit 4. X. 10. J. N. & G.

Pr.

Illud certum est, ad serviles cognationes illam partem Edicti, qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua Lege talis cognatio computabatur. Sed nostra Constitutione, quam pro Jure patronatus fecimus (quod Jus usq; ad nostra tempora satis obscurum, atq; nube plenum, & undiq; confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus, ut si quis in servili constitutus consortio, liberum vel liberos habuerit, sive ex libera, sive ex servilis conditionis muliere: vel contra, serva mulier ex libero vel servo habuerit liberos cujuscunq; sexus, & ad libertatem his pervenientibus, ii, qui ex servili ventre nati sunt, libertatem merucrint, vel, dum mulieres libera erant, ipsi in servitute eos habuerint, & postea ad libertatem per-

J. Rom. vet.

J. Justin. V. supra §. pen. de leg. agn. succeff. & l. 4 C. de bon. libert. & infr. §. 3. t. seq.

cipatus, vel ex emancipato, aut fœmineo sexu propagatus est.

§. 2.

Amotis quoque suis heredibus & quos inter suos heredes vocari diximus; agnatus qui integrum Jus habet agnationis, etiamsi longissimo gradu sit, plerumque potior habetur, quam proximior cognatus. Nam patrui nepos vel pronepos avunculo vel materteræ præfertur. Toties igitur dicimus, aut potiorem haberi eum qui proximiorem gradum cognationis obtinet; aut pariter vocari eos, qui cognati sunt, quoties neq; suorum heredum, quippe inter suos heredes sunt, neq; agnationis Jure aliquis præferri debeat, secundum ea, quæ tradidimus: exceptis fratre & sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur, qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur ceteris ulterioris gradus agnatis. Et agnatus remotior proximiorem cognatum

Sed jure novissimo ista differentia agnatorum & cognatorum sublata est, ut antea dictum.

Tit. IIX.

De Successione Libertorum.

38. π. 2. 6. C. 4.

Pr.

Nunc de libertorum bonis videamus. Olim itaq; licebat liberto patronum suum impune testamento prætrire: nam ita demum Lex duodecim J. Vet.

decim Tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, herede suo nullo relicto. Itaq; intestato mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset, patrono nihil in bonis ejus Juris erat. Et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela: si vero adoptivus filius fuisset, apertè iniquum erat, nihil Juris patrono superesse.

§. 1.

J. Prætor. *Qua de causa postea Prætoris Edicto hæc Juris iniquitas emendata est. Sive enim faciebat testamentum libertus, jubebatur ita testari, ut patrono partem dimidiam bonorum suorum re-*

J. 1. fi. π. de bon. libert. *linqueret: & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorum possessio. Sive intestatus moriebatur, suo herede relicto filio adoptivo, dabatur æque patrono contra hunc suum heredem partis dimidiæ bonorum possessio.*

Svet. Ner. c. 32.

V. §. 2. J. de B. P. *Prodesse autem liberto solebant ad excludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati & in adoptionem dati: si modo ex aliqua parte scripti heredes erunt, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex Edicto Prætorio petierant. Nam exheredati nullo modo repellebant patronum.*

§. 2.

Jus ex Lege Papia. *Postea verò Lege Papia adaucta sunt Jura patronorum, quo locupletiores libertos habebant.*

Cau-

Cautum est enim, ut ex bonis ejus, qui sestertium centum millium patrimonium reliquerat, & pauciores, quam tres liberos, sive is testamento facto, sive intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. Itaq; cum unum quidem filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine ullo filio filiave intestatus decessisset: cum verò duos duasve heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: Si tres reliquerat, repellebatur patronus. l. 1. § pen. ff. si cui plusquā Vlp. t 29.

intestatus decessisset. Theoph. ὁπὶ ἀδιάθετος. unde Cujac. 3. O. 13. Emendat. *testatus.* V. Robert. 2. recept. lect. 24. Cæterum centum millia sestertium faciunt 2500. Scutatos. 3125. unciales,

§. 3.

Sed nostra Constitutio (quam pro omnina-tione, Græca lingua compendiose tractatu habito composuimus) ita hujus modi causam definivit, ut, si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est, minus centum aureis habeant substantiam, (sic enim Legis Papiæ summam interpretati sumus, ut pro mille sestertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto, tunc patronatus Jus, quod erat ex lege duodecim tabularum, integrum reservavit. Cum verò majores centenariis sint, si heredes vel bonorum t. præced. pr.

Centenarius

rum possessores liberos habeant, sive unum, sive plures cujuscunq; sexus vel gradus; ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint: siquidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus, si verò testamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos præterierint, ita ut non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra Constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam, (ut antea) sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel quod deest eis, ex Constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit: ita sine onere, ut nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redundet. Multis aliis casibus à nobis in præfata Constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi dispositionem Juris perspeximus, ut tam patroni patronæq;, quam liberi eorum, nec non qui ex transverso latere veniunt, usq; ad quintum gradum, ad successionem libertorum, libertarumve vocentur. sicut ex eâ Constitutione intelligendum est. Et si ejusdem patroni vel patronæ, vel duorum duarumq; pluriumve liberi sint, qui proximior est, ad liberti vel libertæ vocetur successionem, & in capita, non in stirpes dividatur successio eodem modo & in iis, qui ex trans-

transverſo latere veniunt, ſervando. Pene enim conſonantia Jura ingenuitatis & libertinitatis in ſucceſſionibus fecimus.

Reduxit ſummam Legis Papiæ Imperator à centum ad decem, Centum enim aurei valent decem millia feſſertium, 250. ſcutatos. unus aureus centum feſſertios, 25. denarios: tres unciales & tres groſſos. *Gronov. de Pec. Vet.*

§. 4.

Differentia libertorum ſublata.

Sed hæc de illis libertinis hodie dicenda ſunt, qui in Civitatem Romanam pervenerunt, cum nec ſint alii liberti, ſimul & dedititiis, & Latinis ſublatis, cum Latinorum legitimæ ſucceſſiones nullæ penitus erant, qvia licet ut liberi vitam ſuam peragebant, attamen ipſo ultimo ſpiritu ſimul animam, atq; libertatem amittebant, & qvaſi ſervorum, ita bona eorum Jure qvodammodo peculii, ex Lege Junia Norbana manumiſſores detinebant. Poſtea verò Senatus conſulto Largiano cautum SC. Largian. *fuerat, ut liberi manumiſoris non nominatim exhæredati facti, extraneis heredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur. Qvibus etiam ſupervenit Divi Trajani Edictum qvod eundem hominem, ſi invito vel ignorante patrono ad Civitatem Romanam venire ex beneficio Principis feſtinárat,* Edict. Trajani *faciebat qvidem vivum Civem Romanum, Latinum verò morientem. Sed noſtra Conſtitutione propter hujusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipſis Latinis etiam Legem Junidm,* L. un. C. de Lat. lib. toll.

am, & Senatus conſultum Largianum, & Edictum Divi Trajani, in perpetuum deleri cenſuimus, ut omnes liberti civitate Romana fruantur, & mirabili modo quibusdam adjectionibus ipſas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad civitatem Romanam copiendam transpoſuimus.

Conſ. Nov. 78.

TIT. IX.

38. π. 4.

DE ASSIGNATIONE LIBERTORVM.

Pr.

Jus aſſignandi

IN ſumma, quod bona libertorum attinet, admonendi ſumus, cenſuiſſe Senatum, ut quamvis ad omnes patroni liberos, qui ejuſdem gradus ſunt, æqualiter bona libertorum pertineant, tamen licere parenti uni ex liberis aſſignare libertum, ut poſt mortem ejus ſolus is patronus habeatur, cui adſignatus eſt; & cæteri liberi, qui ipſi quoq; ad eadem bona, nulla aſſignatione intervenient, pariter admitterentur, nihil Juris in his bonis habeant: Sed ita demum priſtinum Jus recipiant, ſi is, cui adſignatus eſt, deceſſerit nullis liberis relictis.

§. 1.

qui & quibus aſſignentur

Nec tantum libertum, ſed etiam libertam, & non tantum filio nepotive, ſed etiam filiæ neptive adſignare permittitur.

§. 2. Da-

§. 2.

Datur autem hæc adsignandi facultas ei, qui duos pluresve liberos in potestate habebit, ut eis, quos in potestate habet, adsignare libertum libertamve liceat. Unde quærebatur, si eum, cui adsignavit, postea emancipaverit; num evanescat adsignatio? Sed placuit evanescere, quod & Juliano, & aliis plerisq; visum est. qvis adsignare possit

§. 3.

Nec interest, an testamento quis adsignet, an sine testamento, sed etiam qvibuscunq; verbis patronis hoc permittitur facere ex ipso SC. quod Claudianis temporibus factum est, Suillio Rufo & Asterio Scapula Consulibus. qvomodo

SCtum illud sub claudio Imp. A C. 50. Suillio Ruffo & Scapula suffecto Coss. Cæterùm ut servi dividebantur in hereditatis divisione, ita Liberti non poterant dividi, ne in bonis adhuc esse viderentur: sed asignari tantùm: est autem assignatio modus transferendi & acqvirendi dominii utilis ad tempus, exclusis cæteris; vel cæterorum juris exercitio qvoad successionem in bona suspenso. *V. l. 3. §. 8. π. de bon. libert.*

De Svccessione Conjvgvm.

Vxor J. Rom. Civ. non succedit marito

I.

Hæc de tertio ordine succedendi cognatorum: inter qvos uxor haud numeratur Ju-

re Romano, qvia extra familiam & poteſtatem mariti cenſetur, *l. 23. π. de adopt.* Porrò qvum Jure naturali matrimonium ſit communio & perſonarum & rerum, animi, corporis & fortunarum, qvi ſummus & intimus ſocietatis eſt gradus, inhumanum videtur, ut ex hereditate conjugis, ſuperſtes ſocia nihil capere debeat, præſertim cum ex natura matrimonii *communio bonorum* inter conjuges regulariter obtineat.

ſecus J. Nat.

Qvam naturalem rationem populi Teutonici ſecuti; Franci tertiam partem collaborationis mulieri dederunt, *Capitul. l. 4. c. 9.* Alemanni & Saxones uſumfructum usqve ad ſecundas nuptias: marito verò mobilia uxoris. *J. Sax. Prov. l. 1. A. 31. & l. 3. A. 76.*

& German.

II. At Romani bonorum communionem inter conjuges non agnoverunt, ſine dubio qvòd divortia conjugum iis frequentia eſſent, unde & adqvæſtus ad ſolum maritum eo jure pertinet, bonis uxoris extra communionem conjugalem, excepta dote, relictis. *l. Qvintus. 5. π. de donat. inter V. & V.* Prætor tamen aliqvatenus æqvitatem naturalem ſecutus poſt cognatos & conjuges admiſit ad Bonorum poſſeſſionem, ne bona ad Fiſcum ſtatim deferrentur. *V. t. t. π. Vnde vir & uxor.*

J. Rom. Præt C.

III. Verum Juſtinianus proprius ad æqvitatem naturalem acceſſit, & uxori ſuperſtiti *inopi* & qvæ nec dotem nec paraphernalia repetere habet, conceſſit unà *cum liberis* extantibus tribus vel paucioribus in qvartam partem ſuccede-

J. Juſtin.

cedere, pluribus verò in virilem, Rudesthell/ & qvidem qvoad usumfructum, si liberi sunt proprii, sin ex priore conjuge, etiam plenè, *Auth. Præterea C. unde Vir & Ux. Novell. 117, 5.* Liberis verò non extantibus, sed tantùm *cognatis* vel adscendentibus vel collateralibus mariti, similiter vidua cum iis tribus vel paucioribus in qvartam, sin pluribus, in virilem portionem pleno Jure succedit. *d. Auth. & Novell.* Carpz. *3. 20. defin. 15, 6.* Interpretes extendunt eadem ad sponsam, itemqve ad maritum & sponsum: *Gail. 2. O. 8, 3.* Qvod si nec liberi nec cognati extant, conjux superstes in totum succedit, *d. t. π. & C. unde V. & V.* Qvos deniqve seqvitur Fiscus seu Dominus jurisdictionis superioris. de sponsor. succeſſ. Fiscus.

IV. Jure *Saxonico*, ut dictum, *maritus*, succedit uxori in primo ordine in mobilibus, & dicitur *Heres mobiliaris*, exceptâ Geradâ, de qvâ suprà. Mobilibus etiam accensentur immobilia in dotem data *æstimatò. Carpz. 3, 23. def. 26.* Neqve uxor de mobilibus in præjudicium mariti testari potest, *Carpz. 3, 7. def. 4.* Limitatur tamen hæc regula & successio in mobilibus, ut fiat salvâ legitimâ liberorum, ut si immobilia non relicta, ex mobilibus legitima detrahatur, *Richt. de Succ. 4, 2, 32.* Vicissim si nulla mobilia relinqvit uxor, in qvartam immobilium maritus succedit, *Richt. ibid. n. 57.* J. Sax. maritus est heres mobiliaris

de collatione illatorum

V. Uxor ſuperſtes ſeu vidua habet optionem, utrum velit repetere dotem & illata, an verò illis *collatis* & ceteris bonis in hereditatem, ejus qvartam Partem, ſi tres vel nulli extant, ſin plures, virilem accipere velit. In Electoratu Saxoniæ, liberis non extantibus tertiam partem, collatâ etiam Geradâ, *Carpz. 3, 20. def. 57. V. Exerc. ad π. 41, 19.* Schulz. *ibid.*

vidua nobilis qvid capiat

VI. Ex feudo nobili vidua Jure Saxonico capit Geradam, morgengabam. *Carpz. 3, 33. def. 1.* Cibaria domeſtica, Moßtheil / hoc eſt, penum, *Richt. de Succ. 4, 3, 51.* dotalitium, ſi dotem intulit in feudum, eamqve non repetit, *Conſt. Elect. 42. P. 2.* Dn. Struv. *Syntag. Feud. c, XIV. Hemel. de dotalitio cap.* Si dotem non intulit, portionem communem ſecundum regulam §. *præcedente* poſitam conſeqvitur. Dona deniqve nuptialia, *detiſ. Elect. Sax. LVII.*

ſucceſſiones extraordinariæ

VII. Atqve hæc ſecundum regulam: Qvemadmodum autem Jure Romano *extraordinariam* poſſeſſionem hereditatis naviculariorum, militum, Curialium, Fabricenſium, heredibus non extantibus, collegia conſeqvebantur *t. π. de Veterean. & milit. ſucc. & tit. ut ex LL. SC. B. P. tit. C. de hereditat. decurionum &c. Itemqve Eccleſiæ, l. 20. C. de Epiſc.* ita noſtro Jure regulæ prædictæ derogant vel ſtatuta de ſucceſſionibus municipalia, vel Pacta dotalia & ſuc-

Pacta ſucceſſoria

successoria, qvæ moribus nostris valida sunt, *Jus Sax. Prov. l. 2. A. 30.* qvo pertinent & pacta unionis prolium: Confraternitatis, Erb-Verbrüderung, qva in casu deficientis familiæ illustris altera succedit. *Betf. de pact. person. illustr.* Ganerbinatus, inter nobiles qvoqve, simile priori, *Webner. voc.* Mann-Erben. Pactum dispositivum de tertii viventis hereditate dividenda. *l. 3. §. 2. pro socio l. fi. C. de pact. H. Pist. 4. q. 1, 4. l. 7. §. 18. de pact. l. 47. de O. & A.* Pactum deniqve conservativum dicitur, qvo hereditas retinetur in familia, remoto obstaculo, *H. Pist. 4. q. 87. Heig. 1. q. 23, 15.*

Confraternitates

Ganerbinatus

VIII. Deniqve gradu proximo succedentium deficiente, succedit remotior, ex Edicto Successorio. *t. π. de succeff. Edicto. & t. π. qvis ordo in P. P.* V. supra 3, 2, 7.

de Edicto succeff.

Tit. X.

De Bonorvm Possessionibvs.

37. π. 1. sqq. 6. C. 9. sqq.

I.

HActenus de hereditate, qvæ jure Civili Romanorum defertur: sequitur de ea, *qvæ Jure Prætorio*, qvæ cum fundamentum habeat in æqvitate naturali, utiqve suâ naturâ est hereditas, sed Romanis nomine *Bonorum Possessionis* insignire placuit, qvæ & successio Prætoria

Hereditas & B. P. ut diff.

B.P. Edictalis

& *Edictalis* dicitur, ne potestatem Legislatoriam & heredes faciendi Prætoribus vindicarent; Revera tamen

Pr.

Finis Juris Prætorii l. emendatio J. C. §. 3. J. de legit. agn succ. §. 1. J de succ libert.

Jus bonorum possessionis introductum est à Prætore, emendandi veteris Juris gratiâ. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus Jus eò modo Prætor emendavit, sicut suprà dictum est; sed in eorum quoque, qui testamentò facto decesserint. Nam si alienus postbumus heres fuerit institutus; quamvis hereditatem Jure Civili adire non poterat, cum institutio non valebat; honorario tamen Jure bonorum possessor efficiebatur, videlicet, cum à Prætore adjuvabatur: Sed & is (postumus alienus) à nostrâ Constitutione V. §. sed nec. 27. supra. de legatis. hodie rectè heres instituitur, quasi & Jure civili non incognitus.

2. confirmatio J. C.

Aliquando tamen neque emendandi, neq; impugnandi veteris Juris, sed magis confirmandi gratiâ, Prætor pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque, qui rectè testamento facto heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem; item ab intestato suos heredes, & agnatos, ad bonorum possessionem vocat. Sed & remota quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hereditas Jure civili.

Effectus Juris Prætorii mori.

Quos autem solus Prætor vocat ad hereditatem, heredes quidem ipso Jure non fiunt, nam Prætor heredem facere non potest: per Legem enim tantum, vel similem Juris Constitutionem heredes fiunt, veluti

luit per Senatusconsulta & Constitutiones Principales: Sed cum eis Prætor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores. Adhuc autem & alios complures gradus Prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis sine successore moreretur: Nam angustissimis finibus constitutum per Legem duodecim Tabularum Jus percipiendarum hereditatum, Prætor ex æquo & bono dilatavit.

§. 1.

Sunt autem bonorum possessiones ex testamento quidem hæ: Prima quæ præteritis liberis Species B. P. ordinariæ ex J. Ptæt. 1. contra tabulas 2. sec. tab. 3. ab in- *datur, vocaturque CONTRA TABULAS. Secunda, quam omnibus Jure Scriptis heredibus Prætor pollicetur, ideoque vocatur SECUNDUM TABULAS. (testamenti.) Et cum de testatis prius locatus est, ad intestatos transitum fecit. Et primo loco suis heredibus, & iis, quiex Edicto Prætoris inter suos heredes connumerantur, dat bonorum possessionem, quæ vocatur, UNDE LIBERI. Secundo, legitimis heredibus. Tertio, decem personis, quas extraneo manumissori præferebat. Sunt autem decem personæ hæ: pater, mater, avus, avia, tam paterni, quam materni; item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quam ex filia; frater, sororze, consanguinei, vel uterini. Quarto cognatis proximis. Quinto, TANQUAM EX FAMILIA. Sexto Patrono, patronæque liberisque eorum &* (1. suis her. (2. legitimis (3. dem personta (4. cognatis (5. ex familii (6. Patrono.

(7.conjugibus (8.cognat manumiſſ.

parentibus. Septimo viro & uxori. Octavo, cognatis manumiſoris.

V. Exerc. ad π. 41, 69. 70.

§. 2.

ex J. novo Juſtin

Sed eas qvidem Prætoria introduxit Jurisdictio, à nobis tamen nihil incurioſiem prætermiſſumeſt, ſed noſtris Conſtitutionibus omnia corrigentes, contra tabulas qvidem & ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſiones admiſimus, utpote neceſſarias conſtitutas, nec non ab inteſtato, VNDE LIBERI: & VNDE LEGITIMI, bonorum poſſeſſiones.

B.P.unde X. perſ. ſublata & ad ſex ſpecies ordin. reducta. L.fi C.de emanc. lib.

Qvæ autem in Prætoris Edicto qvinto loco poſita fuerat, ideſt, VNDE DECEM PERSONÆ, eam pio propoſito & compendioſo ſermone ſupervacuũ oſtendimus. Cum enim præfata bonorum poſſeſſio decem perſonas præponebat extraneo manumiſori; noſtra Conſtitutio qvam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdemq; manumiſoribus, contracta fiducia manumiſſionem facere dedit, ut ipſa manumiſſio eorum hoc inſe habeat privilegium, & ſupervacua fiat ſuprà dicta bonorum poſſeſſio; ſublata igitur prædicta qvinta bonorum poſſeſſione, in gradum ejus ſextam antea bonorum poſſeſſionem induximus, & qvintam fecimus, qvam Prætor proximis cognatis pollicetur.

Cumqve antea fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeſſio, tanqvam ex familia, & octavo unde patroni patronaqve, liberi & parentes

co-

eorum; utramque per Constitutionem nostram, quam de Jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuerimus, quas usque ad quintum gradum tantummodo coarctavimus, ut sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia; sufficit eis tam contra tabulas bonorum possessio, quam unde legitimi, & unde cognati; ex quibus possunt sua Jura vindicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluto. §. 3. J. de succ. libert.

Aliam verò bonorum possessionem, quæ unde vir & uxor appellatur, & nono loco interveteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore servavimus, & altiore loco, id est, sexto eam posuimus, decima quoque veteri bonorum possessione, quæ erat unde cognati manumissoris, propter enumeratas merito sublata, ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariæ permanerent, suo vigore pollentes. B.P. unde V. & V. supra verf. cumque

§. 3.

Septima eas secuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt. Novissimè enim promittitur Edicto iis etiam bonorum possessio, quibus ut detur, Lege, vel Senatusconsulto, vel Constitutione comprehensum est: quam neque bonorum possessionibus, quæ ab intestato veniunt, neque iis quæ ex testamento sunt, Prætor stabili Jure connumeravit: sed quasi ultimum & extraordinari species B. P. extra ord.

narium auxilium (prout res exigit) accommodavit, scilicet iis, qui ex legibus, Senatus consultis, Constitutionibusve Principum, ex novo Jure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt.

§. 4.

Tempus impetrandæ B. P.

Cum igitur plures species successionum Prætor introduxisset, easque per ordinem disposuisset, & in unaquaq; specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ; ne actiones creditorum differrentur, sed haberent, quos convenirent, & ne facile in possessionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi consulerent, ideo petendæ bonorum possessioni certum tempus præfinivit. Libertis itaque & parentibus, tam naturalibus quam adoptivis, in petenda bonorum possessione anni spatium, ceteris autem (agnatis, vel cognatis) centum dierum dedit.

J. novissim. Justin.

II. At Jure novissimo Justiniani *Novell. 118.* de quo & antea, hæc porro correcta sunt, atque Jus & ordo succedendi ex Jure Civili & Prætorio uterque confusus est in unam formam, *Gravin. ad hunc tit. & ibi allegati.* sicut & legatis & fideicommissis factum: Sed cum hoc discrimine, ut actiones utriusque superstites sint, ex Jure Civili Hereditatis aditio & petitio: ex Jure Prætorio Bonorum possessionis, coram Prætore agnitio & impetratio. *Gudelin. de Jure Noviss. 2. 16. Hahn. ad Wesenb. tit. unde Vir & V.* quæ demum à tempore scientiæ currere incipit, *l. 2. l. quod in. l. pen. C. qui admittit. ad B. P. ibi Brunnem.* atque si contradictorem reperit, ut non

non de plano, sed cognita causâ atqve decreto expedienda sit, dicitur, Bonorum possessio *decretalis*. B. P. decretalis

Conf. de præscriptione hereditatis generatim, Gisebert. *h. t. n. 220. seqq.* Mantic. *l. 12. de conj. ult. voluntat.* Christinæ. *4. dec. 1.* Barri. *l. XI. de succ. 4, 6. Graff. §. successf. ab intest. q. 5.* Sichard. *ad rubri. C. qvi admittit. ad B. P.* Præscriptio hereditatis

§. 5.

Et si intra hoc tempus aliqvis bonorum possessionem non petierit, ejusdem gradus personis accrescit; vel si nullus sit, deinceps ceteris bonorum possessionem perinde ex successorio Edicto pollicetur, ac si is, qvi præcedebat, ex eo numero non esset; Si qvis itaqve delatam sibi bonorum possessionem repudiaverit, non qvo usqve tempus bonorum possessioni præfinitum excesserit, expectatur, sed statim ceteri ex eodem Edicto admittuntur. Jus accrescendi Edict. successor

§. 6.

In petenda autem bonorum possessione dies utiles singuli considerantur. dies utiles

§. 7.

Sed benè anteriores Principes, (Vid. t. C. de formulis & impetrat. act. sublatis. & l. ult. C. qvi admitti. ad B. P.) *& huic causæ providerunt, neqvis pro petenda bonorum possessione curet*; de solennium formularum apicibus; *Sed qvocunqve modo admittentis* s. impetrantis *eum indicium* & petitio, *intra statuta tamen tempora, ostenderit,* modus petendæ B. P. l. 1. §q. C. comm. de succ.

derit, declaratumve fuerit cuicunqve Judici, *plenum habeat* impetrans *earum beneficium*.

Conf. *l. penult. & ult. C. qbi admitt. ad B. P. Exerc. ad π. XV, 65. & XLI, 3.*

TIT. XI.

DE ACQVISITIONE PER ARROGATIONEM.

Modi acqvi. dom. civiles alii universales

PRætor hereditatem & Bonorum possessionem dantur & alii modi acqvirendi per universitatem, *Vid. l. 22. ſi. π. de inoff. teſt. l. actione. §. morte. verſ. ſocietas. π. pro ſocio.* sed abrogati hodiè, de qvibus tres seqventes tituli.

Pr.

ut

Est & alterius generis per universitatem ſucceſſio, qvæ neqve Lege duodecim Tabularum, neqve Prætoris Edicto, ſed eo Jure, qvod conſenſu receptum est, introducta est.

§. 1.

Arrogatio. J. vetus.

Ecce enim cum paterfamilias ſeſe in arrogationem dat, omnes res ejus corporales, & incorporales, qvæqve ei debitæ ſunt, adrogatori antea qvidem pleno Jure acqvirebantur, exceptis iis, qvæ per capitis deminutionem pereunt, qvales ſunt operarum obligationes & Jus agnationis. Vſus etenim & uſusfructus, licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli, prohibuit noſtra Conſtitutio.

Vid. L. corruptim. C. de uſufr.

§. 2. Nunc

§. 2.

Nunc autem nos eandem acqvisitionem qvæ per arrogationem fiebat, coarctavimus ad similitudinem naturalium parentum. Nihil enim aliud, nisi tantummodo ususfructus, tàm naturalibus parentibus, qvàm adoptivis, per filios familiarum acqviritur in iis rebus, qvæ extrinsecus filiis obveniunt, domino ejus integro servato. Mortuo autem filio adrogato in adoptivâ familiâ, etiam dominium rerum ejus ad adrogatorem pertransit, nisi supersint aliæ personæ qvæ ex Constitutione nostrâ patrem in iis, qvæ acqviri non possunt, antecedant. J. nov.

§. 3.

Sed ex diverso pro eô, qvod is debuit qvi se in adoptionem dedit, ipso qvidem Jure adrogator non tenetur, sed nomine filii convenietur, & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus bona, qvæ ejus cum usufructu futura fuissent, si se alieno Juri non subjecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere. De obligatione arrogatoris

Tit. XII.

De Eo Cvi Libertatis Causa Bona Addicvntvr.

Pr.

Itemqve Adjudicatio libertatis causâ

Accessit novus casus successionis ex Constitutione Divi Marci. Nam si is, qvi libertatem accepe-

acceperunt a domino in testamento, ex quo non aditur hereditas, velint bona sibi addici libertatum conservandarum causâ, audiuntur.

§. 1.

Rescript M. Antonini.

Et ita divi Marci rescripto ad Pompilium Rufum continetur. Verba rescripti ita se habent: Si Virgineo Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in eâ causâ bona ejus esse cœperunt, ut venire debeant, is, cujus de eâ re notio est, aditus, rationem desiderii tui habebit, ut libertatum, tàm earum, quæ directò, quàm earum, quæ per speciem fideicommissi relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi, si idoneè creditoribus caveris de solido, quod cuique debetur, solvendo. Et ii quidem, quibus recta libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset. Ii autem, quos heres manumittere rogatus est, à te libertatem consequentur: ita autem, ut si non alia conditione velis tibi bona addici, quam ut ii etiam, qui directo libertatem acceperunt, tui liberti fiant. Nam huic etiam voluntati tuæ, si ii, quorum de statu agitur, consentiant, auctoritatem nostram accommodamus. Et nec hujus rescriptionis nostræ

noſtra emolumentum alia ratione irritum fiat, ſi fiscus bona agnoſcere voluerit, & ii, qui rebus noſtris attendunt, ſciant commodo pecuniario præferendam eſſe libertatis cauſam, & ita bona cogenda, ut libertas eis ſalva ſit, qui eam adipiſci potuerunt, ac ſi hereditas ex teſtamento adita eſſet.

§. 2.

effectus addictionis

Hoc reſcripto ſubventum eſt & libertatibus & defunctis, ne bona eorum à creditoribus poſſideantur, & veneant. Certè ſi fuerint hâc de cauſa bona addicta, ceſſat bonorum venditio: exiſtit enim defuncti defenſor, & quidem idoneus, qui de ſolido creditoribus cavet.

ceſſatio venditionis

§. 3.

extenditur ad cauſam inteſtati

Inprimis hoc reſcriptum toties locum habet, quoties teſtamento libertates datæ ſunt. Quid ergo, ſi quis inteſtatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita ſit ab inteſtato hereditas, an favor Conſtitutionis debebit locum habere? Certè ſi inteſtatus deceſſerit, & codicillis dederit libertatem, competere eam, nemini dubium eſt.

§. 4.

Tunc enim Conſtitutioni locum eſſe, verba oſtendunt, cum nemo ſucceſſor ab inteſtato exiſtat. Ergo quamdiu incertum erit, utrum exiſtat, an non, ceſſabit Conſtitutio. Si verò certum eſſe cœperit, neminem exiſtere, tunc erit Conſtitutioni locus.

§. 5. *Si*

§. 5.

alius effectus restit. in integr.

Si is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit hereditate; an quamvis potest in integrum restitui, possit admitti Constitutio, & bonorum addictio fieri? Quid ergo, si post addictionem libertatum conservandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Vtique non erit dicendum revocari libertates: quia semel competierunt.

§. 6.

Extensio ad inter vivos

Hæc Constitutio libertatum tuendarum causâ introducta est; Ergo si libertates nullæ sint datæ, cessat (hæc) Constitutio. Quid ergo si vivus dederit libertates, vel mortis causa, & ne de hoc quæratur, utrum in fraudem creditorum, an non factum sit, idcirco velint, sibi addici bona, an audiendi sint? Et magis est ut audire debeant, etsi deficiant verba Constitutionis.

§. 7.

Sed cum multas divisiones ejusmodi Constitutioni deesse perspeximus, lata est à nobis plenissima Constitutio, in quâ multæ species collatæ sunt, quibus Jus hujusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsius lectione Constitutionis potest quis cognoscere.

Vid. l. fi. C. de testam. manum.

TIT.

Tit. XIII.

De Succession ibus Sublatis, Quæ Fiebant Per Bonorum Venditiones, Et Ex Senatus Consulto Claudiano.

Erant ante prædictam successionem olim & aliæ per universitatem successiones, qualis fuerat bonorum emptio, quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages fuerat introducta, & tunc locum habebat, quando judicia ordinaria in usu fuerant, sed cum extraordinariis judiciis posteritas usa est, ideo cum ipsis ordinariis judiciis, etiam bonorum venditiones expiraverunt, & tantummodo creditoribus datur, officio judicis bona possidere, quod ex latioribus digestorum libris perfectius apparebit. Erat & ex Senatus-Consulto Claudiano miserabilis per universitatem adquisitio, cum libera mulier servili amore bacchata, ipsam libertatem per Senatus Consultum amittebat, & cum libertate substantiam, quod indignum nostris temporibus existimantes & à nostrâ Civitate deleri, & non inseri nostris Digestis concessimus.

Itemque Emtio bonorum debitoris

V. t. qvib. ex cau. in poss & t. de bon. aut. jud. poss.

Deniqve ex SCto Claudiano

V. t. C. de SC. Claud. toll. Tacit. Annil. XII. c. 53. C. Theod. ad SC. Claud.

DE PERSEQVENDA ET DIVIDENDA HEREDITATE.

I.

Remedia perſeqvendæ heredit.

HActenus de Juris hereditarii acqviſitione, videndum etiam de ejus perſecutione, de qva diverſa remedia prodita ſunt. Ordinaria actio perſeqvendæ Hereditatis una eſt

Hered. petitio

Hereditatis petitio, de qvâ obiter §. 28. *J. de action.* cujus fundamentum eſt, Jus hereditatis ſive teſtamento ſive ab inteſtato delatæ ex

Poſſeſſoria

Jure Civili, qvemadmodum alterius, *Poſſeſſoriæ Hereditatis petitiones*, de qva *t. π. de poſſeſſ. her. pet.* fundamentum eſt jus Succesſionis ex Jure *Prætorio*. Vtraqve actio in rem, ſed qvia præter obligationem ad reſtitutionem *rei* ipſius, falſus heres aut detentor hereditatis aut bonorum, etiam ex facto ſuo, dolo vel culpa, obligatur, ad præſtationes *perſonales*,

mixtæ

itaqve ſunt actiones *mixtæ*, atqve bonæ fidei, *d. §. 28. J. de actionibus*, & competunt etiam pro parte hereditatis, *t. π. ſi pars hered. pet.*

contra qvem

datur H. P. in genere non tantum contra eum qvi pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet, ſive bonâ ſive malâ fide, ſed etiam contra eum, qvi dolo deſiit poſſidere, *l. 157. de R. J.* qvi liti ſe obtulit qvaſi poſſideret, *l. 13. §. 13. & l. 45. de Hered. pet.* & qvi vi dejectus fuit, *l. 16. §. 4. de*

Ad qvid

H. P. Malæ fidei poſſeſſor etiam fructus percipiendos & æſtimationem rerum qvas poſſidere deſiit

desiit aut omisit, *l. 20. & l. 25. π. de H. P.* Bonæ fidei possessor qvantum locupletior factus; ut neqve B. aut m. f. possessor lucrum faciat, neqve vicissim petitor ex jacturâ alienâ, *l. si & rem. 22. l. 28. l. evicta 55. l. planè. 38. π. h. t. l. 206. de R. J.* unde deducuntur impensæ fructuum causa, *l. 36. §. ult.* aut aliæ in res hereditarias utiliter factæ, *d. l. 38.* voluptuarias m. f. possessor tollit, B. f. Possessor etiam deducit, *l. 39. §. 1. eo.* datur præterea tertia species ex hereditate fideicommissaria, *H. P. fideicommissaria*, de qva *2, 23. n. VIII. & t. π. de fideic. her. pet.*

II. In specie Bonorum possessionem qvod attinet, *agnitio* ejus *judicialis* post Jus novissimum Justinianeum necessaria non est, qvia etiam illi, qvi ante *bonorum possessionem* tantum impetrabant, nunc Jure *heredum*, gaudent ipso Jure. Testamentarius tamen heredes eadem utiliter adhuc uti poterit, vel etiam heres ab intestato contra tabulas. *Gl. in l. Gallus §. 5. de lib. & posth. Vid. Exerc. ad. π. XV, 6. 7.* Impetratio judicialis B. P. an necessaria

III. Præterea suppetit qvoqve remedium possessorium atqve summarium in successione testamentaria petitio nempe missionis in possessionem *ex l. fin. C. de Edict. D. Hadri. toll.* si non apparet vitium visibile testamenti. Missio in B. P. ex l. 6. C. de Edict. Hadr.

Apprehensio possessinis extrajudicialis

IV. Deniqve moribus & usu fori receptum est, ut agnitio hereditatis non modò non judicialis reqviratur, sed privatim fiat, imò & corporalis possessio privatim, vel si contradictio metuatur, coram Notario & testibus apprehendatur, *Menoch. Remed. adipisc. possess. VI, 4. Exerc. ad π. VI, 23.* idqve ex inde, qvia nostro Jure & dominium hereditatis & possessio ipso Jure transit ad heredem, *supra. tit. 19. §. 5.* qvæ apprehensio privata mox à Judice confirmari per *mandatum manutenentiæ*, qvod vocant, peti potest, & salvo cujusqve Jure impetrari solet. *Vid. Exerc. ad. π. XIV, 67. seq.*

Petitio bonorum absentis

V. Tandem & *absentia* diuturna coheredis & cognati suppeditat cognato proximo remedium aliqvod, occupandi bona absentis, auctore magistratu, Jure proximitatis & inde dependentis successionis ab intestato, si de præsenti mortuus esset, dicitur *Petitio bonorum* absentis. *Pingiz. Qv. 5, 13. Carpz. 3, 15. Def. 48. Decisio. 135. & 5. Resp. 83. itemque 6. Resp. 63.* Mors autem probanda non est, qvâ in re differt, tum à petitione hereditatis, tum à bonorum possessione: nec tamen exinde est possessio aut curatela bonorum absentis, sed adeptio possessionis naturalis seu qvalificatæ, qvâ cognatus possidet *sibi* & cum intentione succedendi, qvamprimum de morte constiterit, interea *pro alieno* adhuc possidet, præstitâ *cautione*, rem absentis salvam fore, si redierit, red-

qvid sit

reddendasqve rationes, *Enkelth. Obs. 100.* Qvum igitur de morte constat, successio retrò fingitur tempore impetratæ possessionis facta fuisse. *Vid. Richt. dec. 66. Exerc. ad π. XV, 71. seq.*

VI. Impetrata hereditatis possessione à coheredibus, divisio instituitur vel inter volentes privatim, vel per viam actionis, qvæ vocatur *Judicium familiæ erciscundæ* h. est, hereditatis dividendæ, de qva infrà §. 4. *de oblig. ex qvasi contractu. d. §. 28. de action.* Fundamentum actionis est, qvod nemo obligetur regulariter ex naturali & civili ratione in communione rerum permanere, qvoniam communio & discordias parit, & minus res communes curari solent. *Aristot. 2. Pol. 2. L. 2. C. qvand. & qvibus qvarta.* qvod tamen ad Principatus & Territoria extendi non debuit, etsi alias in feudis privatorum locum habeat, *2. F. 55. de prohib. feud. alien. J. Saxon. 3. Art. 53.* Betsius *de pactis famil. illustr. Schurff. 2. Consil. 37. Besold. Th. Pr.* Abtheilung der Herrschafften. *Myler. de Princip. Imp. c. 23. Exerc. ad π. 20, 70.*

divisio extrajudic.

Judicium fam. erciscunda.

Ratio naturalis divisionis

VII. Vt divisio rectè instituatur, imprimis Inventarium est conficiendum: pupillis & minoribus itemqve fœminis tutores & curatores constituendi: si testamentum aut dispositio inter liberos extat, prò fundamento

Modus dividendi

divisionis est habendum, si defectu dubiove caret: Creditores designandi & cum iis transigendum. Deductò ære alieno, qvò & legata pertinent, Mobilia dividantur, mox & immobilia, inter qvæ si qva individua sunt, uni coheredum adjudicentur, qvi majorem partem in re habet, aut qvi majus pretium offert, aut per sortem. Jure Saxon. heres optionis der Kuhr-Erbe h. e. minimus, natu habet electionem, utrum rem vel partem pretii velit, reliqvis pecunia hereditaria constituitur, Erb-Geld. Nomina activa in duas classes dividuntur, certorum & exigibilium, & incertorum, & singulis ex utraqve, ratæ assignantur. *Sichard. ad l. 14. n. 6. C. famil. erciſc. Carpz. 3, 14. def. 19.* Tandem totum negotium Instrumento comprehenditur. Minores seu pupilli ratione alimentorum ad educationem necessariorum nullam præ majoribus prærogativam de Jure habent. *Carpzov. 3, 15. def. 33.*

Collatio

XII. Qvi verò vivis parentibus, qvid acceperunt, sive filii sive nepotes ipsi vel parentes eorum adepti, ad omnium eorum Collationem tenentur, *l. 17. & t. t. π. & C. de Collat. Carpz. 2, 35. def. 12. & seqq. & 3, 11. def. 33. seq.* qvia præsumitur pater æqvalitatem inter liberos voluisse. Nisi in testamento remissa ea sit, *l. 1. & Auth. seq. C. de Collat. A. Fab. C. 6, 4, 2. n. 28.* Qvamtumvis *extranei* concurrant cum

ejusratio

cum liberis, qvi tamen his non conferunt & vicisfim, *l. 6. π. de collat.* Extranea autem nostro Jure uxor non habetur, sed ad collationem suo modo tenetur, ut suprà *post tit. 9. de Successione Conjugum §. 5.* Sed neqve adscendentes aut collaterales ad conferendum tenentur, cessante dictâ ratione. A collatione exemta sunt bona Castrensia & qvasi, *l. 1. §. 15. de Castr. pec.* itaqve nec sumptus studiorum, *l. 50. C. famil. ercisc. Carpz. 3. 11. def. 17. Richt. ad Auth. habita. Priv. 6. n. 8 V. Decis. Elector. Sax. 50.* itemqve qvod liberis simpliciter donatum Jure Veteri, *l. 18. C. famil. ercisc.* qvod tamen mutavit Justinianus *l. penult. eo.* aut etiam legatum, *l. 10. l. 16. h. t.* aut bona adventitia, *Brunemann de Collat. bonorum c. 4, 576.*

qvi conferunt

qvæ non conferenda

IX. Qvi *renunciavit* juratò hereditati à divisione excluditur. *c. qvamvis 2. de pact. 1. n. 6.* ut filia accepta dote, aut filius donatione propter nuptias, aut apannagio, *Carpz. 2, 35. def. 8. seqq.* qvæ tamen renunciatio hæreditatis non afficit bona *feudalia* à patre relicta, nisi sint & ipsa hereditaria. *Rosenthal. l. 9. concluf. 13, 8.* neqve *fideicommissaria*, *Gail. 2. O. 98. π. Pist. 4. q. 6, 63.* neqve ea qvæ post factam renunciationem pater in *testamento* renuncianti reliqvit, *Gail. 2. O. 148.* neqve deniqve legitimam, nisi vel loco ejus aliqvid, veluti dotem aut donationem propter nuptias, acceperit, aut expressè illi qvoqve re-

Renunciatio hereditatis qvædam admittit

nunciaverit, *Gail. 2. O. 147. Carpz. 2, 35. def.* Juram *5. Richt. decis. 69, 15.* De Jure Saxonicô juramentum non reqviritur, *J. Sax. Prov. 1. A. 13.* qvod si accesserit impedit rescisionem ob enormissimam læsionem per *Const. Sax. 2, 35.* qvando cesset. *Carpzov. def. 4. Vid. Gail. 2. O. 147.* Cessat verò renunciatio, causâ cessante, veluti si filia renunciavit in gratiam fratrum, his prædefunctis patri illa tamen succedit, *Gail. 2. O. 148.*

44. π. 7. 4. C. 10.

TIT. XIV.

DE OBLIGATIONIBVS.

I.

Connexio HActenus de prima Juris in re specie, dominio; reliqvum esset de pignore & possessione dicere, sed de hoc suprà ubi de *Dominio* mediante possessione occupato & de *usucapione* actum & infrà de *Interdictis* pluribus agetur; similiter etiam de Pignore, qvod ex contractu oritur. Seqvitur igitur de *Jure ad rem* & obligatio stricè dicta. gatione personæ tantùm non rei inhærente, qvæ κατ' ἐξοχὴν hic *obligatio* audit. Sunt autem correlata duobus subjectis inhærentia, Jus enim Jus ad rem qvid ad rem est potentia moralis seu facultas Jure competens ad rem nobis debitam ab alterô exi-

gen-

gendam: *Obligatio* viciſſim eſt impotentia moralis h. e. neceſſitas Jure competens ad rem alteri debitam præſtandum. *Rei* verò vocabulum latiſſimè patet ut & dationem rei & præſtationem facti, aut patientiæ, qvoqve contineat. Sic res pro factô ſumitur infrà *V. J. de oblig. ex delict. L. 4. de O. & A.* obligatio qvid. Res pro facto

II. Debetur autem aliqvid vel ex *fide* & promiſſo ſuo, vel ex *læſione* alterius, ſive maleficio & utroqve ex fundamentô vel ſecundum Jus naturale tantùm, vel etiam civile, unde obligatio vel naturalis tantum eſt, vel civilis etiam, de qvâ Imperator: origo obligationis nat. & civ.

Pr.

Nunc tranſeamus ad obligationes; obligatio eſt Juris vinculum, qvo neceſſitate adſtringimur alicujus rei ſolvendæ ſecundum noſtræ civitatis Jura. obligatio Civilis qvid

III. Promiſſum aliud eſt ὁμόπλοον, offerentis ſolius promiſſum, *l. 3. pr. π. de pollicit.* aliud εὐπλοον, illud aut Deo, Eccleſiæ vel piis cauſis fit, & dicitur *votum*, aut Reipb. & *Pollicitatio* appellatur: Hoc verò *Conventio* dicitur. à qvibus differt aſſertio nuda, vel propoſitum abſqve certâ animi ſententia, unde nulla obligatio oritur, *cap. 3. X. de Vot.* qvò etiam pertinet abuſivè dicta pollicitatio, cujus Pufendorff Promiſſum qvotuplex. Votum. Pollicitatio. Conventio. Propoſitum nudum

de J. Nat. l. 3. c. 5. §. 5. seqq. exemplum profert: *Ego seriò destinavi hoc vel illud tibi præstare, & peto ut id mihi credas*, qvo tacitè sibi reservarit, ne cogatur. Itemqve si in arbitrium promittentis obligatio ponitur, *dabo tibi hoc, si voluero. l. 17. & l. 108. §. 1. π. de V. O. Conf. Pufendorff. de J. Nat. 3, 8, 4.* Ex donatione qvoqve nulla oritur *obligatio ad remunerandum* sive ad ἀντιδωρεᾶ exigenda, qvanqvam abusivè ita loqvatur *l. 25. §. 11. π. de hered. petit.* Sed obligatio tantum est ad gratitudinem in genere & incerti, & saltem ad id, ne sit ingratus aut inimicus.

obligatio ex donatione qvæ

IV. Votum parit obligationem naturalem & civilem, nisi vovens sui Juris non sit. Regulariter qvoqve transit ad heredem, *l. 2. π. de pollicit.*

ex Voto.

V. Pollicitatio similiter Jure naturali parit obligationem, sed Jus Romanum illam non recepit, nisi ob certam aliqvam causam, & non ex mera liberalitate; veluti ob honorem à Republica decernendum vel decretum, vel ob incendium, terræ motum, vel aliqvam ruinam: aut si absqve causa facta pollicitatio imperi cœpta fuerit. *l. 3. π. eod.*

ex pollicitat.

VI. Conventio sive pactum est duorum vel plurium consensus in idem placitum. *l. 1. §. 2. π. de pact.* Consensus duabus partibus constat, judicio intellectus, & libertate volendi, unde contrariantur error dolus vis metusve, *l. 51. π. de pact. l. 116. de reg. jur. t. t. de dolo malo* itemqve infantia, dementia, ebrietas, prodigali-

Conventio qvid

galitas post decretum. Conventionis species duæ sunt una principalis, qvæ vel generatim de qvavis re, qvæ & generis nomen retinet, & *contractus* itemqve *Pactum legitimum* dicitur: vel de re dubia & litigiosa, & *Transactio* vocatur, de qvâ infrà, *t. de Action.* Altera accessoria, ut Pacta in continenti adjecta: stipulatio: fidejussio: pignus, jusjur. Effectus est obligatio naturalis qvæ per se plena & perfecta est, & obligat in conscientia: Sed Legislatio civilis non omnem obligationem naturalem cum effectu agendi civiliter, recepit. *l. 16. §. 4. π. de fidej.* Itaqve Jure Romano alia conventio destituitur *causâ*, h. e. vi agendi civiliter, & dicitur *pactum nudum:* aliæ vim illam obtinent, idqve vel solâ adjectione in continenti contractui principali, ut *Pacta adjecta l. 7. §. 5. π. de pact.* Vel *receptione* per legem civilem, *l. 6. π. de pact.* velut pacta legitima, ut constitutæ pecuniæ, donationis, dotis, hypothecæ, imo & contractus juris gentium: vel adjectâ formâ *civili*, contractus Juris civilis, ut stipulatio, literarum obligatio.

qvotuplex principalis: Pactum legit. contractus, Transactio. Accessoria. Obligatio naturalis Conventio cum causa. Pactum nudum

VII. Pactum *nudum* Jure qvidem naturali habet jus petendi, *Pufendorff. de J. Nat. 5. 10, 7.* Romano verò Jure tantum jus excipiendi & retinendi, *l. 7. pr. §. 4. π. de pact.* veluti, si post divortium convenit, adeoqve ex intervallo post donationem propter nuptias aut stipulationem de dote: *Ne tempore statuto dilationis dos reddatur, sed statim.* hoc non valebit, inqvit

Pactum nudum J. N. J Rom.

inqvit JC. ne ex pacto nudo actio nascatur. *d. l. 7. §. 5. de pact.* Similiter pactum nudum affirmativum est: *Ut majores qvàm statutæ sunt usuræ* in contractu ipsô, *præstentur. d. §. 5.* qvia non in ingressu contractus factum fuerat. Sic omnia pacta contractibus non in continenti adjecta nullam pariunt actionem sed solam exceptionem, idqve vi obligationis naturalis, *l. 26. §. 12. l. 38. §. 1. l. 41. l. 59. l. 64. π. de condict. indeb.* Sed usus fori germanici, Jure Romano hâc in parte non admisso, jus naturale seqvitur, & ex omni pacto actionem concedit, *Carpz. 2, 19. def. 17. Exerc. ad π. 24. 75. sq.*

J. Germ.

Ex pacto non nudo obligatio

IIX. Conventio civilis seu pactum non nudum vim suam aut à Jure civili speciatim dicto, aut à Jure Prætoriô accepit: hinc obligatio divisa in civilem & Prætoriam.

§. 1.

civilis & prætoria

Omnium autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur. namq; aut civiles sunt, aut Prætoriæ. Civiles sunt, qvæ aut legibus constitutæ, aut certo jure civili comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt, qvas prætor ex sua Jurisdictione constituit, qvæ etiam honorariæ vocantur.

Contractus verus & qvasi contract.

IX. *Consensus* tum in conventione civili & contractu, tum in maleficio, aut *expressus* est, aut *tacitus* & præsumtus; ille constituit contractum & delictum verum, hic *qvasi Contractus & qvasi delictum.*

§. 2.

§. 2.

Seqvens divisio in qvatuor species dividitur. Divisio obligationis qvadripartita *Aut enim ex contractu, aut qvasi ex contractu, sunt, aut ex maleficio, aut qvasi ex maleficio. Prius est, ut de iis, qvæ ex contractu sunt, dispiciamus. Harum æqve qvatuor sunt species. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu, de qvibus singulis dispiciamus.*

X. Conventiones & contractus alii sunt juris naturalis & gentium, alii juris civilis *ut dictum* § 6. Jure gentium omnes ad qvatuor classes revocantur, *do ut des, do ut facias, Facio ut des, facio ut facias:* ita tamen ut & *promissio dandi* aut faciendi subintelligatur. Sed qvum nonnulli ex iis imprimis propter frequentiam eorum, naturam specificam peculiari nomine expressam sortiti fuerint, vocantur hi à Romanis *Contractus Nominati*, reliqvi sub classibus illis generalibus relicti *innominati* dicuntur, etsi qvidam nomen aliqvod sortiti, ut permutatio, Assecuratio, Cambium, Suffragium, *t. Cod. de Suffrag.* & æstimatio. *t. de æstim. action. t. t. π. de Præscript. verb. Exerc. ad π. 32, 2. sq.* Referri huc possunt & Contractus *mixtæ* naturæ aut dubiæ, *l. 1. §. 1. l. 22. sq. l. 10. l. 17. §. 2. de P. V. Vid. Grot. J.* B. *2, 12, 5. Pufendorff. 5, 2, 10. & 5, 9, 6. Exerc. ad π. 32, 5.* Proprium horum est Jus pœnitendi *l. 5. pr. π. de cond. caus. dat.* Carpz. *2, 33. def. 23.* Marqvard. *de Jur Mercat:* Vid. Gometz. *2, 4.* Mantic. *de amb. Conv. 1, 8, 17.* Ruland. *Consil.* von *Assecuration* Sachen. Contractuum 4. classes J. G. J. Civ. I. vel Innominati vel Nominati mixti.

XI. In-

II. Item alii bonæ fidei alii stricti juris

XI. Interpretatio conventionum & contractuum, jure qvidem naturæ & gentium omnium est secundum *æqvitatem* naturalem, sed cum Jus Civile Romanum qvosdam verbis solennibus fieri voluerit, ultra qvæ interpretatio fieri non debuit, hinc contractus alii *bonæ fidei*, alii *stricti Juris* dicti, *l. 99. pr. De V. O. §. 28. J. de Action.* Conf. *Pufendorff. de J. N. 5, 2, 8. Grot. J. B. 2, 14.* & ibi Felden.

III. Item vel purè fiunt vel adjecto die certo vel incerto vel conditione possibili sponsio

XII. Conventiones & contractus vel *purè* fiunt, vel secus. illi obligant ut confestim peti possit, qvanqvam ex Jure humanitatis qvædam ditatio indulgeatur, *l. 14. de R. J. l. 41. §. 1. l. 50. §. 4. de V. O. l. 105. π. de Solut.* Non purè fiunt vel die adjectô vel conditione. Istud fit vel *ex die* & statim debetur, h. e. obligatio & actio oritur actu primo, cujus effectus est transmissio ad heredem, sed non actu secundo hoc est, non potest exigi anteqvam dies venerit & totus præterlapsus fuerit, *§. 2. J. de V. O. l. 138. π. eod.* Vel *ad diem* & purè debetur, tempore verò præterlapsô debitor exceptione pacti vel doli tutus est, *§. 3. J. de V. O. l. 44. §. 1. π. de O. & A.* Dies incertus conditioni comparatur, *l. 56. π. de Cond. ind. b.* Conditio porrò aut *possibilis* est, & obligatio est in pendenti, transmittitur tamen ad heredem, *§. 4. J. de V. O. l. 58. eò.* Ejusmodi conventionis, sed sub conditione mutua species est *Sponsio*, de re, cujus eventus dubius est, aut cujus veritas est dubia, Wetten. *l. 3. π. de aleat.* conf. *infra §. 6. De V. O.* qvæ obligationem

nem & actionem P. V. parit. *l. 17. §. 5. de P. V.* Zas. *in l. 39. Si certum pet. Carpz. 2, 19. def. 18. Sim.* von *Lewen cen. Forens. t. 141. 11.* nisi sit immodica, *Wehn. voc.* Wetten. *Mevius ad J. Lub, 3, 9, 3. n. 41. Ge. Schulz. J. de V. O. b.* Pufend. *J. Nat. 5, 9, 4.* Item conventiones ludorum, aleæ, certaminum. *t. t. π. de aleat.* Lotariæ, ollæ fortunæ, de qvibus idem *Pufend. d. l.* aut impossibilis, eaqve vel affirmativè concepta, *Si cœlum digito attigeris*, & reddit contractum nullum; vel negativâ, *si cœlum non attigeris*, & contractus habetur pro purô. *§. 10. J. de inut. stip. l. 7. de V. O.* Adjicitur qvandoqve & *pœna* conventioni, unde contractus & actiones pœnales oriuntur, *§. ult. J. de V. O.* Neqve purus est si in *arbitrium tertii* confertur, qvo non arbitrante contractus est nullus, *l. 44. π. de V. O.*

Alea, certamina

vel Impossibili

vel Pœnâ

vel in arbitrium tertii

XIII. Alia deniqve conventionum & contractuum divisio est ex effectu obligandi per actionem civilem, alii enim obligationes mutuas pariunt, ut emtio venditio, locatio conductio, mandatum, depositum, *pr. J. de auct. Tutor.* Societas item. adeoqve & actiones mutuas, ut actio emti; actio venditi: actio locati, actio conducti; Sed obligationes istæ iterum duplicis sunt generis, aut enim utrinqve æqvales sunt & *principaliter* obligant. ex qvibus utrinqve actiones *directæ* nascuntur, ut illæ ipsæ modo dictæ, itemqve actio pro socio, familiæ erciscundæ, communi dividundo & similes:

XIV. Alii pariunt obligationes & actiones mutuas

easqve vel utrinqve directas

aut

probentur. *Vid. Prax. Art. Analyt. in jure. c. 2. P. 1. & P. 3 c. 1. n. 50. seqq.*

XV. Ex his perspici potest, *doli* præstatio- præstatio doli
nem esse proprium seu essentiale consequens omnium contractuum, quâ per renunciationem etiam expressam contrahens liberari nequit: est enim contra naturam rei & Jus naturæ, *l. 7. §. 7. seqq. π. de pact.* Sed *culpæ* præstatio ad Natu- culpæ
ralia pertinet, ita ut per pactum possit contrahens à culpæ præstatione immunis esse, *l. 11. §. fin. π. de evict. Carpz. 5. Resp. 45, 2.* atque ab *Evictione* liberari ad quam alioquin regulariter evictio-
contrahens obligatur, exceptis casibus futuris, nis
l. 11. π. de evict. & *fortuitis*, quos consilium & diligentia humana prævidere & avertere non potuit, *l. 6. §. 7. π. de off. Præs. l. 18. pr. π. commod. l. 1. §. 4. π. de O. & A.* Nisi expressè conventum, *l. 7. §. 15. π. de Pact.* idque *periculum* dici- Periculum quid
tur regulariter, & est eventus fortuitus; Sed cum & culpæ vel dolo aliquomodo mixtus esse possit, tunc utique obligat culpæ vel doli reum, *l. 5. §. 4 & 7. π. commod. l. 1. §. 4. de O. & A.* Sed de dolo & culpa itemque ignorantia in doctrina de delictis propria tractandi sedes est, qui enim dolo contrahit, delinquit magis, quam contrahit.

XVI. Ad Species contractuum igitur ut V. Con-
descendamus, quatuor facit hic Imperator, aut tractus
re, aut *verbis*, aut *literis*, aut *consensu*, quarum alii con-
postrema species naturaliter prima est, omnes sensuales
enim contractus consensu constant, tanquam

formâ generica: Sed alii *Solo consensu*, certis tamen signis expresso, iisqve vel verbis qvibuscunqve, vel nutu, vel ipso facto & consensu tacito, qvasi scilicet contractus, sed de his qvidem postea separatim: nunc de veris, qvi vocantur; horum itaqve qvi *Solo consensu* constant, adeoqve merè Juris naturæ & gentium sunt, *tit. 13. seqq.* exponuntur, ut Emtio venditio, locatio conductio, Societas, mandatum. Adde & *Constitutum*, qvod qvibusvis verbis aut per epistolam inter absentes fieri potest, & in repetitione prioris pacti consistit, eoqve à pacto nudo differt, *vid. exerc. ad π. 24. 70. sqq, infrà §9.* *J. de action. & t. de fidejuss. n. 2.* Præter hos alii qvidem ex Jure civili reqvirunt. *verba* scilicet *solenniter* nuncupata nempe *stipulatio*, aliàs nec cæteri contractus verbis destituuntur. Alii contra verba in *Scripturam* redacta continent, chirographum seu literarum obligatio, *tit. XXII.* Alii deniqve nec solo consensu fiunt, nec verba aut literas postulant necessariò, sed à *datione* rei aut numeratione incipiunt, ut mutuum commodatum, depositum, solitum, indebitè, de qvibus deinceps.

Constitutum

alii Verbales

alii Literales

alii reales

TIT. XV.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR OBLIGATIO.

Pr.

Mutuum qvid

RE contrahitur obligatio, veluti mutui datione. Mutui autem datio in iis rebus consistit

sistit, qvæ pondere, numero, mensurave constant veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro, quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, ut accipientium fiant. Et qvoniam nobis non eædem res, sed aliæ ejusdem naturæ & qvalitatis reddantur, inde etiam mutuum appellatum est; qvia ita à me tibi datur, ut ex meo tuum fiat; & ex eo contractu nascitur actio, qvæ vocatur certi condictio.

Conf. *l. 1. & l. 52. π. de O. & A. t. π. & C. de reb. cred.*

Res fungibiles

I. Vocantur hæ res *fungibiles* qvod vice mutua fungantur, qvum individua corpora restitui non possint, sed utiqve alienentur & consumantur: præsupponitur autem rem qvæ alterius vice fungi debet in solutione ejusdem qvoqve bonitatis & qvalitatis esse, aliàs *Identitas* abesset. Hinc si intermedio tempore inter solutionem & contractum mutatio nummorum facta, eaqve ut fólet in deterius qvoad intrinsecam bonitatem, reducenda est moneta ad illam bonitatem qvæ fuit tempore *contractus*. Idem si salvâ intrinsecâ bonitate valor externus creverit ut augmentum & decrementum cedat lucro & damno debitoris. *t. C. de Veter. numism. potest* Conflit. *Elect. Saxon. 2, 28.* Mynsing. *4. O. t. Ge.* Schulz. *J. h. t.* Carpz. *2, 28. Def. 4. seq.* Werner. *discurs. de mutat. mon.* Vid. Anton Faber. *lib. de nummariis solution. contra Molinæi Tr. de monetis.* Pufend. *de J. Nat. 5, 7, 6. seq.*

Reductio monetæ

Exc. SCti Maced.

II. Filiofam: mutuum dare prohibitum est SCto Macedoniano, ut actio contra patrem locum non habeat: nisi Patris consensus probetur, saltem tacitus, veluti si in rem ejus versum, aut in id ad qvod Pater aliàs tenebatur, veluti alimenta, *t. t. π. & C. de SCto Macedoniano.*

Civitas qvomodo obligatur

III. Similiter & civitas vel Communitas de Jure Romano ex mutuo non obligatur nisi probetur versio in rem, *l. 27. π. de Reb. cred.* sed usu fori obligatur universitas, si aut omnes & singuli consenserint, vel per constitutum ad id Syndicum, vel saltem si senatus & Tribuni plebis. *Vid. Exerc. ad π. 22, 53. seqq.*

Essentia mutui

IV. Essentia mutui consistit *in rei fungibilis adnumeratione* vel ad mensuratione, qvæ ipsa & acceptationem ipso Jure continet, alioqvin esset mera obligatio.

Effectus obligatio

V. A forma ista emanat effectus proprius, *obligatio* ad restituendum tantundem & qvantitatis ejusdem & bonitatis, qvæ sub nomine *Æris alieni* venire solet. Vnde apparet, etsi dominium nummorum debitor accipiat, tamen propriè *alienatio* rei suæ hoc contractu non continetur, qvod CL. Salmasio visum, cum *in patrimonio* mutuo dantis loco dati succedat interea *nomen* & stato tempore res fungibilis. *Vid. Pufend. 5, 7, 5.* Et viciſſim Jus & actio ad tantundem repetendum, qvæ vocatur *condictio certi ex mutuo.* V. t. t. *π. & C. de reb. cred. Si certum petatur & de condict.* Qvod si res dari non potest, obligatio hic secundaria & subsidiaria

an & alienatio?

& actio certi

aria est, ad *æstimationem rei* qvæ Jure Romano parit *condictionem triticariam*, à potissima specie frumenti denominatum, hoc est, incerti condictionem aliqvam, qvæ extenditur ad alios qvosqve contractus, sed & ex delictis vel qvasi obligationes. Æstimatio autem ad tempus *moræ* reducitur Jure Romano, *l. 3. π. de condict. tritic.* nostro verò ad tempus solutioni destinatum, ac præterea reus ad id qvod interest condemnatur, *Brunnem. ad l. 3. π. h. t. n. 4. Vid. Exerc. ad π. 24, 61.* incerti Triticiaria ad interesse.

VI. Obligatio ad usuras non respuitur à Jure *naturæ* & gentium qvatenus sunt particula lucri ex sorte percepti aut percipiendi à debitore. *Grot. de J. B. 2, 12, 21. seq.* Pufend. *5, 7, 8. seq.* J. Pac. *ad C. de usur.* Jure Hebræorum prohibitæ inter ipsos tantum Hebræos non Hebræis cum peregrinis contrahentibus, Jure *Romano* menstruæ consveverant esse, eæqve centesimæ, eoqve jure non debebantur, nisi ex *stipulatu*: Jure tamen naturali eas deberi ex nudo etiam pacto, nec repeti posse per condictionem indebiti, fatentur Impp. *l. 3, seq. C. de usur.* Nostris moribus sortes solent longiori spatio mutuo dari, adeoqve debitor etiam ex mora sine pacto tenetur atqve perpetuò intelligitur in mora esse, *Richt. Decis. 74. n. 17. 61. seq.* itaqve usuræ etiam expressæ non promissæ regulariter debentur. *Exerc. ad π. 22, 14. seq.* Sed dimidio minores qvàm jure Romano, qvinqve vel sex in centum. In bonæ fidei contractibus de Usuris J. Nat. Rom. German.

v. g. usuræ pretii emtionis venditionis non soluti, etiam Jure Romano debentur ex sola mora. *l. 32. §. 2. ff. de usur.* Porrò usuræ usurarum sive Anatocismus est prohibitus. *l. 29. ff. de usuris. l. 28. C. eod. Carpz. 2, 30. def. 29.* Sed alia interveniente personâ debitoris usuræ accipiunt qualitatem sortis, & usuræ porrò debentur, *l. 7. §. 11. seq. l. 15. ff. de admin. tutor. l. 10 §. 2. ff. mand. Carpz. 2, 30. def. 30. sqq. Berlich. decis. 265.* Solutæ ultra alterum tantum non amplius debentur, *l. pen. C. de usur.* Novell. *121. & 138.* Secus *per Decis. Elect. Saxon. XXIX.* V. Tabor. *de altero tanto.* Ab usuris differt *interesse*, quod damni aut intercepti lucri rationem habet & lege indeterminatum est. *§. fin. J. de V. O. t. C de sent. quæ pro eo quod interest.* Carpz *2, 30. Def. 1, 3, 8.* Jure pontificio quum crederent usuras Jure Divino naturali esse prohibitas, adinventus fuit contractus emtionis usurarum, quas vocant Annuos reditus cum pactô redimendi Wiederkäufliche Zinßen. *t. X. de cens.* Ordin. *Polit. Imp. 1577. t. 17. dict. Exerc. §.* Huc pertinent montes pietatis Lombardiæ, Cambia sicca, Mohatra, de quibus *Pufend. J. N. 5, 7. ult.*

Usuræ usurarum

ultra alterum tantum.

Interesse quid

Contractus annuorum reditum

montes pietatis.

§. 1.

II. Indebiti solutio

Is quoq; qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem solvit, re obligatur, daturq; agenti contra eum propter repetitionem, condictitia actio. Nam perinde ei condici potest, si patet eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. Vnde pupillus si ei

si ei sine tutoris auctoritate indebitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione, non magis quam mutui datione. Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere: cum is, qui solvendi animo dat, magis voluerit negotium distrahere quàm contrahere.

Conf. t. 2. de Condict. indeb.

Est hæc species quasi contractus sive taciti, de quô infrà *Tit.* XXIIX. *§. 6. Pufend. de J. Nat. 5, 7, 4.*

VII. Rei fungibilis dominium in mutuo numeratæ aut traditæ transit ad debitorem, & hactenus *alienationem* continet hic Contractus, itaque si perit, debitori perit: secus in commodato.

§. 2.

III. Commodatum. *Item is, cui res aliqua utenda datur, id est, commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is abeô, qui mutuum accepit, longè distat. namq; non ita res datur, ut ejus fiat: & ob id de eâ re ipsâ restituenda tenetur. Et is quidem qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit quod accepit; veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hostiumve incursu? nihilominus obligatus remanet. At is qui utendum accepit, sane quidem exactam diligentiam custodiendæ rei præstare jubetur, nec sufficit eit antam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modo alias diligentior potuerat*

ff. à mutuo

præstationes

rat eam rem custodire, sed propter majorem vim majoresve casus non tentur, si modo non ipsius culpa is casus intervenerit; alioqui si id, quod tibi commodum est domi, peregre ferre tecum malueris, & vel in cursu hostium prædonumve, vel naufragio amiseris, dubium non est, quin de restituenda ea retenearis, Commodata autem res tunc proprie intelligitur, si nullâ mercede acceptâ vel constituta, res tibi utenda data est. alioqui mercede interveniente, locatus tibi usus rei videtur. Gratuitum enim debet esse commodatum.

obligatio

VIII. Obligatur ergò commodatarius ad restituendum commodatum usu finitò non deteriorem, *l. 3. §. 1. l. 5. §. 2. l. 18. pr. π. de commod.* tenetur itaqve de dolò & omni culpâ, non de casu fortuitò, nisi ex conventione expressa, *d. l. 5. §. 2. & fi.* Inde Actio directa commodanti datur ad rem æqvè bonam restituendam cum accessionibus, *d. l. 5. §. 9. l. 13. §. 1. Commod. l. 38. §. 10. π. de usur.* Vicissim ex obligatione Commodantis datur Actio contraria Commodatario ad damnum, interesse & impensas, *l. 17. sq. π. Commod. t. pen. C. eod.* itemqve exceptio retentionis, *d. l. 18. §. 2. h. t.*

& actio

§. 3.

IV. depositum

Præterea & is, aqud qvem res aliqva deponitur, re obligatur, teneturqve actione depositi, qvia & ipse de eâ re, qvam accepit, restituenda tenetur. Sed is ex eo solo tenetur, si qvid dolo com-

commiserit: culpæ autem nomine, id est, desidiæ ac negligentiæ, non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet.

IX. Forma depositi consistit in datione ejus rei præsertim mobilis in custodiam gratuitam Etsi honorarium seu modicam remunerationem contractus hîc non respuit. *l. 1. §. 9. π. depositi. arg. l. 6. pr. π. Mandat.* forma

X. Obligatur Depositarius ad rem custodiendam solùm, non cum jure ea utendi, nisi ex pactô adjectô *l. 1. §. 34. l. 25. §. 1. π. depos. conf. Pufend. de J. N. 2, 5, fin.* itemque ad reddendam, quandocunque deponens repetit, etsi ad tempus deposuit, voluntatem enim mutare potest. *l. 1. §. 45, seq. π. h. conf. Pufend. de j. N. 5, 4, 7.* Præstare debet dolum & culpam latam, *l. 1. §. 24. l. 32. π. depositi. l. 5. §. 2. π, commod. l. 1. §. 5. π. de O. & Act.* Ex dolo actio instituta infamat condemnatum, *l. 7. π. de his qui not. infam. Carpz. 4, 45. def. ult.* Sed obligatione *naturali* etiam culpam levem præstare debet *Luc.* XVI. 12. quandoque & levissimam, quoties rei conditio id requirit, veluti si pretiosior est, aut si ex ea omnes deponentis fortunæ dependeant. *Ambros. L. 2. de offic. c. 29. Pufend. 5, 4, 7.* Planè si res incendii, tumultus, naufragii causâ, deposita est, in duplum actio datur, *l. 1. pr. π. h. t. Pufend. ibid.* obligatio depositarii Actio duplì

obligatio deponentis

XI. Deponens vicissim obligatur ad refarciendum damnum depositario occasione depositi datum, dolo vel culpa deponentis, *l. 61. §. 5. π. de furt.* vel ob impensas tantum, *l. 5. l. 12. pr. π. depos.* inde actio *contraria* depositi, data est, ut & retentionis jus, *l. pen. C. h. t.*

Sequestrum

XII. Species depositi est sequestrum, quo rei, etiam immobilis & universitatis, sed *litigiosæ* custodia sequestri datur à Judice, vel consensu partium, *l. 6. π. h. t.* ut lite finitâ victori restituat cum omni causâ. Quod si etiam administratio rei committitur, mixtus est contractus ex depositô & mandatô. *Vid. Exerc. ad π. 28, 70.* Regulariter verò judici rem litigiosam non licet sequestrare & possessori auferri, sed ex causâ vel armorum vel dilapidationis, *l. unic. C. de Prob. sequest. & cap. 1. X. de Sequestr. poss.* & vel salvâ possessione, vel omissæ possessionis causâ, quo casu in pendenti est possessio litigantium, & sequester sibi pro alieno possidet, atque ad rationes reddendas tenetur, *actione sequestrariâ:* Cui vicissim *Contraria sequestri actio* datur ob impensas & damna, *Vid. Clud. de sequestr.*

eum administratione

Reg.

Curator bonor.

Differt à Sequestre Curator, qui ad *vacuam* possessionem bonorum constituitur.

§. 4.

V. Pignus.

Creditor quoque, qui pignus accepit, re obligatur, quia & ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur actione pignoratitia. Sed quia pignus utriusque gratiâ datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis

gui ei in tuto sit creditum; placuit sufficere, si ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhibeat; quam si præstiterit, & aliquo fortuito casu rem amiserit: securum esse, nec impediri creditum petere.

Conf. *t. π. & C. de pignor. seqq.*

XIII. Vox *pignoris* multifariam usurpatur, primò de *re* & objecto hujus contractus, qvæ in pignus datur, secundo de *contractu* ipsô, cujus essentia consistit in datione rei in securitatem debiti: cujus effectus est & Jus ad rem sive obligatio personalis qvâ debitor rem ante satisfactionem non potest repetere, & Jus in re s. obligatio; realis, qvâ res ipsa obligatur; unde tertia significatione vocatur *pignus* species *juris in re.* Et hactenus differt pignus ab *hypotheca*, qvæ *pacto* tantùm constituitur in immobilibus, non traditione, *l. 4. π. de pignor. pignus* tamen etiam vocatur per nudam conventionem promissum, nec traditum, *l. 1. π. de pignor. act. l. 17. §. 2. π. de pactis.* Vicissim & *Hypothecæ* vocabulum promiscuè pro pignore tradito usurpatur, *l. 5. π. de pign. V. §. 7. J. de act.* Cæterum ex pactô hypothecæ non tantum obligatio personalis oritur, ut ex pacto legitimô; Sed itidem Jus in re & res hypothecata ipsa obligatur, etsi ad tertium pervenerit. Vtraqve ex Jure naturali, *Exerc. ad π. 33, 3.*

Pignus qvotupliciter dicatur. 1. 2. 3. Hypotheca 4. obligatio duplex

XIV. Ex contractu hoc reali pignoratitio, ut dictum, obligatur primariò *Creditor* ad rem restituendam cum omni causa, debitore solven-

Creditoris

te,

te. Dolum & culpam præstare tenetur, eamqve diligentiæ exactæ & casui fortuito opponitur, §. *fin. h. t. atqve* Jure Saxon. & casum fortuitum præstat. *J. P. 3. A. 5. Coler Decis. 7, 29.* qvod tamen Jure Electorali abrogatum *per Const. 26. P. 2. Conf. Hahn. ad Wesen. h. t. n. 7.* Lauterb. *h. t. §. 2. n. 6.* Brunnem. *in l. 13. fin. π. h. t.* Vnde oritur *Actio pignoratitia directa*; de qva *tit. π. & C. de pignor. Acti.* Exerc. *ad π. 26, 2.*

Actio pignoratitia

XV. Secundariò obligatur qvoqve *debitor*, qvoties res pignori data est aliena & à Domino evincitur creditori, ad hoc, ut alia res detur, qvâ securior sit creditor, aut debitum solvatur, *l. 54. π. de fidej. ibid. Gloss. Exerc. ad π. 26. fin. t. t. C. si res aliena.* Secundò ad impensas utiles creditori restituendas, *l. 8. l. 25. π. de pign. Action.* deniqve ad resarcienda damna qvævis qvæ dolo vel culpa debitoris obvenerint, *l. 31. π. de pign. act. l. 61. §. 1. π. de furt.* Ex qvâ obligatione oritur actio contraria pignoratitia, *l. 31. π. h. t.* Itemqve *Exceptio pignoratitia*, & Jus retentionis, *l. 1. l. 8. π. h. t. l. 36. eo. l. 6. §. 9. π. Commun. Divid.*

debitoris

Actio pign. contrar.

XVI. Si pignus soluto debito penes tertium sit, pignoratitia non contra tertium, sed contra creditorem vel ejus heredem competit, *l. fin. C. si vend. pign. agat.* J. Sax. *Prov. 2. A. 60.* Sed tamen Rei vindicatione à tertio repetiares poterit. *Carpz. 2, 26. def. 5.* Consil. *Marp. 1, 278, 6.*

an contra tertium

278, 6. Richt. *Vol. 1. P. 1. Consil. 54.* Exerc. *ad π. 26, 9.*

XVII. Actio *hypothecaria* qvæ ex pacto tantum oritur, competit creditori contra debitorem ad rem Jure pignoris obligatam etiam tradendum: Sed & contra *tertium* possessorem, debitore prius excusso, *Auth. hoc si debitor C. de pignorib. Novell. 4. c. 2.* imo & nondum excusso, si probatio facti in continenti per documenta fieri potest, J. Elect. Saxon. *Vid. Exerc. 33, 17.* ubi & *libelli* Hypothecariæ formula exhibetur. Vocatur etiam *qvasi Serviana*, qvum ipsa *Serviana* sit specialis, locatori contra colonum competens de rebus tacitis pignoris Jure pro mercede obligatis, *§. 7. J. de Act.* competit præterea etiam Interdictum Salvianum, in possessorio, *Vid. §. 3. J. de Interd.*

Hypothecaria actio qvæ

Serviana & q.

Interd. Salvian.

Tit. XVI.

4ſ. π. 1. 8. C. 38.

De Verborvm Obligationibvs.

I.

origo hujus contractus

VErbis qvoqve contrahi posse atqve ut plurimum solere, & naturæ & gentium Jure haud est incognitum, sed iste contrahendi modus nullam speciem contractus constituit, sed omnibus est communis, *l. 52. §. 9. π. de O. & A.* At Romani verbis *solemnibus* inter *præsentes interro-*

terrogando & respondèndo peculiarem contractus speciem introduxerunt, qvam *Verborum obligationem* generatim, in specie verò *Stipulationem* dixerunt.

Pr.

Descriptio

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cum qvid dari fierive nobis stipulamur: ex qvâ duæ proficiscuntur actiones, tam Condictio (certi) si certa sit stipulatio, qvam ex stipulatu, si incerta sit, qvæ hoc nomine inde utitur, qvod stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte à stipite descendens.

§. 1.

Formulæ

In hâc olim talia verba tradita fuerunt. Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fidepromittis. Fidepromitto. Fidejubes? Fidejubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam.

Lingva.

Vtrum autem Latina, an Græca, vel qvalibet alia lingva stipulatio concipiatur, nihil interest; scilicet si utervę stipulantium intellectum ejus lingvæ habeat, nec necesse est eadem lingva utrumq; uti, sed sufficit congruenter ad interrogata respondere. Qvin etiam duo græci latina lingva obligationem contrahere possunt. Sed hæc solennia verba olim qvidem in usu fuerunt, postea autem Leonina Constitutio lata est, qvæ solennitate verborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab utraqve parte solùm de-

side-

fiderat, qvibuscunque tandem verbis expreſſum.

Leonis Imp. conſtitutio hac de re extat *l. 10. C. de contrah. ſtip.*

II. Etſi verò qvibusvis verbis fieri ſtipulatio poteſt Jure noviſſimo, & interrogatio ac reſponſio etiam nudis pactis conveniat, *l. 7. §. 12. π. de pact.* differt tamen ab his, qvod pacta etiam per epiſtolam & inter abſentes fiant, ſtipulatio neutiqvam, ſed inter præſentes & loqventes, *l. 1. pr. & §. 1. π. de V. O.* adeó ut *mutu* ſtipulatio non fiat, ut non tantum haud civiliter, ſed nec *naturaliter* annuens obligetur, *d. l. 1. §. 2. eo.* qvod non in univerſum de naturali obligatione capiendum, *l. ſervo. 65. §. 3. π. ad SC. Trebell. l. obligamur. 52. fi. π. de O. & A.* Sed de natura rei h. e. ſtipulationis ſive verborum obligationis, qvâ ſalvâ, *animo ſtipulandi* nutu reſponderi non poteſt, *d. l. 7. §. 12. π. de pact.*

diff. ſtipulationis & pacti jure noviſſ.

l. 1. §. 2 π. de V. O.

§. 2.

Omnis ſtipulatio aut purè, aut in diem aut ſub conditione fit. Purè, veluti, Qvinqve aureos dare ſpondes? Idqve confeſtim peti poteſt. In diem, cum adjecto die, qvo pecunia ſolvatur, ſtipulatio fit: veluti, Decem aureos primis calendis Martiis dare ſpondes? Id autem qvod in diem ſtipulamur, ſtatim qvidem debetur, ſed peti prius, qvam dies venerit, non poteſt, ac nec eo qvidem ipſo die, in qvem ſtipulatio facta eſt, peti poteſt;

Modus ſtipulandi pure in diem

potest; quia totus is dies arbitrio solventis tribui debet. neque enim certum est eo die, in quem promissum est, datum non esse, priusquam is praeterierit.

§. 3.

Quoad vivam. *At si ita stipuleris, Decem aureos annuos, quoad vivam, dare spondes? & purè facta obligatio intelligitur, & perpetuatur; quia ad tempus non potest deberi; Sed heres petendo, pacti exceptione submovebitur.*

Conf. L. 56. §. 4. ff. de V. O. ibique P. Buf.

§. 4.

Sub conditione casuali potestativa *Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio: ut, si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti, Si Titius Consul factus fuerit, quinque aureos dare spondes? Si quis ita stipulatur, si in Capitolium non adscendero, dare spondes? perinde erit, ac si stipulatus esset, cum moreretur, sibi dari. Ex conditionali stipulatione tantum spes est debitum iri, eamque ipsam spem in heredem transmittimus, si prius quam conditio extet, mors nobis contigerit.*

Conf. *infra* §. *cum quis.* 25. *de inutil. stip.*

§. 5.

Cum adjectione loci. *Loca etiam inseri stipulatione solent, veluti, Carthagini dare spondes? Quæ stipulatio licet purè fieri videatur, tamen re ipsa habet tempus adje-*

adjectum, qvo promissor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo si qvis Romæ ita stipuletur, Hodie Carthagini dare spondes? inutilis erit stipulatio, cum impossibilis sit promissio.

Conf. *Suprà Tit. XIV. §. 12. Pufendorff. de J. N. L. b. 3. c. 8, 3.* Cœterum *loci certi* adjectio, qvo solutio fieri debet, in contractibus *bonæ fidei* non restringit obligationem, & actionem, qvò minus solutione ibi non facta, in alio conveniri debitor possit, sed in contractu hôc *stricti Juris* dubitatio fuit, donec ex æqvitate naturali Prætor arbitrariam sive utilem actionem de eo qvod certo loco, daret, *l. 1. & l. 7. pr. & 1. t. π. de eo, qvod certo loco.* qvod ex principiis juris Teutonici eò minus difficultatis habet, qvæ naturalem æqvitatem pressius sequuntur. *V. Exerc. ad π. 24, 62.*

§. 6.

Conditiones, qvæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omninò non differunt, veluti, Si Titius Consul fuit: vel si Mævius vivit, dare spondes? Nam si ea ita non sint, nihil valet stipulatio: Sin autem ita se habent, statim valet. Qvæ enim per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint.

Huc referendæ sunt *sponsiones*, Wetten/ de qvibus & antea *t. de obligat. n. XII.*

§. 7.

Non solum res in stipulatum deduci possunt, De qvi-

bus stipulatio fiat Pœnæ adjectio loco interesse

sed etiam facta: ut si stipulemur aliquid fieri, vel non fieri. & in hujusmodi stipulationibus optimum erit, pœnam subjicere, ne quantitas stipulationis incerto sit: ac necesse sit actori probare, quod ejus interfit, itaque si quis, ut fiat aliquid, stipuletur; ita adjici pœna debet, si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes? Sed si quædam fieri, quædam non fieri, una eademque conceptione stipuletur quis; clausula hujusmodi erit adjicienda, si adversus ea factum erit, sive quid ita factum non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?

Conf. *tit. π. de V. O. & C. de contrah. stip. Gœdd. Tr. de Const. & Commit. stip.*

J. Germ. III. Vsu fori Germanici stipulationes receptæ non sunt, sed obligant conventiones qvibusvis verbis, etiam nutu, & inter absentes qvoqve per literas aut internuncium civiliter obligant, sicut & naturaliter, *c. 13, X. de fid. Instrur. Gail. O. 13, 9. Berlich. Decis. 69. Carpz. 1, 17. def. 39. Exerc. ad π. VIII, 5.*

45. π. 2. 8. C. 40. Nov. 99.

TIT. XVII.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI ET PROMITTENDI.

I.

Reorum vox exponitur

SIcut naturaliter non unus tantùm, sed & plures *creditores* de eadem re ex eadem causa con-

conjunctim in solidum sibi paciscuntur validè, ita etiam Jure Civili Romanorum stipulari ita possunt, & dicuntur *rei stipulandi*, etsi non ipsi obligati, sed obligati sunt, eoqve respectu nec rei, sunt tamen sibi invicem obligati ac eatenus rei. Vicissim *debitores* plures eandem rem ex eâdem causâ eidem creditori conjunctim promittere stipulanti possunt, qvi *rei promittendi* dicti, *l. 1. π. de duob. reis.*

Pr.

Et stipulandi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt, stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat, Spondeo: puta, cum duobus separatim stipulationibus, ita promissor respondeat, utriqve vestrum dare spondeo. Nam si prius Titio sponderit, deinde alio interrogante spondeat, alia atqve alia erit obligatio, nec creduntur Duo rei stipulandi esse. Duo pluresvè rei promittendi ita fiunt, Mævi, decem aureos dare spondes? & Sei eosdem decem aureos dare spondes? si respondeant singuli separatim: spondeo. Qvibus modis fiant

Conf. *l. eand. 9. §. 2. π. de duobus reis.*

§. 1.

Ex hujusmodi obligationibus & stipulationibus solidum singulis debetur, & promittentes singuli in solidum tenentur. In utraqve tamen (al. enim) *obligatione una res vertitur, & vel alter debitum accipiendo, vel alter solvendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat.* effectus

Conf. *l. 3. & 7. π. h. t. l. 1. fq. C. eo.*

Limit. qvoad restitutionem ratæ reliqvis debitæ

II. Æqvitas scilicet naturalis non patitur, ut eadem res bis solvatur: ergo etsi singuli rei stipulandi habent jus exigendi solidum, & liberandi debitorem, obligatur tamen exactor solidi cœteris, pro rata *l. 3. π. de duob. reis* actione pro socio, vel communi dividundo, *l. 62 pr. π. ad L. Falcid.* Similiter res se habet cum pluribus reis promittendi; præterqvam qvod hi, etsi expressè qvoqve in *solidum* clausula adjecta sit, jure novissimo gaudent beneficio & exceptione divisionis contra exigentem solidum, & qvoad Exc. divisionis sublimit. *Auth. hoc ita C. de duob. reis. Novell. 99. c. 1.* nisi alter sit absens, ne in plura distrahatur fora creditor: aut non solvendo; tunc præsens qvi solvendo est solidum solvere tenetur: itemqve si renunciavit huic beneficio, *Carpz. 2, 17. def. 14. Richt. in dict. Auth.*

§. 2.

duorum reorum una obligatio diversis modis

Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius in diem, vel sub conditione obligari potest: nec impedimento erit dies aut conditio, qvo minus ab eô, qvi purè obligatus est, petatur.

Conf. *l. 7. π. h. t.*

45. π. 2.

TIT. XVIII.

DE STIPVLATIONE SERVORVM.

Pr.

Hereditas personam defuncti sustinet

SErvus ex persona domini jus stipulandi habet. Sed & hereditas in plerisqve, personæ defuncti vicem

vicem sustinet, idemque quod servus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, acquirit hereditati, ac per hoc etiam heredi postea facto acquiritur.

§. 1.

Sive autem domino, sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter servus stipuletur, domino acquirit. Idem juris est in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere possunt. stipulatio filii fam.

§. 2.

Sed cum factum in stipulatione continebitur, omnimodo persona stipulantis continetur, veluti si servus stipuletur, ut sibi ire agere liceat, ipse enim tantum prohiberi non debet, non etiam dominus ejus. stipulatio de facto personalis.

R. Dub. Servus nihil sibi, sed omnia domino acquirit. R. Dec. Etiam hîc acquirit domino jus, sed per personam servi solius exercendum, non per personam domini. Quia dispar ratio subesse solet.

§. 3.

Servus communis stipulando, unicuique dominorum pro portione dominii acquirit, nisi jussu unius eorum, aut nominatim alicui eorum stipulatus est, tunc enim soli ei acquiritur. Quod servus Communis stipulatur, si alteri ex dominis acquiri non potest, solidum alteri acquiritur: veluti si res, quam dari stipulatus est, unius domini sit.

Conf. *infrà h. lib. per quas personas nob. oblig. acquir.*

obligatio deponentis

XI. Deponens vicissim obligatur ad reſarciendum damnum depoſitario occaſione depoſiti datum, dolo vel culpa deponentis, *l. 61. §. 5. π. de furt.* vel ob impenſas tantum, *l. 5. l. 12. pr. π. depoſ.* inde actio *contraria* depoſiti, data eſt, ut & retentionis jus, *l. pen. C. h. t.*

Seqveſtrum

XII. Species depoſiti eſt ſeqveſtrum, qvo rei, etiam immobilis & univerſitatis, ſed *litigioſæ* cuſtodia ſeqveſtri datur à Judice, vel conſenſu partium, *l. 6. π. h. t.* ut lite finitâ victori reſtituat cum omni causâ. Qvod ſi etiam adminiſtratio rei committitur, mixtus eſt contractus ex depoſitô & mandatô. *Vid. Exerc. ad π. 28, 70.* Regulariter verò judici rem litigioſam non licet ſeqveſtrare & poſſeſſori auferri, ſed ex cauſa vel armorum vel diſſipationis, *l. unic. C. de Prob. ſeqveſt. & cap. 1. X. de Seqveſtr. poſſ.* & vel ſalvâ poſſeſſione, vel omiſſæ poſſeſſionis causâ, qvo caſu in pendenti eſt poſſeſſio litigantium, & ſeqveſter ſibi pro alieno poſſidet, atqve ad rationes reddendas tenetur, *actione ſeqveſtrariâ:* Cui viciſſim *Contraria ſeqveſtri actio* datur ob impenſas & damna, *Vid. Clud. de ſeqveſtr.*

eum adminiſtratione

Reg.

Curator bonor.

Differt à Seqveſtre Curator, qvi ad *vacuam* poſſeſſionem bonorum conſtituitur.

§. 4.

V. Pignus.

Creditor qvoqve, qvi pignus accepit, re obligatur, qvia & ipſe de eâ re, qvam accepit, reſtituenda tenetur actione pignoratitia. Sed qvia pignus utriusqve gratiâ datur, & debitoris, qvo magis pecunia ei credatur, & creditoris, qvo magis

gis ei in tuto sit creditum; placuit sufficere, si ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhibeat; quam si præstiterit, & aliquo fortuito casu rem amiserit: securum esse, nec impediri creditum petere.

Conf. *t. π. & C. de pignor. seqq.*

XIII. Vox *pignoris* multifariam usurpatur, primò de *re* & objecto hujus contractus, qvæ in pignus datur, secundo de *contractu* ipsô, cujus essentia consistit in datione rei in securitatem debiti: cujus effectus est & Jus ad rem sive obligatio personalis qvâ debitor rem ante satisfactionem non potest repetere, & Jus in re s. obligatio; realis, qvâ res ipsa obligatur; unde tertia significatione vocatur *pignus* species *juris in re.* Et hactenus differt pignus ab *hypotheca*, qvæ *pacto* tantùm constituitur in immobilibus, non traditione, *l. 4. π. de pignor. pignus* tamen etiam vocatur per nudam conventionem promissum, nec traditum, *l. 1. π. de pignor. act. l. 17. §. 2. π. de pactis.* Vicissim & *Hypothecæ* vocabulum promiscuè pro pignore tradito usurpatur, *l. 5. π. de pign. V. §. 7. J. de act.* Cœterum ex pactô hypothecæ non tantum obligatio personalis oritur, ut ex pacto legitimô; Sed itidem Jus in re & res hypothecata ipsa obligatur, etsi ad tertium pervenerit. Vtraqve ex Jure naturali, *Exerc. ad π. 33, 3.*

Pignus qvotupliciter dicatur. 1. 2. 3.

Hypotheca 4.

obligatio duplex

XIV. Ex contractu hoc reali pignoratitio, ut dictum, obligatur primariò *Creditor* ad rem restituendam cum omni causa, debitore solven-

Creditoris

te,

te. Dolum & culpam præstare tenetur, eamqve diligentiæ exactæ & casui fortuito opponitur, §. *fin. h. t. atqve* Jure Saxon. & casum fortuitum præstat. *J. P. 3. A. 5. Coler Decis. 7, 29.* qvod tamen Jure Electorali abrogatum *per Const. 26. P. 2. Conf. Hahn. ad Wesen. h. t. n. 7.* Lauterb. *h. t. §. 2. n. 6.* Brunnem. *in l. 13. fin. π. h. t.* Vnde oritur *Actio pignoratitia directa*; de qva *tit. π. & C. de pignor. Acti.* Exerc. *ad π. 26, 2.*

Actio pignoratitia

debitoris

XV. Secundariò obligatur qvoqve *debitor*, qvoties res pignori data est aliena & à Domino evincitur creditori, ad hoc, ut alia res detur, qvâ securior sit creditor, aut debitum solvatur, *l. 54. π. de fidej. ibid. Gloss. Exerc. ad π. 26. fin. t. t. C. si res aliena.* Secundò ad impensas utiles creditori restituendas, *l. 8. l. 25. π. de pign. Action.* deniqve ad resarcienda damna qvævis qvæ dolo vel culpa debitoris obvenerint, *l. 31. π. de pign. act. l. 61. §. 1. π. de furt.* Ex qvâ obligatione oritur actio contraria pignoratitia, *l. 31. π. h. t.* Itemqve *Exceptio pignoratitia*, & Jus retentionis, *l. 1. l. 8. π. h. t. l. 36. eo. l. 6. §. 9. π. Commun. Divid.*

Actio pign. contrar.

an contra tertium

XVI. Si pignus soluto debito penes tertium sit, pignoratitia non contra tertium, sed contra creditorem vel ejus heredem competit, *l. fin. C. si vend. pign. agat.* J. Sax. *Prov. 2. A. 60.* Sed tamen Rei vindicatione à tertio repetiares poterit. *Carpz. 2, 26. def. 5.* Consil. *Marp. 1, 278, 6.*

278, 6. Richt. *Vol. 1. P. 1. Consil. 54.* Exerc. *ad π. 26, 9.*

XVII. Actio *hypothecaria* qvæ ex pacto tantum oritur, competit creditori contra debitorem ad rem Jure pignoris obligatam etiam tradendum: Sed & contra *tertium* possessorem, debitore prius excusso, *Auth. hoc si debitor C. de pignorib. Novell. 4. c. 2.* imo & nondum excusso, si probatio facti in continenti per documenta fieri potest, J. Elect. Saxon. *Vid. Exerc. 33, 17.* ubi & *libelli* Hypothecariæ formula exhibetur. Vocatur etiam *qvasi Serviana*, qvum ipsa *Serviana* sit specialis, locatori contra colonum competens de rebus taciti pignoris Jure pro mercede obligatis, *§. 7. J. de Act.* competit præterea etiam Interdictum Salvianum, in possessorio, *Vid. §. 3. J. de Interd.* Hypothecaria actio qvæ — Serviana & q. — Interd. Salvian.

Tit. XVI.

De Verborvm Obligationibvs.

π. 45. 1. C. 38.

I.

VErbis qvoqve contrahi posse atqve ut plurimum solere, & naturæ & gentium Jure haud est incognitum, sed iste contrahendi modus nullam speciem contractus constituit, sed omnibus est communis, *l. 52. §. 9. π. de O. & A.* At Romani verbis *solennibus* inter *præsentes interro-* origo hujus contractus

terrogando & respondendo peculiarem contractus speciem introduxerunt, qvam *Verborum obligationem* generatim, in specie verò *Stipulationem* dixerunt.

Pr.

Descriptio

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cum qvid dari fierive nobis stipulamur: ex qvâ duæ proficiscuntur actiones, tam Condictio (certi) si certa sit stipulatio, qvam ex stipulatu, si incerta sit, qvæ hoc nomine inde utitur, qvod stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte à stipite descendens.

§. 1.

Formulæ

In hâc olim talia verba tradita fuerunt. Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fidepromittis. Fidepromitto. Fidejubes? Fidejubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam.

Lingva.

Vtrum autem Latina, an Græca, vel qvalibet alia lingva stipulatio concipiatur, nihil interest; scilicet si utervqve stipulantium intellectum ejus lingvæ habeat, nec necesse est eadem lingva utrumq; uti, sed sufficit congruenter ad interrogata respondere. Qvin etiam duo græci latina lingva obligationem contrahere possunt. Sed hæc solennia verba olim qvidem in usu fuerunt, postea autem Leonina Constitutio lata est, qvæ solennitate verborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab utraqve parte solùm de-

fide-

siderat, quibuscunque tandem verbis expressum.

Leonis Imp. constitutio hac de re extat *l. 10. C. de contrah. stip.*

II. Etsi verò quibusvis verbis fieri stipulatio potest Jure novissimo, & interrogatio ac responsio etiam nudis pactis conveniat, *l. 7. §. 12. π. de pact.* differt tamen ab his, quod pacta etiam per epistolam & inter absentes fiant, stipulatio neutiquam, sed inter præsentes & loquentes, *l. 1. pr. & §. 1. π. de V. O.* adeó ut *mutu* stipulatio non fiat, ut non tantum haud civiliter, sed nec *naturaliter* annuens obligetur, *d. l. 1. §. 2. eo.* quod non in universum de naturali obligatione capiendum, *l. servo 65. §. 3. π. ad SC. Trebell. l. obligamur. 52. fi. π. de O. & A.* Sed de natura rei h. e. stipulationis sive verborum obligationis, quâ salvâ, *animo stipulandi* nutu responderi non potest, *d. l. 7. §. 12. π. de pact.* diff. stipulationis & pacti jure noviss. l. 1. §. 2 π. de V. O.

§. 2.

Omnis stipulatio aut purè, aut in diem aut sub conditione fit. Purè, veluti, Quinque aureos dare spondes? Idque confestim peti potest. In diem, cum adjecto die, quo pecunia solvatur, stipulatio fit: veluti, Decem aureos primis calendis Martiis dare spondes? Id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur, sed peti prius, quam dies venerit, non potest, ac nec eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti Modus stipulandi pure in diem

potest;

potest; quia totus is dies arbitrio solventis tribui debet. neque enim certum est eo die, in quem promissum est, datum non esse, priusquam is præterierit.

§. 3.

Quoad vivam. *At si ita stipuleris, Decem aureos annuos, quoad vivam, dare spondes? & purè facta obligatio intelligitur, & perpetuatur; quia ad tempus non potest deberi; Sed heres petendo, pacti exceptione submovebitur.*

Conf. *L. 56. §. 4. ff. de V. O.* ibique *P. Buf.*

§. 4.

Sub conditione casuali potestativa *Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio: ut, si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti, Si Titius Consul factus fuerit, quinque aureos dare spondes? Si quis ita stipuletur, si in Capitolium non adscendero, dare spondes? perinde erit, ac si stipulatus esset, cum moreretur, sibi dari. Ex conditionali stipulatione tantum spes est debitum iri, eamque ipsam spem in heredem transmittimus, si prius quam conditio extet, mors nobis contigerit.*

Conf. *infra §. cum quis. 25. de inutil. stip.*

§. 5.

Cum adjectione loci. *Loca etiam inseri stipulatione solent, veluti, Carthagini dare spondes? Quæ stipulatio licet purè fieri videatur, tamen re ipsa habet tempus adje-*

adjectum, quo promissor uti atur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo si quis Romæ ita stipuletur, Hodie Carthagini dare spondes? inutilis erit stipulatio, cum impossibilis sit promissio.

Conf. *Suprà Tit. XIV. §. 12. Pufendorff. de J. N. L. b. 3. c. 8, 3.* Cœterum *loci certi* adjectio, quo solutio fieri debet, in contractibus *bonæ fidei* non restringit obligationem, & actionem, quò minus solutione ibi non facta, in alio conveniri debitor possit, sed in contractu hôc *stricti Juris* dubitatio fuit, donec ex æquitate naturali Prætor arbitrariam sive utilem actionem de eo quod certo loco, daret, *l. 1. & l. 7. pr. & 1. t. π. de eo, quod certo loco.* quod ex principiis juris Teutonici eò minus difficultatis habet, quæ naturalem æquitatem pressius sequuntur. *V. Exerc. ad π. 24, 62.*

§. 6.

Conditiones, quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omninò non differunt, veluti, Si Titius Consul fuit: vel si Mævius vivit, dare spondes? Nam si ea ita non sint, nihil valet stipulatio: Sin autem ita se habent, statim valet. Quæ enim per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint.

Huc referenda sunt *sponsiones*, Wetten/ de quibus & antea *t. de obligat. n. XL.*

§. 7.

Non solum res in stipulatum deduci possunt, De quibus re-

bus stipulatio fiat

sed etiam facta: ut si stipulemur aliqvid fieri, vel non fieri. & in hujusmodi stipulationibus optimum erit, pœnam subjicere, ne qvantitas stipulationis incerto sit: ac necesse sit actori probare, qvod ejus interfit, itaqve si qvis, ut fiat aliqvid, stipuletur; ita adjici pœna debet, si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes? Sed si qvædam fieri, qvædam non fieri, una eademqve conceptione stipuletur qvis; clausula hujusmodi erit adjicienda, si adversus ea factum erit, sive qvid ita factum non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?

Pœnæ adjectio loco interesse

Conf. *tit. 11. de V. O. & C. de contrab. stip. Gædd. Tr. de Const. & Commit. stip.*

J. Germ.

III. Vsu fori Germanici stipulationes receptæ non sunt, sed obligant conventiones qvibusvis verbis, etiam nutu, & inter absentes qvoqve per literas aut internuncium civiliter obligant, sicut & naturaliter, *c. 13, X. de fid. Instrum. Gail. O. 13, 9. Berlich. Decis. 69. Carpz. 1, 17. def. 39. Exerc. ad π. VIII, 5.*

45. π. 2. 8. C. 40. Nov. 99.

TIT. XVII.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI ET PROMITTENDI.

I.

Reorum vox exponitur

SIcut naturaliter non unus tantùm, sed & plures *creditores* de eadem re ex eadem causa con-

conjunctim in solidum sibi paciscuntur validè, ita etiam Jure Civili Romanorum stipulari ita possunt, & dicuntur *rei stipulandi*, etsi non ipsi obligati, sed obligati sunt, eoqve respectu nec rei, sunt tamen sibi invicem obligati ac eatenus rei. Vicissim *debitores* plures eandem rem ex eâdem causâ eidem creditori conjunctim promittere stipulanti possunt, qvi *rei promittendi* dicti, *l. 1. π. de duob. reis.*

Pr.

Qvibus modis fiant

Et stipulandi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt, stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat, Spondeo: puta, cum duobus separatim stipulationibus, ita promissor respondeat, utriqve vestrum dare spondeo. Nam si prius Titio sposponderit, deinde alio interrogante spondeat, alia atqve alia erit obligatio, nec creduntur Duo rei stipulandi esse. Duo pluresvè rei promittendi ita fiunt, Mxvi, decem aureos dare spondes? & Sei eosdem decem aureos dare spondes? si respondeant singuli separatim: spondeo.

Conf. *l. eand. 9. §. 2. π. de duobus reis.*

§. 1.

effectus

Ex hujusmodi obligationibus & stipulationibus solidum singulis debetur, & promittentes singuli in solidum tenentur. In utraqve tamen (al. enim) *obligatione una res vertitur, & vel alter debitum accipiendo, vel alter solvendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat.*

Conf. *l. 3. & 7. π. h. t. l. 1. §. C. eo.*

vicem sustinet, ideoque quod servus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, acquirit hereditati, ac per hoc etiam heredi postea facto acquiritur.

§. 1.

Sive autem domino, sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter servus stipuletur, domino acquirit. Idem juris est in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere possunt. stipulatio filii fam.

§. 2.

Sed cum factum in stipulatione continebitur, omnimodo persona stipulantis continetur, veluti si servus stipuletur, ut sibi ire agere liceat, ipse enim tantum prohiberi non debet, non etiam dominus ejus. stipulatio de facto personalis.

R. Dub. Servus nihil sibi, sed omnia domino acquirit. R. Dec. Etiam hîc acquirit domino jus, sed per personam servi solius exercendum, non per personam domini. Quia dispar ratio subesse solet.

§. 3.

Servus communis stipulando, unicuique dominorum pro portione dominii acquirit, nisi jussu unius eorum, aut nominatim alicui eorum stipulatus est, tunc enim soli ei acquiritur. Quod servus Communis stipulatur, si alteri ex dominis acquiri non potest, solidum alteri acquiritur: veluti si res, quam dari stipulatus est, unius domini sit.

Conf. *infrà h. lib. per quas personas nob. oblig. acquir.*

TIT. XIX.

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

Pr.

Qvætripartita

STipulationum aliæ sunt judiciales, aliæ Prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes, tam Prætoriæ, qvam Judiciales.

§. 1.

Judiciales

Judiciales sunt duntaxat, qvæ à merô Judicis officio proficiscuntur, veluti de dolo cautio, vel persequendo servo, qvi in fuga est, restituendove pretio.

§. 2.

Prætoriæ

Prætoriæ sunt, qvæ à merô Prætoris officiô proficiscuntur; veluti damni infecti, vel legatorum; Prætorias autem stipulationes sic oxaudiri oportet, ut in iis etiam contineantur Ædilitiæ: nam & hæ à Jurisdictione Prætoris veniunt.

Communicata scilicet ædilibus.

§. 3.

Conventionales

Conventionales sunt, qvæ ex conventione utriusqve partis concipiuntur, hoc est, neqve jussu judicis, neqve jussu prætoris, sed ex conventione contrahentium, qvarum totidem genera sunt, qvot, penè dixerim, rerum contrahendarum.

§. 4.

Cummunes

Communes sunt, veluti rem salvam fore pupillo (nam & Prætor jubet rem salvam fore pupillo,

pillo, caveri, & interdum judex si aliter hæc res expediri non potest) vel de rato stipulatio.

I. Fundamentum hujus divisionis in genere qvidem in natura rei latet, qvod stipulationes, de qvarum natura hactenus dictum, regulariter fiant *conventionales*, nempe mere tales, extrajudiciales, ut alii contractûs: qvædam tamen sint *judiciales*, qvæ citra consensum partium ex merô officio judicis fiunt, & qvæ speciatim vocantur *cautiones* judiciales, vocabulo *judicii* communi usu loqvendi sumto. Sed Romani has cautiones dividunt in Prætorias & Judiciales presse dictas: cujus rei fundamentum est ordo judiciorum in foro Romano, ubi alia *in jure* coram Prætore, Præside, Ædili aliove Magistratu, alia *in judicio* coram judicibus datis, pedaneis, expediri solebant; Sed postqvam in nostrum forum ista differentia juris & judicii non fuit recepta, & magistratus ipse judex esse debet, *Prætoriæ stipulationes* nobis sunt judiciales cautiones, ut damni infecti, legatorum, de vitiis jumentorum & similes. Tertium Genus, communium, itidem cessat, & sub judicialibus continetur. Cæterum differt à stipulatione tanqvam genere, *cautio*, qvæ species est stipulationis; hodierno usu, etiam pactionis simplicis: sed de securitate præstanda eorum, qvæ in judicio fieri petuntur, *l. 1. π. & t. t. qvi satisd. cog.* Eaqve fit tripliciter vel per fidejussores, qvæ *satisdatio* dicitur, vel per pignora qvæ hodiè magis freqventantur, post be-

ejus fundamentum

diff. in jure & in judicio

usus fori

diff. stipulatio & Cautio

Satisdatio

Jurato- rie neficium excussionis, *Andler. Jurisprud. 1, 12. seqq.* vel per juramentum, si nec fidejussores nec pignora haberi possunt. *Gail. O. 43. Carpz. 1, 15. def. 9.* vel per nudam promissionem, ut possessores immobilium, Jure Romano, *d. t. π. qui satisd. cog. V. infrà de satisd. 4, 11.*

8. C. 39.

TIT. XX.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

I.

QVod de conventionibus & contractibus generatim verum est, illud etiam in stipulationibus obtinet. Igitur qvantum ad materiam De materia circa qvam conventiones & stipulationes versantur.

Pr.

Reg. *Omnis res, qvæ dominio nostro subjicitur, in stipulationem deduci potest, sive illa mobilis sit, sive soli.*

§. 1.

Exc. 1. *At si qvis rem, qvæ in rerum natura non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit, veluti Stichum, qvi mortuus sit, qvem vivere credebat, aut Hippocentaurum, qvi esse non possit, inutilis erit stipulatio.*

De Hippocentauro Plin. *l. 7. c. 3.* Hieron. *in vita Pauli.* Cœlius Rhodigin. *lib. XI. c. 22.* Conf. *l. 97. pr. π. de V. O.*

§. 2.

§. 2.

Idem Juris est, si rem sacram, aut religiosam, 2.
quum humani Juris esse credebat; vel (rem) publicam, quæ usibus populi perpetuo exposita sit, ut forum vel theatrum; vel liberum hominem, quem servum esse credebat; vel cujus (rei) commercium non habuerit; vel rem suam, dari quis Ampl.
stipuletur. Nec in pendenti erit stipulatio ob id quod publica res in privatam deduci, & ex libero servus fieri potest, & res sua stipulatoris esse desinere potest, sed protinus inutilis est, item contrà licet initio utiliter res in stipulatum deducta sit, si tamen postea in aliquam eorum causam, de quibus suprà dictum est, sine facto promissoris devenerit, extinguitur stipulatio. Ac nec statim ab initio talis stipulatio valebit, Lucium Titium, cum servus erit, dare spondes? & similia. Quæ enim natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt.

Conf. *infra* §. *item.* 21 *hic L.* 83. §. 5. π. *de V. O. L.* 140. §. 2. *eo. L.* 34. §. 1. π. *de contrah. emt.*

§. 3.

Si quis alium daturum, facturumve aliquid De facto
promiserit, non obligabitur: veluti, si spondeat, alieno
Titium quinq; aureos daturum. Quod si effecturum se, ut Titius daret, sponderit, obligatur.

Exceptionem vid. in *L.* 38. *pr.* π. *de V. O.* & alias Glossa hic collegit. conf. & §. *Versa vice, 20. h.*

§. 4.

Tertio stipulari

Si qvis alii, qvam ei cujus Juri subjectus sit, stipuletur, nihil agit. Planè solutio etiam in extraneam personam conferri potest: veluti, si qvis ita stipuletur, Mihi aut Sejo dare spondes? ut obligatio qvidem stipulatori acqviratur, solvi tamen Sejo, etiam invito eo, (scil. stipulante. Vid. l. 10. 11. 12. π. de solut.) recte possit, ut liberatio ipso Jure contingat, sed ille adversus Sejum habeat mandati actionem. Qvod si qvis sibi & alii, cujus Juri subjectus non sit, dari decem aureos stipulatus est, valet, qvidem stipulatio: Sed utrum totum debeatur stipulatori, qvod in stipulationem deductum est, an verò pars dimidia, L. 110. π. de V. O. *dubitatum est. Sed placuit, non plus, qvam dimidiam partem ei acqviri. Ei verò qvi juri tuo subjectus est, si stipulatus sit, tibi acqviris, qvia vox tua tanqvam filii sit, sicut & filii vox tanqvam tua intelligitur in iis rebus, qvi tibi acqviri possunt.*

Ratio J. Rom.

Ratio, qvia inter præsentes qvorum interest, aut alterius personam repræsentantes, stipulatio fieri debet. *l. 11. π. de V. O. Conf. mox. §. 18. & infrà tit. per qvas person. obligat. acqvir.* Moribus & usu fori Germ. etiam alteri *paciſci* validè possumus, idqve naturali ratione, veluti ex negotiô gestô, & consensu præsumtô. *V. l. pen. π. de pact. & Exerc. ad π. VIII.* Qvod & Jure Canonico approbatur, sive juramentum accesserit, sive

Vsus fori Germ.

venon: imò & Romano, si pœna adjecta, §. 19. & 21. b. Conf. l. F. 14. de fœud. Marchiæ. c. un. §. si duo. item mg. l. F. 20. de benefici. fratris. c. un.

§. 5.

Præterea inutilis est stipulatio, si qvis ad ea, qvæ interrogatus fuerit, non respondeat: veluti, si qvis decem aureos à te dari sibi stipuletur, tu qvinq; promittas, vel contra; aut si ille purè stipuletur, tu sub conditione promittas, vel contra; si modo scilicet id exprimas, id est, si cui sub conditione vel in diem stipulanti, tu respondeas, Præsente die spondeo. Nam si hoc solum respondeas, Promitto, breviter videris in eandem diem, vel conditionem spopondisse: Neq; enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti, qvæ stipulator expresserit. Incongrua responsio

Qvod ait de minore summa promissâ qvàm in stipulationem deducta, limitat *L. 1. §. 4. π. de V. O.* qvod valeat in minore summa promissio, si & hanc acceptaverit aut non respuerit responsum.

§. 6.

Item inutilis est stipulatio, si vel ab eô stipuleris, qvi tuo juri subjectus est, vel si is à te stipuletur. Sed servus qvidem non solum domino suo obligari non potest: Sed ne qvidem ulli alii, filii verò familiarum aliis obligari possunt. Servi & filiif.

Intellige, hos & naturaliter & civiliter qvoqve servus non civiliter, etsi naturaliter. *l. 14. π. de O. & A.*

§. 7.

§. 7.

Muti & surdi

Mutum neq; stipulari, neq; promittere posse, palam est. quod & in surdo receptum est, quia & is, qui stipulatur, verba promittentis, & is qui promittit, verba stipulantis audire debet: Unde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit; sed eo qui omnino non audit.

§. 8.

Furiosi

Furiosus nullam negotium gerere potest, quia non intelligit quod agit.

§. 9.

Pupilli

Pupillus omne negotium recte gerit: ita tamen ut, ubi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor: veluti, si ipse obligetur, nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest. Sed quod diximus de pupillis, utiq; de iis verum est, qui jam habent aliqvem intellectum: nam infans, & qui infantiæ proximus est, non multum à furioso distant, quia hujusmodi ætatis pupilli, nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum, benignior juris interpretatio facta est, ut idem juris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes, ne auctore qvidem patre obligatur.

Conf. supra *t. de auct. tut. n. VII.*

§. 10.

Impossib condit.

Impossibilis conditio si obligationi adjiciatur, nihil valet stipulatio, Impossibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento est, quo minus existat: veluti si qvis ita dixerit: Si digito cœ-

to cœlum attigero, dare spondes? At si ita, stipulatur, si digito cœlum non attigero, dare spondes? pure facta obligatio intelligitur, ideoque statim peti potest.

Confer *supra Tit. XIV. §. VI.*

II. Vt conventiones generatim, *Vid. tit. XIV. supra §. XII.* ita etiam stipulationes aut purè aut sub conditione aut die adjectô fiunt. Atque quoad conditionem *impossibilem* aliud Jus est in conventionibus, aliud in ultimis voluntatibus, atque sponsalibus, *cap. ult. X. de condit. appositi. supra tit. XIV. l. 2. §. 12. & T. XX. §. 20. Pufend. de J. Nat. 3, 8, 5. vid. Exerc. ad π. XXXVIII. §. 99. 102.*

diff. inter contractus & ultim. volunt.

§. II.

Item verborum obligatio inter absentes concepta, inutilis est. Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus præstabat, forte post tempus tales allegationes opponentibus, &, non præsentes fuisse, vel se vel adversarios suos, contendentibus: ideo nostra constitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Cæsarienses Advocatos scripsimus: per quam disposuimus, tales scripturas, quæ præsto esse partes indicant, omnino esse credendas, nisi is, qui talibus utitur improbis allegationibus, manifestissimis probationibus, vel per scripturam, vel per testes idoneos approbaverit, toto eo die, quo conficiebatur instrumentum, sese vel adversarium suum in aliis locis fuisse.

Inter absentes

Est ista constitutio, *L. 14. C. de contrab. stip.*

§. 12.

§. 12.

Post mortem concepta

Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat, non magis quam post ejus mortem, à quo stipulabatur. Ac nec is, qui in alicujus potestate est, post mortem ejus stipulari poterat, quia patris vel domini voce loqui videretur. Sed & si quis ita stipuletur, Pridie quam moriar vel: Pridie quam morieris, dare spondes? inutilis erat stipulatio.

J. Vet.

J. Nov.

Sed cum (ut jam dictum est) ex consensu contrahentium stipulationes valeant, placuit nobis etiam in hunc juris articulum necessariam inducere emendationem, ut, sive post mortem sive pridie quam moriatur stipulator, sive promissor, stipulatio concepta sit, stipulatio valeat.

V. L. scrupulosam. 11 & L. ult. C. de contrah. stip. & l. nn. C. ut actiones ab hered.

§. 13.

Præpostera conceptio

Item si quis ita stipulatus erat, Si navis (cras) ex Asia venerit, hodie dare spondes? inutilis erat stipulatio, quia præpostere concepta est. Sed cum Leo, inclytæ recordationis, in dotibus eandem stipulationem, quæ præpostera nuncupatur, non esse rejiciendam existimaverit; nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare, ut non solum in dotibus, sed etiam in omnibus valeat hujusmodi conceptio stipulationis

Vid. l. præposteri. 25. C. de testament. Leonis constitutio non extat. quanquam Accursius eò trahat L. si mulier. 25. C. de jur. dot.

§. 14.

§. 14.

Ita tamen stipulatio concepta, veluti si Titius dicat: Cum moriar, dare spondes? vel cum morieris? & apud veteres utilis erat, & nunc valet.

Vid. l. hereditar. 7. π. de reb. aut. jud.

§. 15.

Item post mortem alterius recte stipulamur. Post mortem alterius

Conf. L. 45. π. h. t.

§. 16.

Si scriptum in instrumento fuerit, promisisse aliquem, perinde habetur, atq; si interrogatione præcedente responsum sit. Promittere intelligitur stipulanti.

Conf. l. Titia. 134. §. 2. π. de V. O.

§. 17.

Quoties plures res una stipulatione comprehenduntur, si quidem promissor simpliciter respondeat, Dare spondeo? propter omnes tenetur. Si verò unam ex his vel quasdam daturum se spoponderit; obligatio in his, pro quibus spoponderit, contrahitur. Ex pluribus enim stipulationibus una, vel quædam videntur esse perfectæ: singulas enim res stipulari, & ad singulas respondere debemus. de reb. plurib.

§. 18.

Alteri stipulari (ut suprà dictum est) nemo potest. Juvent æ enim sunt hujusmodi stipulationes vel obligationes ad hoc, ut unusquisque acquirat § 4. supra exponitur

sibi,

sibi, quod sua interest: ceterum si alii detur, nihil interest stipulatoris. Planè si quis velit hoc facere, pœnam stipulari conveniet ut nisi ita factum sit, ut est comprehensum committatur pœna stipulatio etiam ei, cujus nihil interest. Pœnam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur, quod interest ejus, sed quæ sit quantitas in conditione stipulationis. Ergo si quis ita stipuletur, Titio dari? nihil agit: sed si adjecerit pœnam, Nisi dederis, tot aureos dare spondes? tunc committitur stipulatio.

limitatur 1. Cautela Pœnalis stipulatio

Conf. *l. stipulatio ista. 38. §. alteri. 17. π. de V. O.*

§. 19.

Sed & si quis stipuletur alii cum ejus interesset, placuit stipulationem valere. Nam si is, qui pupilli tutelam administrare cœperat, cesserit administrationem contutori suo, & stipuletur rem pupilli salvam fore: quoniam interest stipulatoris fieri, quod stipulatus est, cum obligatus futurus sit pupillo, si male res gesserit; tenet obligatio. Ergo & si quis Procuratori suo dari stipulatus sit, habebit vires stipulatio. Et si creditori suo quis stipulatus sit, quod sua interest, ne forte vel pœna committatur, vel prædia distrahantur, quæ pignori data erant, valet stipulatio.

2. limit.

§. 20.

Versa vice, qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa, ut non teneatur, nisi pœnam ipse promiserit.

de alieno facto

Vid. supra §. 3. h.

§. 21.

§. 21.

Item nemo rem suam futuram in eum casum, de re sua
quo sua sit, utiliter stipulatur.

Conf. *supra* §. 2. *hic L.* 87. π. *de V. O.*

§. 22.

Si de aliâ re stipulator senserit, de alia pro- Error in re
missor; perinde nulla contrahitur obligatio, ac si
ad interrogatum responsum non esset: veluti, si
hominem Stichum à te quis stipulatus fuerit, tu de
Pamphilo senseris, quem Stichum vocari credi-
deris.

Conf. *l.* 137. §. 1. π. *de V. O.*

§. 23.

Quod turpi ex causa promissum est, veluti, si ex turpi
quis homicidium, vel sacrilegium se facturum pro- causa
mittat non valet.

Conf. *L. generaliter.* 26. π. *de V. O.*

§. 24.

Cum quis sub aliquâ Conditione stipulatus Conditi-
fuerit, licet ante conditionem decesserit, postea exi- onalis est
stente conditione, heres ejus agere potest. Idem transmis
est & ex promissoris parte. sibilis

III. Conf. supra §. 4. *de V. O.* scilicet, qvoad transmisionem ad hæredem itidem differt conventio & stipulatio conditionalis ab ultimâ voluntate conditionali de qvâ *suprà de Legat.* §. 20. *& tit de hered. instit.* §. 7. *Sed.*

§. 25.

Qui hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus Certo
est, nisi omnibus partibus anni vel mensis perteritis, tempore
non recte petet.

Conf. *L. qui hoc.* 42. π. *de V. O.*

§. 26.

Tempus quando agere ex ſtipul. licet

Si fundum dari ſtipuleris, vel hominem, non poteris continuo agere, niſi tantum ſpatium præterierit, quo traditio fieri poſſit.

Conf. l. 1. §. 8. π. ad L. Fal. id. 1. continuus. 137. §. illud inſpiciendo 5. π. de V. O. l. 25. fin. π. de recept. l. 21. π. de judic.

TIT. XXI.

46. π. 18. C. 41. Nov 43. X. 22.

DE FIDEIVSSORIBVS.

I.

Acceſſoriæ conventiones J. Nat

CONventio & obligatio in univerſum & de naturali qvoqve jure, alia eſt principalis inter promiſſorem & creditorem, alia acceſſoria majoris ſecuritatis gratiâ, eaqve vel inter easdem illas perſonas; ita Jure naturali & civili

Jusjur.

Jus Jurandum contractibus accedit. Eſt enim Jus Jurandum conventio acceſſoria, qvâ principalis promiſſio confirmatur adjectione pœnæ divinæ temporalis & æternæ. *V. Manud. c. 2. §. 14. ſqq.* pignus item de qvo ſupra deniqve Jure civili, *ſtipulatio*, qvæ & principalis & acceſſorii rationem habere poteſt vel intercedente tertiâ perſonâ, qvæ in ſubſidium pro promiſſore obligatur, & hæc *Fidejuſſio* latè vocatur, vel interceſſio eſtqve acceſſoria contractuum, & ipſius qvoqve ſtipulationis.

Pignus. J. C. ſtipulatio fidejuſſoria

Pr.

Pr.

Pro eô qui promittit, solent alii obligari, qui fidejussores appellantur; quos homines accipere solent, dum curant, ut diligentius sibi cautum sit.

Finis

Species

II. In eo differt fidejussio seu intercessio Juris naturalis & gentium à fidejussione juris civilis, qvòd hæc *stipulando* peragitur, & stipulationis species est: illa verò qvovis modo, verbis & literis & nutu & inter absentes fieri potest, cujus species recepta est à Jure Romano qvoqve & vocabatur *Receptum* inter argentarios, *l. 2. C. de constit. pecun.* Constitutum inter omnes promiscuè, ex qvâ *Actio constitutoria* nascitur *§. 9. J. de act.* ejusqve forma & differentia à simplici conventione seu nudo pacto in eô consistit, ut accessoria semper sit prioris obligationis sive propriæ sive alienæ, eamqve *repetitione* stabiliat. Atqve hoc constitutum Justinianus exæqvavit Fidejussioni *l. 2. C. const. pec.* estqve ejus usus expeditior in nostrô forô, atqve promiscuè constitutum & fidejussio sumitur, qvum stipulando fidejussiones apud nos fieri haud soleant. Sed & simplici conventione uti principalis, ita & accessoria obligatio & actio usu fori oritur. Qvâ de re plura *Exerc. ad π. 24, 70. sq.*

Fidejussio vel J. Gent. vel J. Civ.

Receptum Constitutum

Usus fori

III. Essentia itaqve Fidejussionis hodie non in stipulatione aut verborum conceptione consistit, sed est conventio, qvovis modo facta, qvâ tertius pro debitore creditori fidem

Essentia fidejuss.

de debitò solvendo interponit, majoris securitatis causâ.

§. 1.

In qvibus causis

In omnibus autem obligationibus adsumi possunt, id est, sive re, sive verbis, sive literis, sive consensu contractæ fuerint. At nec illud qvidem interest, utrum civilis, an naturalis sit obligatio, cui adjicitur fidejussor: adeo qvidem, ut pro servó qvoq; obligetur, sive extraneus sit, qvi fidejussorem à servo accipiat, sive ipse dominus in id, qvod sibi naturaliter debetur.

Vades

Adde & in causis criminalibus qvi & *Vades* dicuntur, qvi promittunt, rèum sententiam in se latam subiturum. Deniqve & in

obsides. sponsores.

pactis publicis, *obsides* & sponsores & Teutonici juris vocabulo, Gvarantatores. *Pufend. de J. N. 5, 10, 9.*

§. 2.

Transit in hered.

Fidejussor non tantum ipse obligatur, sed etiam heredem reliqvit obligatum.

Etiam Jure Saxon. *V. Jur. municip. Art. 117. Constit. Elect. 2, 20. Ge. Schulz. h.*

§. 3.

modus & tempus.

Fidejussor & præcedere obligationem & sequi potest.

Conf. *l. ult. ff. mand. Exerc, ad ff. 28, 75.*

fidejussio mulierum J. Nat.

IV. Etsi porrò qvivis Judicio præditus & sui Juris uti generatim pacisci, ita & fidejubere potest, & fidem servare, Jure qvoqve naturæ tenetur: qvum tamen eadem natura in

Sexu

Sexu utroqve Judicii diversitatem agnoscat, & seqviorem *facilem* ad sese obligandum animadvertat *l. 4. fin. π. de SC. Vellej.* magis qvàm ad donandum vel solvendum: LLatio Romana naturæ ductum secuta, & ne mulieres istâ facilitate suâ damnum rei familiari inferrent, vim obligandi ex fidejussione mulieris pro aliô, sive marito, sive extraneo per SC. Vellejanum sustulit, ut solutum ex tali obligatione repeti per condictionem indebiti qveat, *l. 8. l. 24. §. 2. l. 31. π. de SC. Vellejano.* Lauterb. *Synopt. de SC. Vellej. §. l. n. 13.* nisi si *admonita* sui beneficii solverit, *l. 9. C. de SC. Vell.* Similiter non repetit *solutum* ex donatione, *l. 4. §. 1. π. h. t.* vel aliis non præviâ fidejussione, *l. 9. C. h. t.* Pariter & *dolus* mulierem privat hôc beneficiô, *l. 18. C. eo* & *pretium* pro fidejusione acceptum *l. 23. C. h. t.* itemqve *repetita* post *biennium* fidejussio, *l. 22. C. eo* aut expressa *renunciatio* admonitæ sui beneficii, *l. fi §. pen. π. h. t.* qvo ipso *naturalis* obligatio sese exserit una cum civilii modò Judicialiter fiat, aut coram notario & testibus, *Const. Elect. Saxon. 2, 16. Richt. 2. Consil. 268, 5.* idem est si Jusjurandum extra judicium accesserit, *Exerc. ad π. 28, 11.* Si *pro Maxita* intercedens renunciat etiamsi per *Auth. Si qva mulier. C. h. t.* probatio versionis in rem mulieris reqviratur, usu tamen fori sufficit etiam jusjurandum, *c. rescripto X. de juxejur.* Brunnem. *in π. ad SC. Vellej. in fi. & Const. 89. V. Decis. Elect. Saxon.* XXV. aut si cum-

SC. Vellej. Reg. Ampl. Exc. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. pro marito

8. maritô communionem bonorum, vel negotiationis societatem habeat, & fidejussio ad eam pertineat, *Gail. 2. O. 50.* Brunnem. *in π. h. t. fi. n. 9.*

Effectus, generatim.

V. Effectus fidejussionis est obligatio ad id ad qvod tempore fidejussionis debitor obligatus est, *V. l. fidejussores. 68. ϖ. de fidejuss.* & ex ea actio ex stipulatu contrà fidejussorem, vel etiam ex constituto, vel pacto, ut suprà dictum. Sed cum Fidejubere possint in eâdem causâ, unus vel plures.

§. 4.

specialim si plures sint Benefic. diversionis

qvando competat

Si plures sint fidejussores, qvotqvot erunt numero, singuli in solidam tenentur. Itaqve liberum est creditori, à qvô velit, solidum petere. Sed ex Epistola D. Adriani compellitur creditor à singulis, qvi modo solvendo sunt litis contest. at a tempore, partes petere. Ideoqve si qvis ex fidejussoribus eo tempore solvendo non sit, hoc ceteros onerat. Sed si ab uno fidejussore creditor totum consecutus fuerit, hujus solius detrimentum erit, si is, pro qvô fidejussit, solvendo non sit: & sibi imputare debet, cum potuerit juvari ex Epistola D. Adriani, & desiderare, ut pro parte in se detur actio.

Conf. *l. si testamento. 49. §. 1. π. de fidej.*

Adde tertiò cessare beneficium divisionis si *renunciatum* expresse, atqve *in Elect. Saxon. in Specie, Coler. dec. 220, 41. Const. Elect. Saxon. 2, 17. Schulz. h.* qvæ verò istis verbis non

non continetur: In solidum, jämbtlich und sonderlich / einer vor alle / und alle vor einen. Vid. *Hering. de fidej. c. 17, 53. Coler. dec. 220, 42. Schulz. hic Carpz. 2, 17. Def. 9. Exerc. ad π. XLVIII. 16. & 30.* Est alioqvin Beneficium hoc Hadriani Imp. ex æqvitate naturali arcessitum, *Pufend. de J. N. 5, 10, 11.* Qvo & fidejussor indemnitatis, Bürck oder Schadlos Bürge etiam post renunciationem uti potest, *Coler. De Proc. Exec. 1, 10, 450. & Dec. 220, 46.* ex qvo fundamento Fidejussio indemnitatis.

VI. Sive unus sive plures sint, habent etiam beneficium *ordinis* sive exceptionem *excussionis* ut primò conveniatur & excutiatur debitor principalis, & si obtineri solutio neqvit, ad fidejussorem eatur: Itidem ex æqvitate naturali. Qvintilianus Declam. 273. *Non aliter salvo pudore ad sponsorem venit creditor, qvàm si recipere à debitore non possit.* Qvod Jus revocavit Justinianus *Novell. 4. c. 1. Auth. præsente. C. de fidej.* ac perinde est si se obligaverit ut principalem, als Selbst-Schuldener / Jure Communi. *Gail. 2. O. 28. Hering. de fidej. c. 27, 1, 67.* Secus Jure Saxon. *Constit. Elect. 18. P. 2. Coppen 2. O. 31. Ge. Schulz. h.* nisi constitutio novandi animo facta qvæ *Expromissio* dicitur, *l 37. ff. π. de oper. libert. Carpz. 2, 18. Def. 2, 10.* Nisi expresè renunciaverit, aut absens fuerit, aut debitor principalis notoriè non solvendo. aliàs qvoqve exceptiones *Goth. ad d. Novell. 4.* adjicit. II. beneficium ordinis seu excussionis. Ampl. si ut principal. Exc. si ut expromissor.

§. 5.

In quantum obligentur

Fidejusores ita obligari non possunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, accessio est principalis obligationis: nec plus in accessione potest esse, quam in principali re. At ex diverso, ut minus debeant, obligari possunt. Itaq; si reus decem aureos promiserit, fidejusor in quinq; rectè obligatur: contra verò obligari non potest. Item si ille purè promiserit, fidejusor sub conditione promittere potest: contra verò non potest. Non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus est enim, statim aliquid dare; minus est, post tempus dare.

Confer *l. 8. §. 7. π. h. t. l. hi qui. 34. π. eo. l. si testamento. 49. §. fin. eodem. Pufend. J. N. 5, 10, 9. seqq.* Prorogato termino solutionis inscio fidejusore simpliciter dato, nihilominus manet ejus obligatio ad omnem causam. *l. quæro. 54 π. locat. l. 56. §. 2. π. de fidej. Gail. 2. O. 30, 11. Const. Elect. 5. 2, 19. nisi* ad certum tempus tantum fidejusserit, *l. 7. C. de locat. Conf. Carpz. 4, respons. 21. Ge. Schulz. h.*

prorogatio fidejussionis

duplex negotium in fidejussione

VII. Hæc de obligatione inter fidejusorem & creditorem. Cum verò fidejussio sit contractus mixtus, continens non tantum conventionem cum creditore, sed etiam cum debitore, duplex oritur obligatio tum ex parte fidejusoris, ad solvendum tum ex parte debitoris ad restituendum fidejusori; Posterius negotium Pufendorffio *J. N. 5, 2. fi.* creditum vocatur,

catur, qvum fingatur fidejussorem pecuniam dedisse debitori, qvam ipse deinceps creditori solvat. Romani *Mandatum* appellant, & mandatores & fideiussores æqvipollent in effectu, *l. si. π. mand. Rubr. π. de fidej. & mand.* Mandatum

§. 6.

Si qvid autem fidejussor pro reo solverit, ejus recuperandi causâ habet cũ eo mandati judicium. actio mandati

Vel etiam negotium gestum, si pro absente fidejusserit, *l. 20. §. 1. π. mand.* qvæ etiam contra *confidejussorem* competit. *Carpz. 2, 17. def. 16. seqq.* Neg. gest.

Deniqve qvum actio, qvâ debitor principalis creditori tenetur, possit esse efficacior aut favorabilior aut in jure reali opimiore fundata, qvàm qvâ debitor fidejussori tenetur, fas est, ut creditor fidejussori soluturo cedat prius actiones suas contra debitorem, *L. Modestinus. 76. π. de solut.* qvod *Beneficium cedendarum actionum* dicitur, *l. 17. π. de fidej. l. 41. §. 1. eod. l. 2. C. eo.* qvod & contra confidejussorem extenditur, *l. cum alter 11. C. de fidej. l. ult. fidejussor. 39. π. eo.* Carpz. 2, 17. *def. 20.* etiamsi renunciaverit beneficio cedendarum actionum, qvod hoc in casu intelligitur tantum ad effectum eum, ne ante solutionem vellet opponere, non verò postea, ex æqvitate de qvâ alias, *l. 38. π. de evict. l. 25, π. de pignorat. act. Heig. 1. q. 38. fi. Schulz. b.* III. beneficium cedendarum actionum

§. 7.

Græcè autem fidejussor ita accipitur τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ. i.e. *meâ fide jubeo ego. Sed &* In qva lingva

dixerit θέλω, sive βέλομαι, i.e. volo. *sed* & φημὶ, i.e. affirmo. *pro eo erit ac si dixerit* λέγω, i.e. dico.

Conf. *l. blanditus. 12. C. de fidej.*

§. 8.

Præsumtio & interpretatio fidejussionis.

In stipulationibus fidejussorum sciendum est, hoc generaliter accipi, ut quodcunq; scriptum sit, quasi actum; Videatur etiam actum. Ideoque constat, si quis scripserit se fidejussisse, videri omnia solenniter acta.

4. C. 30.

TIT. XXII.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS.

I.

Chirographum accedit omnibus conventionibus

VT stipulatio jure civili, ita scriptura debitoris seu chirographum omnes contractus continere & firmare potest, etiam naturali Jure, ad substantiam tamen eorum non pertinet, nisi conventione speciali expressum est, *pr. J. de ent. vend. Grot. de J. B. 2, 16, 30. Pufendorff. 5, 2. 6.*

Mutuo præsertim obligatio inde

Imprimis verò *mutui* contractus scripturâ comprehendi & numeratio vel appensio rerum fungibilium facta fuisse inseri solet, *Luc. XVI, 6.* Atque parit hæc confessio scripta *obligationem* naturalem & civilem, ad restituendum id, in eodem genere & bonitate, quod se accepisse fassus est, adeoque & actionem, nempe *conditionem certi ex Chirographo.* nostrô in forô gaudet quo-

que

qve privilegio *Executionis* paratæ, in Processu Executivo, de qvo inferius.

II. Etsi verò Chirographum anteqvam pecunia vel aliqva res fungibilis numeratur vel appendatur, creditori dari solet, ob eam causam, ut statim numeret: si tamen *non sequatur numeratio* nihilominus obligatur is qvi qvasi debitor scripturam tradidit, ut debitor etiam naturaliter, ex Jure naturali permisivô, non qvidem ex solâ scripturâ, qvum causa ob qvam data non secuta fuit, sed potissimum *ex facto* scripturam suam tradentis, & relinqventis post multum temporis, hoc e. qvod scripturam qvasi creditori reliqverit, neqve statim repetierit: datur enim *Condictio sine causâ* ad repetendum tale chirographum, qvæ & *Querela de chirographo* vocatur *l. 2. C. de his qvæ vi metuve.* Ampl. etsi qvantitas non numerata. Remedia repetendi chirographi

III. Sed tamen cum & vanâ spe lactari soleat ejusmodi debitor futurus, & alterutrius qvoqve mors interdum inter venire, ut revera talis conventio non sit *mutuum*, qvippe, qvod datione ipsâ incipit, sed *promissio tantum de mutuo*; itaqve datur tum ex naturali æqvitate, tum ex jure civili, *exceptio non numeratæ pecuniæ* vel non appensæ alterius qvantitatis fortè promissæ, contra eum, qvi qvasi creditor Chirographum tale bonâ fide traditum & sub spe numerandæ pecuniæ vel alterius qvantitatis, retinuit malâ fide. Exc. non num. pec.

IV. Verùm enim verò qvum & hâc exceptione abuti possit is qvi revera debitor est, & nume-

numerationem pecuniæ malâ fide negare, itaqve & hic præcavendum fuit à LLatore civili, & *certum tempus* utendi hâc exceptione præfiniendum reo, ne creditores forsitan *revera tales* diutius pecuniis suis defraudentur.

restricta ad certũ tempus

Pr.

Olim scripturâ fiebat obligatio, qvæ nominibus fieri dicebatur, qvæ nomina hodie non sunt in usu. (Vid. l. 9. pr. π. de pact. L. 1. π. de annu. legat. Novell. 135. c. 4. ibi: docuerunt nos argentarii, qvod cum sine scripto fœnerari soleant. Brisson. lib. VI. de Formul. pag. 537.) *Plane, si qvis debere se scripserit. qvod sibi numeratum non est, de pecuniâ minime numerata, post multum temporis, exceptionem opponere non potest, hoc enim sæpissime constitutum est. Sic fit, ut & hodie, dum qveri non potest, scriptura obligetur; & ex eâ nascatur condictio, cessante scilicet verborum obligatione.*

Nomina argentariorum.

Chirographa privatorum V. t. t. C. de non num. pec.

Multum autem temporis in hâc exceptione antea qvidem ex Principalibus Constitutionibus usqve ad qvinqvennium procedebat: sed ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari, per Constitutionem nostram tempus coarctatum est, ut ultra biennii metas hujusmodi exceptio minime extendatur.

Vid. l. in contractib. 14. C. de num. pec.

V. Qvod si ergo *intra biennium* à dato chirographo creditor ex Chirographo agit, exceptione istâ utitur debitor hoc effectu, ut præsum-

si creditor intra biennium agit

sumtio hactenus pro debitore militet & *probationis* onus petitori incumbat, nec sola scriptura Jure Romano pro sufficiente probatione in contractu mutui habeatur, *l. 3. 10, 14. C. de non num. pecun. l. 1. C. Th. si cert. pet. Coler. Decis 268.* quanquam Jure nostrô contrarium verius videtur, *Vid. Exerc. ad π. 22, 19. seqq.* Interim cautela est, ut testes numerationi adhibeantur, *Schneidw. h. t. n. 20.* Sed & *juramenti* delatio locum habet in ordinariô Processu, *J. Prov. Saxon. 1. A. 6.* Deniqve inter *Mercatores* hanc exceptionem locum non invenire, asserunt, *Carpz. 1, 32. def. 69. & Proc. Civ. 22, 3, 76. Richt. dec. 20, 24. Lauterb. Exerc. 22. conclus. for. 15.*

Probatio numerationis creditori agenti incumbit

de jure mercatorum.

Vid. Ordinat. *Judicii Mercatorii Lipsiensis cap. XI.*

VI. *At biennio elapsô* si puta Titius creditor agit, admittitur qvidem adhuc ista exceptio ex æqvitate naturali, ne ex re alterius qvis locupletior fiat, & usu fori nostri, *Zanger de Except. 3, 14. 67. H. Pist. 4. q. 12, 13.* ita tamen, ut in pœnam negligentiæ, onus *probandi, numerationem non fuisse factam*, reo jam incumbat. *Carpz. 1, 8. def. 17. & 32. & 65. Gudelin. 3, 6. fi. Exerc. ad π. 22, 31* Delatio autem juramenti hoc casu non admittitur, *l. in contract. 14. §. 13. C. de nonnum. pecun. H. Pist. 4. q. 12, 14.*

& post biennium

debitor probet

delatio juris.

VII. *Renunciatio* Exceptionis non numeratæ pecuniæ nullum habet effectum sive in ipso instrumento facta, ne invitetur qvis ad delinqvendum, sive ex intervallo interposita, sive juramen-

Renunciationis effectus

ramento firmata. *Finckelch. Obs. 119, 26. Carpz. 1, 32. def. 65. Dissentit Schulz. h. t. cum aliis. Vid. Exerc. ad π. 22, 32.*

Cambium

VIII. Species contractus literarum est *Cambium*, Wechsel, inter mercatores usitatum, quo quis pecuniam recipit, ejusque solutionem per alium alio in loco promittit. *H. Pist. Observ. 176. Ge. Schulz. J. de inuti stip. in fin. Vid. Exerc. ad π. XXXII, 9.*

TIT. XXIII.

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV.

Pr.

CONsensu fiunt obligationes in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu contrahi, quia neque scriptura, neque praesentia omnimodo opus est: ac nec dari quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio: sed sufficit, eos, qui negotia gerunt, consentire. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam vel per nuntium. Item in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & aequo praestare oportet, (cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat.)

Conf. *l. 2. π. de O. & A. l. 35. fin. π. de V. O. l. 6. §. 1. π. de contract. empt.*

TIT.

Tit. XXIV.

18.π.1.sq. 4.C. 38. sq.3.x.17.

De Emptione Et Venditione.

I.

Emtionis Venditionis origo

Introducto pecuniæ usu, emptionis venditionis contractus frequentari cœpit, quo solo consensu verbis quibusvis declarato, de re quæ in commercio est, certo pretio habenda convenitur. Neque scriptura aut arrha requiritur, nisi ita specialiter conventum.

Pr.

natura

Emptio & venditio contrahitur, simulatque de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numeratum sit, ac nec arrha quidem data fuerit: nam quod arrhæ nomine datur, argumentum est emptionis & venditionis contractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & venditionibus, quæ sine scriptura consistunt obtinere oportet. nam nihil à nobis in hujusmodi emptionibus & venditionibus innovatum est. In his autem quæ scripturâ conficiuntur, non aliter perfectam esse venditionem & emptionem constituimus, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscripta. Et si per tabellionem fiunt, nisi & completiones acceperint, & fuerint partibus absoluta. Donec enim aliquid deest ex his; & pœnitentiæ locus est; & potest emptor vel vendi-

Complet. i. extensio è protocollo

vendi tor sine pœna recedere ab emptione & venditione. Ita tamen impune eis recedere concedimus,

Arrha *nisi jam arrharum nomine aliqvid fuerit datum, hoc enim subseqvuto, sive in scriptis sive sine scriptis venditio celebrata est, is qvi recusat, adimplere contractum, si qvidem est emptor, perdit qvod dedit, si venditor duplum restituere compellitur, licet*

Pretium *super arrhis nihil expressum sit. Pretium autem constitui oportet, nam nulla emptio sine pretio esse potest.*

Pactum de vendend. II. Nondum itaqve perfecta est emptio venditio, qvoties pretii constitutio in alterius arbitrium confertur, sed *pactum* & promissum de *vendendo* duntaxat.

§. 1.

Pretii certitudo An à tertio determinetur *Sed & certum esse pretium debet: alioqvi, si inter alios ita convenerit, ut qvanti Titius rem æstimaverit, tanti sit empta; inter veteres satis abundeqve hoc dubitabatur, constaretne venditio an non. Sed nostra decisio ita hoc constituit, ut qvoties sic composita sit venditio, Qvanti ille æstimaverit, sub hac conditione staret contractus: ut si qvidem ille, qvi nominatus est, pretium definierit, tum omnimodo secundum ejus æstimationem & pretium persolvatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur: emptore qvidem exempto actione, venditore ex vendito agente, Sin autem ille, qvi nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo esse venditionem, qvasi nullo pretio statuto. Qvod*

jus

jus cum in venditionibus nobis placuerit; non est absurdum, & in locationibus & in conductionibus trahere.

Extat illa decisio *l. ult. C. de contrab. emt.* Conf. *l. 3. C. de dot. promiss.* itemqve *l. si merces. 25. π. locati.* qvam à Triboniano ex illa decisione interpolatam Glossa censet.

§. 2.

Item pretium in numerata pecunia consistere Pretii
debet. Nam in cæteris rebus an pretium esse pos- materia
set, valde qværebatur: veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium esse posset. Et Sabinus & Cassius etiam in aliâre putabant pretium posse consistere: unde illud est, qvod vulgò dicebatur, permutatione rerum emptionem & ven- Permu-
ditionem contrahi, eamqve speciem emptionis & tatio
venditionis vetustissimam esse, argumentôqve ute-
bantur Græcô Pöeta Homero, qvi aliqvam par- Iliad.
tem exercitus Achivorum vinum sibi comparasse VII.
ait, permutatis qvibusdam rebus, his verbis:

Νῆες δὲ ἐκ λήμνοιο παρήσαταν, οἶνον ἄγουσαι.
Πολλαὶ, τὰς προέηκεν Ἰησονίδης Εὔηνος.

Et post:

Ἔνθεν ἀρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί.

Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δέ ἀἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δέ αὐλοῖσι βόεσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Hoc est:

Naves à Lemno appulerunt vinum vehentes
Multæ, quas miserat Jasonides Euneus.

Et post:

Illinc vinum emebant capitibus comati Achivi,
Alii quidem ære, alii autem splendido ferro.
Alii autem pellibus, alii verò ipsis bobus:
Alii etiam mancipiis.

l. 5. §. etsi π. de P. V. *Diversæ Scholæ auctores contra sentiebant; aliudque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem: alioqui non posse rem expediri, permutatis rebus, quæ videatur res veniisse, & quæ pretii nomine data esse. nam utramque videri & veniisse, & pretii nomine datam esse, rationem non pati. Sed Proculi Sententia, dicentis permutationem propriam esse speciem contractus à venditione separatam, merito prævaluit, cum & ipse aliis Homericis versibus adjuvaba-*

vabatur, & validioribus rationibus argumentabatur, quod & anteriores Divi Principis admiserunt, & in nostris Digestis latius significatur. l. 1. §. 1. π. h. t.

Conf. *Exerc. ad π. 30, 10. seqq.*

III. Etsi verò Juri naturali non adversatur ipso contractu dominium rei venditæ transferri in emptorem, *H. Grot. J. B. 2, 12, 15.* placuit tamen Romanis, traditione demum secuta transferri dominium mediante scilicet possessione. Effectus itaqve contractus hujus est *obligatio venditoris* ad rem cum fructibus & accessionibus post venditionem perceptis tradendam, una cum suis *pertinentiis*, etsi non expressis, qvæ scilicet tempore contractus firmiter cohæserunt, *l. 69. π. de contrab. emt.* In ædibus dicitur Erd-meth und Nagelfest / *Carpz. 2, 33. Def. 20. Exerc. ad π. 30, 127.* ex qvâ oritur emptori *actio empti* ad rem emptam consequendam præcisè, *l. 11. §. 2. π. de act. emti. §. 2. J. de donat.* Et vicissim *obligatio emtoris* ad pretium numerandum; ex qva nascitur venditori *actio venditi* ad pretium conventum solvendum, una cum usuris ex morâ, utraqve elidi potest per exceptionem, vel etiam ipsa obligatio emtoris aut venditoris rescindi per modum actionis, si læsum se emtor vel venditor probare potest ultra dimidium justi pretii, *pr. l. rem majoris. 2. C. de rescind vendit.* cum ad dimidium contrahentibus se circumvenire in foro civili impune sit, *l. in causa. 16. §. idem. 4. π. de minor. Vid. Philosoph.*

Effectus

obligatio venditoris

Actio empti

obligatio emtoris & actio venditi contra

Exceptio & actio rescissoria

juris cap. VI, 20. & Exerc. ad π. 30. 93. nec tamen dolosa circumventio intelligitur, sed qvæ incuriâ potius contrahentium contingit, *Georg. Schulz. h.* Porro læsio ista ex tempore contractus probanda est per testes vel æstimatores juratos: Intentio hujus actionis est *alternativa*; ut aut à contractu recedatur, aut damnum resarciatur. Qva in re electio est penes reum, sive emptor agat sive venditor, *Dn. Struv. h.t. fin.* Deniqve contra subhastationem regulariter Rescissoria locum non habet, nisi dolus probetur, *Carpz. 4. Respons. 1. Richt. dec. 90.*

Læsionis æstimatio

Venditio judicialis

IV. Perfectâ itaqve emtione anteqvam traditio fit, dominium adhuc est penes venditorem, & consequenter atqve naturaliter etiam *periculum* rei, cum res pereat domino, qvemadmodum & aliis gentibus observatum, *Grot. J. B. 2, 12, 15.* qvod Pufendorffius *de J. N. 5, 5, 3.* restringit ad casum, qvando necessarium est intervallum temporis ad rem in locô sistendam, *Conf. §. fi. supra de inut. stipul.* veluti si qvis pecora in pascuis remotis agentia emerit, eoqve dum à venditore adducantur, à latronibus aut aliô casu intercepta, damnum venditoris esse. Sed cum regulariter *emtor* intelligatur esse in *morâ*, dum sol vendo pretium jus removandi statim obtinuit nec id fecit, *l. 12. l. 17. π. de per. rei vend. l. 4. & ulti. C. eo. l. 3. fi π. de act. emti.* Igitur placuit Romanis periculum emtoris esse: dissentit Cujac. *ad African. Tr. 8. ad L. 23.*

dominium & periculum ad qvem JureNat.

J. Rom.

L. 23. Locati: Sed nos eò Jure utimur; evitat autem hoc periculum si pretium solvit, tunc re peremtâ ante traditionem pretium repetit, *d. l. 33. Locat.*

§. 3.

Cum autem emtio & venditio contracta sit (quod effici diximus, simul atque de pretio convenerit, cum sine scriptura res agitur) periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emtori tradita non sit. Itaq; si homo mortuus sit, vel aliquâ parte corporis læsus fuerit; aut ædes totæ vel aliquâ ex parte incendio consumtæ fuerint; aut fundus vi fluminis totus, vel aliquâ ex parte ablatus sit sive etiam inundatione aquæ aut arboribus turbine dejectis, longe minor aut deterior esse cœperit: emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium solvere: Quicquid enim sine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Sed & si post emptionem fundo aliquid per alluvionem accesserit ad emptoris commodum pertinet. Nam & commodum ejus esse debet, cujus periculum est. Quod si fugerit homo, qui venit, aut surreptus fuerit, ita ut neque dolus, neque culpa venditoris intervenerit, animadvertendum erit, an custodiam ejus usque ad traditionem venditor susceperit. Sane enim si susceperit ad ipsius periculum is casus pertinet: Si non susceperit, securus est. Idem & in cæteris animalibus, cæterisque rebus intelligimus. Utique tamen vindicationem rei & condictionem exhibere debebit emptori: quia sane qui nondum

rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti & de damni injuriæ actio.

Conf. *L. si fundus 33. π. locati. L. quod sæpe. 35. §. 1. π. de contrah. emt.* Exerc. *ad π.* XXX. *§. 104. seqq.*

Declaratio de reb. fungibil.

V. Sed qvum inter res qvæ venduntur, imprimis sint res *fungibiles*, qvæ regulariter numero, pondere vel mensurâ vendi solent, de his prior regula obtinet, atqve periculum ad *venditorem* pertinet usqve ad adnumerationem vel appensionem factam, nisi per aversionem, Uber-Haupt / sive in solle, unbesehens / emptio facta sit. Idem etiam in rebus *immobilibus* verum est, si ad mensuram venditæ, *l. 40. §. 2. π. de contrab. empt. Carpz. 5. Respons. 25.*

Periculum qvid

VI. Cæterum per *Periculum* hîc casus tantum fortuitus intelligitur, nam *dolum* & *culpam* circa rem venditam venditor utiqve præstare debet, *l. 23. de R. Jur.* itemqve *evictionem* regulariter, *l. 11. π. de act. emti. & t. t. π. & C. de evict.* Ad qvam Jus agendi competit usqve ad XXX. annos, *l. si obligat. 19. & l. empti 21. C. de evict.* J. Saxonico adjecto anno & termino Saxon. in immobilibus; in mobilibus usqve annum & diem, *Ge. Schulz. h.*

Evictio

Translatio dominii qvomodo hîc fiat.

VII. Illud qvoqve singulare est, qvod traditione solâ non transferatur dominium de Jure Romano, nisi pretium etiam solutum sit, aut fides de eo habita, suprà *§. 41. J. de rer. divis.* qvasi *conditio tacita* insit, *si pretium solutum.*

De

De Jure Feudali, emphyteutico & censitico etiam Resignatio judicialis & investitura acquirendum, Ufaß der Lehn / Belehnung oder Zuschreibung / *Vid. Exerc. ad π. 30, 4, 6.* Investitura

§. 4.

Emptio tàm sub conditione, quam pure contrahi potest. Sub conditione: veluti, Si stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot. Modus & species

IIX. Itaque & ad certum tempus vendi potest, quæ *Addictio in diem* vocatur, quâ dominium traditione transfertur tantum *revocabiliter*, ut liceat venditori rem revocare, si intra præfinitum tempus alius majus pretium offerat; Nisi emptor idem supplere velit, *t. t. π. de in diem addict.* Addictio in diem

IX. Similiter & eâ conditione traditio fieri potest, ut si pretium die præfinito non solvatur, res sit inempta, & dominium ipso Jure redeat ad venditorem, eventualiter quippe sic reservatum: quæ conditio vocatur lex seu pactum commissorium, *t. t. π. de L. Commissor.* L. Commissoria

X. Dies quoque adjici solet, intra quem recedere à contractu liceat, aut pœnâ præstitâ pœnitere, Reukauff; arrha enim data tum vi hujus pacti adjecti amittitur, *l. fi. π. de L. Commissor. l. 2. C. quoad lic. ab empt.* etsi alias arrha in confirmationem potiùs, quàm ad licentiam Pactum pœnitendi Arrha

pœnitendi detur, unde Hafftgeld vocatur nobis, *Besold Thes. Pr. voc.* Hafftgeld / *Berlich. Dec. 44.*

Pact. retrovend. XI. Revocabilis qvoqve emtio venditio est per pactum redimendi seu retrovenditionis, Wiederkauff / qvo facultas datur venditori oblato pretio rem repetenti, actione venditi, *l. 2. C. de pact. inter empt.* sive definito tempore, eoqve vel ex die, vel in diem, sive qvandocunq; libeat: Neqve præscriptione hoc casu tolitur facultas offerendi & redimendi, tanqvam res meræ facultatis, etiam naturaliter, *H. G. J. B. 2, 4, 15.* V. hac de re & de integro hoc argumento, *P. 3. Praxis Analyt. in JPrud.* ubi etiam qvod vicissim pactum fieri possit, qvo *emptori* datur ejusmodi facultas oblatâ re pretium repetendi, *l. 6. π. de rescind.*

Pactum protimis. vel retractus XII. Prærogativa in emendo conceditur per Pactum *protimiseos* seu retractus, Vor- und Näherkauff / qvo venditor præ aliis emptoribus si emtor rem iterum vendit, oblato justo pretio ad emptionem admittitur, *l. 75. π. de contrah. empt. l. 22. §. 3. π. de V. O. l. 14. C. de contrah. empt.* Exinde obligatur emptor rem venditurus denunciari venditori pristino; qvo amisso *actio* competit *contra venditorem* ad rem tradendam pro justo pretio, *Carpz. 2, 32. Def. 10.* aut ad id qvod interest, *Carpz 2, 32. Def. 9.* Neqve nuda scientia jus retrahendi impedit, *Berlich. Dec. 40, 49.* nisi renunciatio facta sit, *Carpz. 2, 32. Def. 1. aut Jure Saxonico* à ven-

à venditore *Resignatio* Judicialis, *Carpz. 2, 31. def. 13.* Contra tertium emptorem re tradita jam, non datur. *V. Exerc. ad π. 30, 139.* nisi jus *hypothecæ* sibi reservavit venditor, aut emptor tertius sciverit hoc pactum, *Carpz. 2, 32. def. 8. sqq.* Restringant autem hoc jus ad casum qvo extraneo venditur, non liberis, *Richt. dec. 76. 53.* Atqve regulariter *cedi* potest, nisi sit personale pactum, *Mod. Pist. 3. qv. 169.*

XIII. Non tantum pacto, sed & lege & Jure ipso *jus* protimiseos seu *retractus* competit, qvod *legale* vocatur, idqve primò ex *communione dominii.* itaqve partem dominii habens à qva reliqva dependet, qvod directum vocatur dominium, hoc jure gaudet, ut dominus *emphyteuseos. l. fi. C. de Jure emphyth.* dominus *feudi*, *5. F. 14. sqq.* ex qvo fonte etiam dominus Regalium, v. g. metalli fodinarum habet Jus protimiseos circa metalla *l. 1. C. de metallor.* Sic & dominus census, *Richt. dec. 76, 60.* Sed & socius extraneo præfertur, 5. F. 14. *V. Carpz. 2, 31. def. ult.* Deinde creditor in subhastatione bonorum debitoris præfertur extraneo, & inter creditores ipsos is, cui major summa debetur. *l. cum bon. 16. de reb. aut Jud.* in forô Saxonicô Jus protimiseos obtinet *primus Licitator*, sive creditor sive extraneus. *Carpz. 1, 32. def. 42. Proc. Civ. 25, 4, 70.*

Retractus legalis 1. jure dominii directi vel Pleni 2. jure crediti aut primi licitoris.

XIV. Tertio lex civilis & manicipalis *Convicanis* hanc prærogativam & Jus retrahendi concedit ejusdem metrocomiæ, h. e. vicorum

3. jure vicinitatis

rum capiti, die eines Zimbis oder Gerichten sind / *l. unic. C. non lic. hab. metrocom.* eo fine ut præstationes publicæ ex fundis eo facilius à possessoribus præsentibus exigi possint. Atqve inter ipsos Convicanos prærogativam obtinent ii, qvi partem rei venditæ possident, qvod vocant *Jus congrui*; das Gespilde; ea itidem intentione, ut præstationes publicæ ex eodem fundo ad eundem possessorem redeant, ut expeditior fit exactio. Congrui

Post hos Jure *vicinitatis* convicani vocantur ad hanc prærogativam per Constitutionem Friderici II. Imp. *5. F. 14.* qvanqvam consvetudine contrariâ alicubi hoc non observatur. V. Tiraqv. *de Retract. 1, l, 9. n. 26. & 96.* Brunemann. *Decis. 33, 50. sqq.*

4. Jure sanguinis

XV. Qvartò etiam ex proximitate *sanguinis* & successionis ab intestato coceditur jus hoc, qvod *Jus retractus gentilitii* appellatur, per Constitut Friderici II. Imp. *5. F. 13. seqq. Conf. l. 14. C. de contrab. empt. & Exerc. ad π. 30, 138.* Datur inde actio seu *condictio ex lege*, qvum Constitutio Friderici utiqve vim legis publicæ obtineat; nisi contraria observantia probetur.

Actio ex jure protimis.

XVI. Habet autem actio ex hôc pactô protimiseos locum intra annum, à tempore *scientiæ*, contractum factum fuisse, *Gail. 2. O. 19.* Conf. *Elector. S. 2, 32.* Tiraqv. *de Retractu §. 1. gl. 2. n. 20. & §. 36. gl. 2. n. 30.*

Actio de re extra commercium

XVII. Hæc de actione ex emto vendito, qvæ etiam locum habet, qvoties res empta non fuit in commercio.

§. 5.

§. 5.

Loca sacra, vel religiosa, item Publica, (veluti forum, basilicam) frustra qvis sciens emit. qvo tamen si pro profanis vel privatis deceptus à venditore qvis emerit habebit actionem ex emto, qvod non habere ei liceat, ut consequatur, qvod sua interest eum deceptum non esse. Idem Juris est, si hominem liberum pro servo emerit.

Conf. *L. & liberi 4 sq. π. de contrab. emt. L. emtorem. 11. fi. π. de act. emt.*

XVIII. præter actionem emti venditi, aAdilitiliam qvoqve Ædilitium Edictum, qvod Ædiles um Edicurules de rebus *venalibus* speciatim proposuerunt, suppeditat. Etenim cum fraudes vendentium circa *vitia corporis* rerum venalium de qvib. infinitæ deprehenderentur, peculiaris Magistratus & peculiare judicium de his rebus constitutum à Romanis; consulente jam tum talia Platone *l.* XI. *de LL.* Qvoties itaqve vitium corporis rei *animatæ* venditæ latens deprehenditur, qvo usus ministeriumqve impediatur, *l. 1. §. 8. π. de ædilit. edict.* sive sciens sive ignorans vendiderit, præter communem obligationem & actionem, etiam singularis obligatio, non præter ductum Juris naturalis, atqve ex ea actio introducta fuit, ad rem vitiosam redhibendam ex ea sive recipiendam intra *sex menses*, qvæ *Redhibitoria actio* dicitur. *l. 19. fi. l. 35. pr. π. de ædilit. edict.* Actio redhibitoria item Actio qvanto

XIX. Præter lapso hôc tempore obligatio & actio ad redhibendum qvidem cessat, sed ad id minoris

id qvod interest tamen competit, qvæ *actio qvanto minoris* dicitur & qvâ tantum restituit venditor, qvanto minoris emisset emptor, si sciisset vitium rei: *l. 61. π. de ædilit. edict. conf. l. 43 §. 6. eo.*

XX. Præter hasce actiones, aliud qvoqve remedium fraudulentæ venditionis suppeditat *Cautionis petitio* de damno nec dum liqvido, præsertim si venditor est forensis, *l. 28. l. 62. π. de ædil. edict. l. 31. π. de evict.* Qvæ cautio eò magis hodiè est necessaria, qvod usu fori nostri rigor Edicti ædilitii vix locum habeat in omnibus & singulis vitiis illo expressis, sive sciens sive ignorans vendiderit alter, nisi hoc cautionis remedio sibi emptor prospiciat. *Conf. Exerc. ad π. 34, 6. & 15. Revenstrunk. de ædilit. Edict. Mev. ad Jus Lubec, 3, 6, 12.*

Cautela de Cautione petenda.

TIT. XXV.

19. π. 2. 4. C. 6. 3. X. 18.

DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE.

I.

Essentia Locat. Conduct.

INter contractus juris gentium, qvi solo consensu qvovis modo declarato, absolvuntur etiam Locatio-Conductio est, à cæteris mercede certâ pro usu rei ad certum tempus, aut operæ præstatione, differens, duabusqve partibus constans, actu *locantis*, hoc est, concessione usus aut operæ, & actu conducentis, hoc est, mer-

mercedem certum promittentis, qua tamen etiam promiscuè sumuntur, *l. 20. sq. ff. de act. emt.* Cæteroqui

Pr.

Locatio & conductio proxima est emptioni & venditioni, iisdemq; juris regulis consistit. Nam ut emptio & venditio ita contrahitur, si de pretio convenerit: sic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit; & competit locatori quidem locati actio conductori verò conducti. conformitas cum ff. V.

§. 1.

Et quæ suprà diximus: si alieno arbitrio pretium per missum fuerit, eadem & de locatione & conductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces permissa fuerit. Qua de causa si fulloni polienda curandave, aut sarcinatori sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus, quantum inter eos convenerit; non propriè locatio & conductio contrahi intelligitur, sed eo nomine actio præscriptis verbis datur. Merces

Contract innominatus

§. 2.

Præterea, sicut vulgò quærebatur, an permutatis rebus emptio & venditio contraheretur; ita quæri solebat de locatione & conductione, si forte rem aliquam utendam sive fruendam tibi aliquis dederit, & invicem à te utendam sive fruendam aliam rem acceperit. Et placuit esse locationem & conductionem, sed proprium genus contractus, veluti

aliud exemplum conduct. innom.

veluti si cum unum bovem quis haberet, & vicinus ejus unum, placuerit inter eos, ut per denos dies invicem boves commodarent, ut opus facerent; & apud alterum alterius bos perierit: neq; locati neque conducti, neque commodati competit actio; quia non fuit commodatum gratuitum verum præscriptis verbis agendum est.

Conf. l. 1. seqq. π. h. t.

Modus

II. Porrò facultas utendi fruendive commodis alicujus rei pro certâ pensione non uno modo solet fieri, aut enim concessio fit *ad tempus* aliquod, sive à locatore determinatum, sive ab eodem determinandum. *l. 4. π. h. t.* quod propriè facit hunc contractum; eoque effectu, ut si tempore definito elapso locator conductorem in re conductâ permanere patiatur, *tacitè continuatus contractus* intelligatur. *l. 13. seqq. C. de loc. V. Exerc. ad π. 31, 11.*

1. ad diem certum

Tacita continuatio

2. ad Vitam

III. Aut conceditur ista facultas ad dies *vitæ* conductoris, quâ ratione differt ab usufructu, quod possessor pensionem solvere teneatur. Qui contractus Jure Romano non frequentatus videtur, Jure tamen Teutonicô non incognitus, sub nomine *Præstariæ* & *Firmitatis*; Gallis hodieque *Fermier*, *Amodiatur*. Italis: *Arendatore*. Vnde ad nos etiam pervenit, Arendiren/ Amodiren. *Besold. Th. Pr. Exerc. ad π. 30, 5.*

Præstaria Firmitas

3. In perpetuum

IV. Deniqve concedi etiam potest ejusmodi Jus circa rem utendam fruendam in *perpetuum* atque ut *ad heredes* quoque conductoris trans-

transmittatur, de qvâ ſpecie JCti Romani diu penduli fuerunt, donec à Zenone Imp. res ſecundum naturam ſuam, definita & peculiaris contractus agnitus, qvi *Emphyteuticus* dictus, & qvo *dominium directum* duntaxat penes concedentem permanet, *utile* verò transfertur ad emphyteuticarium: & vicisſim penſio ſeu *canon* Græcis qvi ex hoc contractu debetur, minor eſt, qvàm merces in locatione conductione Emphyteuſis

§. 3.

Adeo autem aliqvam familiaritatem inter ſe videntur habere emptio venditio, item locatio conductio, ut in qvibusdam cauſis qværi ſoleat, utrum emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio, ut ecce de prædiis, qvæ perpetuo qvibusdam fruenda traduntur, id eſt, ut qvamdiu penſio ſive reditus pro his domino præſtetur neq; ipſi conductori neq; heredi ejus, cuive conductor heresve ejus id prædium vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, aliove qvocunqve modo alienaverit, auferre liceat. Sed talis contractus, qvia inter veteres dubitabatur, & à qvibusdã locatio: â qvibusdã venditio exiſtimabatur, Lex Zenoniana lata eſt, qvæ emphyteuſeos contractus propriã ſtatuit naturã, neq; ad locationem, neq; ad venditionẽ inclinantem, ſed ſuis pactionibus fulciendam & ſi qvidem aliqvid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac ſi naturalis eſſet contractus. Sin autem nil de periculo rei fuerit pactum, tunc, ſi qvidem totius rei interitus acceſſerit, ad dominum ſuper hoc redundare periculum: ſin autem particularis, ad l. 1. C. de jur. emph

emphy-

emphyteuticarium hujusmodi damnum venire, qvo Jure utimur.

Confer. *t. π. si ager vectigalis & t. de C. de jure emphyteu.*

domini directi obligatio & actio emphyteuticaria

V. Obligatur ex hoc contractu *dominus directus*, ne turbet emphyteuticarium in fruitione plenisimá: exindeqve datur actio emphyteuticaria *emphyteutæ*: Vicisim hic obligatur ad præstandum *canonem*, atqve habet ex hinc dominus directus Jus & actionem *expellendi* ob per triennium non solutum Canonem. *l. 2. C. de jure emphyteut.* Const. *Elect. Saxon. 2, 38.* In eoqve differt *Census* Zinß & fundus censiticus, in qvo ob non solutum censum neqvit dominus census expellere censiticum, sed exe-

Emphyteutæ obligatio.

Actio de expellendo.

differt. á contractu Censitico

cutione ad solutionem cogere: gaudet etiam Jure pignoris, *J. Sax. Prov. l. 1. A. 54.* In dubio autem bona præsumuntur esse censitica potius, qvam emphyteutica. *Const. Elect. 5. P. 2, 39.* Vtraqve species fit per *investituram* usu fori, ut *feudi* qvædam species; atqve *laudemium* solvit emptor domino, *qvinqvagesimam* partem pretii. *l. fi. C. de jure emphy.* hodie qvinqve aut decem de centenis, neqve tantum ex emtione, sed & aliis alienandi modis, etiam ex transmissione ad heredes ab intestato, pro locorum consvetudine. *V. Franzk. de Laudemiis.* Deniqve amissa emphiteusi *meliorationes* repeti non possunt, *l. 2. vers. sin autem. C. de jure Emphyt.*

laudemium

§. 4. I-

§. 4.

Item quæritur, si cum aurifice Titius convenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certæq; formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos, utrum emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur. Cassius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi, operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit, tantum emptionem & venditionem contrahi. Quod si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta, dubium non est quin locatio & conductio sit.

Casus alius dubius de forma faciendæ ab artifice

Conf. L. 2 §. 1. π. h. t.

§. 5.

Conductor (autem) omnia secundum legem conductionis facere debet, & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono & æquo præstare. Qui pro usu aut vestimentorum aut argenti, aut jumenti, mercedem aut dedit, aut promisit, ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus Paterfamilias suis rebus adhibet. quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rem amiserit, de restituenda ea non tenetur.

Præstationes conductoris

Confer l. 25. §. 7. π. h. t. L. 2. §. 1. & l. 6. π. de L. Rhodia. L. 9. l. 11. §§q. π. h. t. l. 15. §. 1. §§q. l. 25. l. 27. l. 30. l. 38. l. 55. l. 60. §§q. eo. Pufend. de J. N. 5, 6, 2. §§q. §. 3. J. de interd.

§. 6.

Mortuo conductore intra tempora conductionis, heres ejus eodem jure in conductione succedit.

transmissio ad hered.

Jus expellendi

VI. Habet tamen & locator jus *expellendi* conductorem ante tempus, si morosus est in solvenda mercede statis temporibus. *l. qværo. 54. §. 1. L. domini. 56. π. h. t. l. ade. 3. C. eo. l. 10. §. 1. π. de publican.* Richt. *dec. 81, 10.* In prædiis urbanis etiam ob propriam indigentiam, *l. 3. C. h. t.* non item rusticis, *Sichard. in d. l. 3. C. h. t.* D. Struv. *Jprd. h. t.* propter diversitatem rationis, qvum tecto & ædibus carere minus possimus: merces ex rusticis alimenta suppeditet: ex ædibus nullam mansionem. *Diss. Carpz. 2, 37. Def. 6.*

Conductor partiarius

VII. Est adhuc alia species Locationis conductionis qvæ mixtam ex societate naturam per pactum adjectum obtinet, qvo pro mercede, pars fructuum, veluti dimidia, constituitur. Ex qvô seqvitur, qvod lucrum & damnum sit commune & inter utrumqve dividendum. *Colonus partiarius* vocatur conductor. Halbmeyer / Halbwintzer. *V. l. 25. §. 6. π. h. t.* impensas autem colonus regulariter fert. *Menoch. Arbitr. 215.* Contra vero si ita convenit, ut locator præter usum rei, etiam sumptus conferat, tunc naturam locationis hoc negotium mutat & in societatis speciem abit, qvæ *Jus Socidæ* vocatur, *V. Exerc. ad π. 31, 9.*

Jus socidæ

TIT.

Tit. XXVI.

De Societate.

17. π. 2. 4. C. 37.

I.

Est autem Societas itidem contractus J. G. nudo consensu constans, quo convenitur de re operave conferenda & omni utilitate utrinque perveniente communicanda, consequenter autem & damno. *V. l. 83. l. 52. §. 3, 4. l. 60. §. 1. π. h. t.* Definitio

Pr.

Societatem coire solemus aut totorum bonorum quam Græci specialiter κοινωνίαν appellant; aut unius alicujus negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum emendorumq;, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendiq;, Divisio

Aliàs pro κοινωνίαν legitur κοινοπραξίαν, aliàs: κοινοπραγίαν. Sed hæc vocabula posteriori speciei magis convenire videntur, quæ est Venalitiorum, de quib. *L. 44. §. 1. π. de dedit. Edict. L 207. π. de V. S.*

II. Adde aut unius rei, *l. 5. π. h. t.* itemque *Simpliciter* re non expressâ, quæ intelligitur de his quæ ex quæstu seu industria, non quæ aliunde obveniunt, ut donationes legata, *l. 7. sqq. π. eod.* aliis vocatur hæc societas *omnium bonorum*, sed *præsentium* tantum, non futurorum, quippe quæ prima species contineat. *conf. l. 37. π. h. t.*

Modus duplex & utrius. qve effectus.

III. Etsi porrò regulariter hic contractus *consensu* fit, qvo casu uterqve obligatur, primo ad conferendum & adimplendum contractum; Secundò si non paretur, ad id, qvod interest: Potest tamen etiam *re* societas iniri, *l. 4. π. h. t. l. 44. cod.* h. e. ipsa rerum collatione, ut in contractu reali, vel utrinqve vel ex una parte, qvo posteriori casu altera pars obligatur modo prædicto. In conferendis rebus ad *inventarii* confectionem invicem obligantur; itemqve in *partitione* lucri, ad regulam *proportionis geometricæ*, *Aristot. 8. Nicom. 16.* & ad *rationes* reddendas. Ex qvâ obligatione *Actio pro socio* datur.

§. 1.

Partitio Reg.

Et qvidem si nihil de partibus lucri & damni nominatim convenerit, æqvales scilicet partes & in lucrô & in damnô spectantur. Qvod si expressæ fuerint partes, hæ servari debent. Nec enim unqvam dubium fuit, qvia valeat conventio, si duo inter se pacti sint, ut ad unum qvidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia.

Regulam de partibus æqvalibus & *l. 29 pr. π. h. t.* confirmat, qvæ tamen limitatur, si sors utrinqve est æqvalis, itemqve opera. Id qvod ipsum in dubio præsumitur. Itaqve majorem partem qværit, onere probandi gravatur.

§. 2.

§. 2.

De illa sane conventione qvæsitum est, si Titius & Sejus inter se pacti sunt, ut ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia; ad Sejum duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conventio. Qvintus Mutius contra naturam sotietatis talem pactionem esse existimavit, & ob id non esse ratam habendam. Servius Sulpitius (cujus Sententia prævaluit) contra sensit, qvia sæpè qvorundam ita pretiosa est opera in Societate, ut eos justum sit conditioni meliore in societatem admitti. Nam & ita coiri posse societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit, qvia sæpè opera alicujus pro pecunia valet. Et adeo contra Qvinti Mutii sententiam obtinuit, ut illud qvoq; constiterit, posse convenire, ut qvis lucri partem ferat, de damno non teneatur: qvod & ipsum Servius convenienter [fieri] existimavit. Qvod tamen ita intelligi oportet, ut si in aliâre lucrum; in aliâ damnum illatum sit: compensatione facta, solum qvod super est, intelligatur lucro esse. Exc. pacti de indu. æqvalib.

Refert hunc dissensum Mutii & Servii *l. 30. π. pro socio.* qvæ neutiqvam huic textui contraria est: multò minus emendatione Dion. Gothofredi opus est. Confirmat primò suo modo assertionem Mutii Servius, ita nec possit per rei naturam ita contrahi, ut simul hic aliam damni alter aliam lucri partem ferat, qvia neutrum cum altero potest subsistere,

sed altero deductum alterum demum cognoscatur. Planè si Mutius intelligeret de alterutro deducto, contrarium verius esse, & posse coiri ita societatem.

§. 3.

Interpretatio de omissis. *Illud expeditum est, si in unâ causa pars fuerit expressa (veluti in solo lucro, vel in solo damno) in altera verò omissa; in eô quoq; quod præter missum est, eandem partem servari.*

obligatio mutua sociorum IV. Socius socio regulariter neqve acqvirit, neqve socium obligare potest *l. antepen. π. pro socio. l. 3. §. 3. π. de liberat. leg. l. 44. §. 1. π. de edict. ædil.* Sed Socius socium obligat, tum demum si versio in rem societatis facta, *d. l. antep. π. h.* aut socius negotium communi societatis nomine ut præpositus gesserit. *l. fi. l. 4. π. de exerc. act.* ita tamen ut his casibus ut correis debendi competat beneficium divisionis, *V. Exerc. ad π. 29. §. & 12.*

Actiones ex societate. V. Præter actionem pro socio, finitâ societate datur qvoqve actio *communi dividundo* ad communium rerum divisionem, *l. 1. π. communi. divid. V. Pufend. de J. N. 5, 8, 2. sq.* Finitur porrò societas variè & pro lubitu invito etiam socio, qvia omnis communio lites parit, qvas leges evitant, qvod tamen ita intelligendum, ut fiat fine socii præjudicio. *V. l. 65. §. 3. sq. π. h. t. Pufend. de J. N. 5. 8, fi.*

Ejus solutio

§. 4.

Renunciatio *Manet autem societas eo usq;, donec in eodem consensu perseveraverint. At cum aliqvis renun-*

nunciaverit societati, solvitur societas. Sed plane si quis callide in hoc renunciaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat. veluti, si totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus in hoc renunciaverit societati, ut hereditatem solus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare; si quid vero aliud lucrifaciat, quod non captaverit, ad ipsum solum pertinet. Ei vero, cui renunciatum est, quicquid omnino post renunciatam societatem acquiritur, soli conceditur.

§. 5.

Solvitur adhuc societas etiam morte socii, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi elegit; sed & si consensu plurium societas contracta sit, morte unius socii solvitur, etsi plures superstint; nisi in coëunda societate aliter convenerit. Solutio per mortem.

§. 6.

Item si alicujus rei contracta societas sit, & finis negotio impositus est, finitur societas. Finitâ causâ

§. 7.

Publicatione quoque distrahi societatem manifestum est, scilicet si universa bona socii puplicentur. nam cum in ejus locum alius succedat, pro mortuo habetur. Publicatione

§. 8.

Item si quis ex sociis mole debiti pregravatus, bonis suis cesserit, & ideo, propter publica & privata debita, substantia ejus veneat, solvitur societas, sed hoc casu, si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas. Cessione bonorum

Adde: Interitu qvoqve rei naturali aut civili, de qva societas contracta fuit, eadem solvitur, *L. verum. 63. §. 10. π. h. t.* Itemqve novatione, *l. actione 65. pr. π. eod.*

Præstationes sociorum mutuæ

VI. Præstat ex obligatione hujus contractus socius socio dolum & culpam latam & levem non leviſſimam, qvandoq; tamen & casum fortuitum, *l. 52. §. 4. l. 60. sq. π. h. t.*

§. ult.

Socius socio utrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione, si qvid dolo commiserit, sicuti is, qvi deponi apud se passus est; an etiam culpæ, id est, desidiæ atq; negligentiæ nomine, qvæsitum est. Prævaluit tamen, etiam culpæ nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactiſsimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim, talem diligentiam communibus rebus adhibere socii, qvalem suis rebus adhibere solet. Nam qvi parum diligentem socium sibi adsumit, de se qveri, sibiq; hoc imputari debet.

Benefic. competentiæ.

VII. Deniqve si minus solvendo est socius, in qvod facere potest, tenetur, gaudens exceptione seu beneficio competentiæ *§. 38. J. de act. l. 63. π. pro soc.*

17. π. 1. & 3. 3. 4. C. 3. 5. 1. X. 38.

TIT. XXVII.

DE MANDATO.

I.

differentia specifica à reliqvis contract.

DEniq; contractibus J. Gent. consensualibus Mandatum accensetur, qvod à contradistinctis speciebus in eo differt, qvod circa *factum* sive negotium commissum, *nullâre* interveniente, nullaqve mercede, versatur. Qvare non modò differt à Locatione Conductione,

sed

sed & à depositio, qvod specialem rei custodiam continet, ideoqve si pactum de custodia Mandato adjicitur, fit contractus mixtus, *l. 1. §. 12. π. Depos. l. 5. §. 4. π. de P. V.* Cæterum *honorarium* remunerandi gratiâ interveniens non officit Mandato, *l. 1. §. 4. l. 6. π. h.* At à *Consilio* toto genere differt, qvum istud nulla sit conventio, unde nec obligat, nisi *promissio indemnitatis* accesserit, aut *dolus*, *l. 47. de R. J. l. 2. fi. π. h. t.* à Consilio

II. Is, qvi mandatum suscipit, *Mandatarius* & *Procurator* dicitur, qvanqvam hic specialius fere de litibus, *t. t. π. de procurat.* generatim verò de qvovis, *t. π. Mandati*, species qvoqve ejus singulares sunt Exercitores & Institores, *l. 1. §. 17. π. de exercit. act. l. 19. π. de instit. act.* Carpz. *Dec. 130.* non item Progenetæ, *t. t. π. de progenet.* Mandatarius Procurator Institor Progeneta

Pr.

Mandatum contrahitur qvinqve modis: sive sua tantum gratia aliqvis tibi mandet, sive sua & tua, sive aliena tantum, sivè sua & aliena, sive tua & aliena. At si tua tantum gratia tibi mandatum sit, supervacuum est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur. Divisio à fine

§. 1.

Mandantis autem gratia intervenit mandatum: veluti, si qvis tibi mandet, ut negotia ejus gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo sponderes, 1. Species

§. 2.

2. *Tua gratia & mandantis: veluti, si mandet tibi, ut pecuniam sub usuris crederes ei, qui in rem ipsius mutuaretur, aut, si volente te agere cum eo agas periculo mandantis: vel, ut ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat.*

§. 3.

3. *Aliena autem tantum causa intervenit mandatum; veluti, si tibi aliquis mandet, ut Titii negotia gereres; vel, ut Titio fundum emeres: vel, ut pro Titio sponderes.*

§. 4.

4. *Sua & aliena: veluti, si de communibus suis & Titii negotiis gerendis tibi mandet: vel, ut sibi & Titio fundum emeres; vel, ut pro eo & Titio sponderes.*

§. 5.

5. *Tua & aliena: veluti, si tibi mandet, ut Titio sub usuris crederes, quia si sine usuris pecuniam crederes, aliena tantum gratia intercedit mandatum.*

§. 6.

6. *Tua tantum gratia intervenit mandatum: veluti, si tibi mandet, ut pecunias tuas in emtiones potius prædiorum colloces, quam fœneres: vel ex diverso, ut pecunias tuas fœneres potius, quàm in emtiones prædiorum colloces. Cujus generis mandatum, magis consilium, quàm mandatum est, &* Consilium *ob id non est obligatorium, quia nemo ex consilio man-*

mandati obligatur, etiamsi non expediat ei, cui mandabatur, tũ liberũ cuiquesit, apud se explorare, an sibi expediat consiliũ. Itaque si otiosã pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliqvis, ut rem aliqvam emeres, vel eam crederes, qvamvis non expediat eam tibi emisse vel credidisse, non tamen tibi mandati tenetur. Et adeo hæc ita sunt, ut qvæsitum sit, an mandati tenentur, qvi mandaverit tibi, ut pecuniam Titio fœnerares? sed obtinet Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum: qvia non aliter Titio credidisses, qvam si tibi mandatum esset.

Conf. *L. 6. §. 5. l. 23. §. 1. π. Mandat.*

III. Ratione Objecti Mandatum aliud est generale, ad omnia mandantis negotia, vel universam causam, *l. 1. §. 1. π. de Procur.* à qvo alii distingvunt Mandatum *cum libera:* aliud speciale, ad certam causam, qvæ generali mandato non præsumitur contineri, qvoties nempe magnum versatur præjudicium principalis, ut transigendi facultas, *l. 60. π. de procur.* hereditatem adeundi, *l. 25. π. de A. H.* alienandi, *l. 63. π. de procur.* jusjurandum præstandi, *l. 17. fi. π. de jurej.* Vide *Vmm. de Proceſſ. Diſp. 3, 38.* Carpz. *Proc. Civ. 5, 2.* II. divisio in generale & speciale

IV. Naturaliter omnia negotia mandari valide possunt, qvæ agens libere sive per se sive per alium exercere potest, qvæ tamen libertas *jure* restringitur, itaqve. Qvæ mandari possunt

§. 7.

§. 7.

aut non J. Nat.

Illud qvoqve mandatum non est obligatorium qvod contra bonos mores est: veluti, si Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de injuria facienda mandet tibi, licet enim pœnam istius facti nomine præstiteris, non tamen ullam habes adversus Titium actionem.

J. Civ.

V. Similiter & civili lege qvædam per mandatarium fieri prohibentur, ut Jure Qviritum Legis actiones & actus legitimi, qvi conceptis verborum formulis inter præsentes fieri debebant, *l. 77. & 123. de reg. jur.* Merum imperium, *l. 1. π. de off. ej. cui mand.* Secus Jure nostro, *Constit. Crimin. Carolina Art. 2.* Sic Jure Saxonico Electorali *Jurisjurandi* præstatio, *Constit. Elect. Saxon. 1, 12. Vid. Exerc. ad π. XXIII, 31.* Jura autem personalia mandari possunt, *Vid. Exerc. XXVIII, 77. seq.*

obligatio mandatarii

VI. Obligatur mandatarius ad exsequendum diligenter & modo præscripto; regulariter itaqve terminos mandati excedere non debet, *l. 5. l. 46. π. h.*

§. 8.

Is qvi exsequitur mandatum, non debet excedere fines mandati: ut ecce, si qvis usqve ad centum aureos mandaverit tibi, ut fundum emeres, vel, ut pro Titio sponderes, neqve plures emere debes, neqve in ampliorem pecuniam fidejubere; alioqvin non habebis cum eo mandati actionem adeo qvidem, ut Sabino & Cassio placuerit,

rit, etiam si usque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum. Sed diversæ scholæ auctores recte usque ad centum aureos te acturum existimant, quæ sententia sane benignior est. Quod si minoris emeris, habebis scilicet cum eo mandati actionem: quoniam, qui mandat, ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utiq; mandasse intelligitur, ut minoris, si possit, emeretur, idem purà fundus. Secus si res vilior emta.

VII Ea tamen tacite insunt mandato, sine quibus mandatarius commissa exsequi non potest, aut æquipollent jussis, ut domini nihil interfit, *l. fi. §. ult. π. h. t. l. 28. §. 2. π. de judic.* Menoch. *2. Arbitr. 352.* Carpz. *2, 20. Def. 11. seq. Vid. Exerc. ad π. XXVIII, 83.* Interpretatio mandati

VIII. In propria persona, cujus industria electa est, neque per alium mandatarius exsequi debet regulariter, nisi jus *substituendi* habeat, sive expresse, sive præsumtive, ob communem utilitatem, ut in magistro navis, sed & in institore, *l. 1. §. 5. π. de exercit. act. ib. Gl.* Lauterb. *Syn. tract. de Instit. act.* Brunnem. *ad l. 1. §. 5. de exerc. act.* Substituendi facultas

IX. Obligatur denique ad restituendum bonâ fide fructus, & quicquid occasione mandati ad ipsum pervenit, & ad mandantem spectat, *l. 10. §. 2. l. 20. pr. π. h. t.* itaque non tantum ex dolo, sed & omni culpa, *l. 13. C. mand.* etiam levissima, *Carpz. 2, 20. def. 11.* Lauterb. *Synopt. Tr. ad h. t. §. 2. n. 3. fi.* præsertim si *honorarium* aut Salarium acceperit, *Vid. Exerc. ad π.* Præstationes mandatarii

XXVIII.

XXVIII, *85. seqq.* Ex hac obligatione oritur Mandanti *actio Mandati*, qvæ, si ex dolo aut lata culpa condemnatur reus, infamat, *l. 1. π. de his qvi not.*

Actio mandati

X. Vicissim Mandans obligatur ad indemnitatis præstationem, *l. 20. pr. l. 26. §. 7. π. h. t.* & competit mandatario exinde *Actio mandati contraria.* qvâ & casum fortuitum qvandoqve præstat, *V. l. 26. §. 6. sq. π. h. t. & ibi Brunnem.*

Mandantis obligatio.

Actio contraria.

XI. Finitur mandatum *mutuo consensu*, ut cæteri consensuales contractus, *§. fi. J. qvib. mod. toll. obl.* nisi fiat in præjudicium & fraudem tertii, v. g. actoris. itaqve nec post litem contestatam finitur invito adversario.

Qvibus mod. finit.

§. 9.

Revocatione

Recte qvoqve mandatum contractum, si, dum adhuc integra res sit, revocatum fuerit, evanescit.

Re non integrâ revocatio facta obligat revocantem ad indemnitatem, *l. 15. π. h. t.*

§. 10.

morte

Item si adhuc integro mandato, mors alterutrius interveniat, id est, vel ejus, qvi mandaverit, vel illius, qvi mandatum susceperit, solvitur mandatum. Sed utilitatis causa receptum est, si eo mortuo, qvi tibi mandaverat, ut ignorans eum decessisse, executus fueris mandatum, posse te agere mandati actione: alioqvi justa & probabilis ignorantia tibi damnum adferet. Et huic simile est, qvod placuit, si debitores manumisso dispensatore Titii per ignorantiam libero solverint, liberari eos:

cum

cum alioqui ſtricta juris ratione non poſſint liberari, quia alii ſolviſſent, quam cui ſolvere debuerint.

Conf. *L.* 12. §. 2. *ff. de Solut.*

§. 11.

Mandatum non ſuſcipere, cuilibet liberum eſt; ſuſceptum autem conſummandum eſt, aut quam primum renunciandum, ut per ſemetipſum, aut per alium, eandem rem mandator exequatur. Nam, niſi ita renuncietur, ut integra cauſa mandatori reſervetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet: niſi juſta cauſa interceſſerit aut non renunciandi, aut intempeſtive renunciandi. Renunciatione

Conf. *L. ſi mandat.* 22. §. *ult. ff. Mandat. & l. ſi quis* 27. §. *qui ff. eo.*

§. 12.

Mandatum & in diem differri, & ſub conditione fieri poteſt. III. diviſ. in purum & non purum.

Vid. *l.* 1. §. 1. *ff. h.*

§. 13.

In ſumma ſciendum eſt, mandatum, niſi gratuitum ſit, in aliam formam negotii cadere. Nam mercede conſtituta, incipit locatio & conductio eſſe. Et, ut generaliter dicamus, quibus caſibus ſine mercede ſuſcepto officio, mandati ſive depoſiti contrahitur negotium, iis caſibus interveniente mercede locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideo ſi fulloni polienda curandave quis dederit veſtimenta, aut ſarcinatori ſarcienda, nulla mercede conſtituta, neque promiſſa; mandati competit actio. Affinia mandati.

Tit.

TIT. XXVIII.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ QVASI EX CONTRACTV NASCVNTVR.

Pr.

Transitio ad Quasi contract.

POst genera contractuum enumerata, dispiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non proprie nasci ex contractu intelliguntur, sed tamen, quia non ex malefficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

eorum fundam.

I. Fundamentum & vis obligandi in his contractibus dependet ex consensu tacito & à LLatore præsumto: qvorum sex recensetur Imp. h. t. licet plures dari possint, Præsumtionis porro fundamentum est, factum aliqvod, ex qvo LLator præsumit consensum obligandi, qvale est

1. species Negotiorum gestio.

gerere absentis negotium, ex qvo colligit LLator, voluisse se absenti obligare ad utiliter gerendum, & susceptum semel negotium diligenter exseqvendum, ad rationes reddendas, ad rem restituendam bonâ fide qvæcunqve ex gestione ad eum pervenit: vicissim de altero præsumit, his ita factis, indemnitatis obligationem, ex naturali ratione, *l. 2. π. de N. G.*

3. π. §. 2. C. 19. V. i. §. π. de O. & A.

§. 1.

actiones inde oriundæ

Igitur cum qvis negotia absentis gesserit, ultro citroq; inter eos nascuntur actiones, qvæ appellantur negotiorum gestorum, sed domino qvi-

quidem rei gestæ, adversus eum, qui gessit, directa competit actio: negotiorum autem gestori, contraria, quas ex nullo contractu proprie nasci manifestum est: quippe ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato quisq; alienis negotiis gerendis se obtulerit, ex qua causa ii, quorum negotia gesta fuerint etiam ignorantes obligantur. Idq; utilitatis causâ receptum est, ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, desererentur negotia, quæ sane nemo curaturus esset, si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. Sicut autem is, qui utiliter gessit negotia, dominum habet obligatum negotiorum gestorum: ita & contra, istæ quoq; tenetur, ut administrationum reddat rationem. Quo casu ad exactissimam quisque diligentiam præstatio culpæ *compellitur reddere rationem, nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, si modo alius diligentior eo commodius administraturus esset negotia.*

II. Interdum & *casus fortuitus* præstandus casus est, veluti si qvis novum negotium, qvod non solitus facere absens, suscepcrit, *l. 11. π. de N. G.* Conf. *l. 24. C. de usur. l 10. l. 37. §. 1. π. de N.G. l. 38. eod.* Contra ea interdum & dolus solùm aut lata culpa præstatur, ut in *l. 3. §. 9. π. eo.*

III. Ex obligatione gestoris domino competit *actio directa negotiorum gestorum*; ex obligatione absentis, *contraria*. Qvanqvam usus

harum actionum in nostro foro non est frequens. *V. Exerc. ad. π. X 58.*

§. 2.

II. Tutela. *Tutores qvoque, qvi tutelæ judicio tenentur, non proprie ex contractu obligati esse intelliguntur: nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur, sed qvia sane non ex maleficio tenentur, qvasi ex contractu teneri videntur. Hoc autem casu mutuæ sunt actiones. Non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem; sed & contrà tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ, si vel impenderit aliqvid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditoribus ejus obligaverit.*

cum qvasi contract. IV. Supplet scilicet hîc etiam consensum pupilli Legislator, ex naturali æqvitate, & utili gestione tutoris: inducitqve *obligationem* non tantum ex parte tutoris *suscipientis* tutelam, ex qva *actio tutelæ* directa & *rationibus distrahendis* pupillo competit, sed & *obligationem pupilli*, de indemnitate tutoris, ex qva tutori datur *actio tutelæ contraria*, de qvibus *l. I. tit. XIII, 2.* & *tit.* XXVI, *4. sqq.*

III. Communio. V. Communio rerum *singularium* inter qvasi contractus refertur, qvia sine antecedente expresso consensu duo vel plures in communionem incidunt, veluti *collegatarii*; ex facto itaqve eorum, qvod ratam suam neuter repudiat, *consensum tacitum* Legislator præsumit, & obligationem exinde deducit tum ad divisionem, vel communem administrationem, tum ad personа-

sonales præstationes, *l. 4. §. 3. π. commun. divid.* & utriqve competit *actio* communi dividundo.

§. 3.

Item si inter aliqvos communis res sit, sine societate: veluti, qvod pariter eis legata donatave esset: & alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo judicio, qvod solus fructus ex ea re perceperit, aut qvod socius ejus solus in eam rem necessarias impensas fecerit: non intelligitur ex contractu proprie obligatus esse, qvippe nihil inter se contraxerunt: sed qvia ex maleficio non tenetur, qvasi ex contractu teneri videtur. 10. π. 3. 3. C. 37.

VI. Communio qvoqve *hereditatis* sine prævio consensu expresso contrahitur inter plures coheredes, ex facto aditionis singulorum autem præsumitur consensu de *obligando* invicem ad divisionem hereditatis & præstationes damnorum & impensarum, ex qva actio familiæ erciscundæ h. e. hereditatis dividendæ competit singulis. *t. t. π. & C. famil. erciscund.* Hereditas communis

§. 4.

Idem juris est de eo, qvi coheredi familiæ erciscundæ judicio ex his causis obligatus est. 10. π. 2. 3. C. 36.

Conf *supra post Tit. XIII. h. lib. aph. VI. & infra de offic. jud. §. 4.*

§. 5.

Heres qvoq; legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur, (neq; enim cum coherede, neq; cum defuncto ullum negotium legatarius gessisse proprie dici potest) & tamen qvia ex Aditio heredis

malefacto non est obligatus, qvasi ex contractu debere intelligitur.

Scilicet ex aditione præsumitur consensus de obligando se creditoribus, ex qvo competit *actio ex testamento* legatariis, & creditoribus cæteris sua cuiqve actio qvam contra defunctum habuit, cujus personam heres repræsentat.

Indebiti solutio

VII. Qvod ex errore solutum fuit non debitum, ex consensu non fuit solutum, qvia error consensum impedit: unde ex facto hoc erroneo præsumit Legislator obligationem restituendi indebitum, vel qvasi mutuum, *supra tit. XV, §. 1.* ex naturali ratione, cum nemo cum alterius jactura locupletior fieri debeat, unde & ad errorem *juris* extenditur. *Carpz. 3. 15. def. 42. V. Exerc. ad π, XXIV, 32. sqq.* indeqve concedit Condictionem indebiti. *t. t. π. & C. de condict. indeb.*

§. 6.

12. π. 6. *Item is, cui qvis per errorem non debitum solvit, qvasi ex contractu debere videtur. Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus esse, ut si certiorem rationem sequamur, magis*

t. XV. §. 1. Vid. §. π. de O. & A. *(ut supra diximus) ex distractu, qvàm ex contractu possit dici obligatus esse. Nam qvi solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut distraheret potius negotium, qvam contraheret. Sed tamen perinde is, qvi accepit, obligatur, ac si mutuum ei daretur, & ideo condictione denetur.*

§. 7.

§. 7.

Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, Exc. *quod per errorem non-debitum solutum sit. Sic vamq; definierunt veteres, ex quibus causis inficiando lis crescit, ex iis causis non debitum solutum repeti non posse: veluti, ex Lege Aquilia, item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa constituta, per damnationem cuiq; legata fuerant. Nostra autem Constitutio cum unam naturam omnibus legatis & fideicommissis indulsit, hujusmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommissis extendi voluit, sed non omnibus legatariis hoc præbuit, sed tantummodo in iis legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis, & ceteris venerabilibus locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt: quæ si indebita solvantur, non repetuntur.*

Extat ista constitutio in *l. 2. C. commun. de legat.* quâ non attentis legatorum generibus ex veteri jure formulario, indifferenter omnibus legatis ad pias causas hoc privilegium datum ne indebitè solutum repetatur.

VIII. Similiter & aliàs plurimum accidit, ut extra id, quod agitur, tacita obligatio, & quasi contractus nascatur, veluti in casu *l. is. qui 13. §. 2. ff. commod.* adeoque generatim quicquid alterius apud alterum *sine causa* est, omni jure repeti potest, & præsumit lex & naturalis & civilis obligationem tacitam de suum cuique tribuendo, sicut quisque sibi suum tribui cupit,

Alii quasi contractus

datio vel acceptio sine causa

pit, etiamsi traditio rei intervenerit, sed ex errore, ut supra vidimus, aut ob causam, qvæ cessat, aut prohibita est, aut plane sine causa: ex qva obligatione in genere competit Condictio sine causa. *t. t. π. de condict. sine causa.* Speciatim etiam, si causa, ob qvam datum, non secutâ, aut impleta, *condictio causâ dati, causâ non secutâ, t. t. π. de condict. caus. dat.*

Datio ob turpem caus.

IX. Secundò, si ob *illegitimam* causam datum est, sive adversus leges, perinde est ac si sine causa datum est, & obligatur tacite turpiter accipiens ad restituendum, & compellitur *condictione ob turpem causam, l. 1. §. fi. π. de cond. sine caus. l. 7. §. 7. π. de pact. t. t. π. de condict. ob turp. caus.* etiam jure naturali atqve gentium, qvod recte contra Grotium *J. B. 2, 11, 9.* Pufendorffius *de J. N. 3, 7, 8* defendit. Excipe si ex parte dantis qvoqve est turpitudo & prohibitio, tunc enim in pœnam denegatur illi actio, ne ex suo delicto meliorem conditionem suam faciat, *l. 1. §. fi. h. l. 3. l. 4. l. 8. eo. l. 63. §. 7. π. procio. l. 134. §. 1. de reg jur.* Etsi autem etiam accipiens delinqvit, actio tamen hæc non pœnam, sed solam rem persequitur, & eatenus ad qvasi contractus refertur. Similiter tertiò, furto facto, etsi fur ex delicto obligatur, obligatur tamen qvivis detentor etiam ex tacito consensu & qvasi contractu, qvod debeat restituere rem suo domino, unde præter actionem furti ex delicto, datur ex tacitâ obligatione *Condictio furtiva*, qvo ipso actor rem ab herede qvoqve per-

Acceptio rei furtivæ

persequitur, & sublevatur probatione criminis, *t. t. de condict. furt.* Vid. *Exerc ad π.* XXIV, 46.

X. Vicini ex fundorum confinium possessione tacitè obligantur ad fines regundos seu erigendos, aut turbatos renovandos; competit exinde actio finium regundorum, qvâ etiam præstationes personales veniunt, *l. 2. π. fin. regund.* conf. *§. 20. J. de act. & §. 6. J. de offic. jud.* Qvod si delictum & hîc intercedit, obligatio qvoqve & actiones ex delictis dantur, de qvibus suo loco. eoqve pertinet actio, si mensor falsum modum dixerit, *t. π. si mensor.* Vid. *Oetting. Tr. de Limitib.* Finium regund. communio

XI. Ex receptione rerum alienarum exercitoris vel nautæ in navim: cauponæ in cauponam: stabularii in stabulum seu stationem: qvibus & postarum magistros accenseas; obligatio præsumitur, salvas fore res receptas, & inde *actio de recepto* ad restitutionem rerum cum reparatione damnorum, cujuscunqve sive dolo sive culpâ damnum contigerit, *t. t. π. nautæ, cauponæ, stabul.* Receptus

XII. Tandem inter actorem & reum præsumitur tacita obligatio de restituendo & solvendo qvod judicatum fuerit, qvum aliâs jurisdictio detur in invitum: qvia tamen *litem* suscepit reus, sive *contestatus* est, eo ipso præsumitur in hanc obligationem consensus, ex qva datur *actio judicati, l. 3. §. 8. π. de pecul. & t. t. π. & C. de re judicat.* Litis contestatio

Jactus marinus

XIII. Deniqve referenda huc etiam obligatio ex *L. Rhodia de jactu*, qvam Legislator præsumit ex facto magistri navis aut rectorum, jactu scilicet mercium unius aut alterius in mare, qvo salvetur navis & personæ & reliqvorum merces, navem forte minus gravantes, ad hoc, ut *conributio* sive *Havaria* fiat pretii mercium jactarum ab omnibus in navi. *t. t. π. ad L. Rhod. de jactu.* Etsi enim dominus mercium actione *locati conducti* restitutionem à magistro petere potest, *l. 2. π. eo.* & porro *contraria* ex eodem contractu magister à ceteris vectoribus petere, *d. l. 2.* fit tamen hoc per ambages, neqve ex æqvitate & natura hujus negotii deneganda est domino mercium jactarum contra convectores actio, ut J. Pacius asserit; sed imo ut Accursius *ad d. l. 2. pr.* notat, Melius esse, ut sublato hoc circuitu viâ recta agat damnum passus, vel *Negotiorum gestorum actione.* Vid. *Exerc. ad. π. XXVII, 24. sq.*

14. π. §. 4. C. 27.

TIT. XXIX.

PERQVAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ACQVIRITVR.

Pr.

per hos qvi sunt in potestate

EXpositis generibus obligationum, qvæ ex contractu, vel qvasi ex contractu nascuntur; admonendi sumus, acqviri nobis non solum per nosmetipsos, sed per eas qvoqve personas, qvæ in nostra

stra potestate sunt: veluti, per servos, & filios nostros, ut tamen, quod per servos nostros nobis acquiritur, totum nostrum fiat, quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit acquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum pnoprietatis, & usufructus, quam nostra decrevit Constitutio: ut quod ab actione commodum perveniat, hujus usumfructum habeat quidem pater, proprietas autem filio servetur, scilicet patre actionem movente secundum novellæ nostræ Constitutionis divisionem.

Vid. *l. 6. seqq. C. de bon. quæ lib.*

§. 1.

Item per liberos homines, & alienos servos, quos bona fide possidemus, acquiritur nobis: sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirant.

saltem bonâ fide possessi

§. 2.

Per eum quoque servum, in quo usumfructum, vel usum, habemus, similiter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

aut usu fructu

§. 3.

Communem servum pro dominica parte dominis acquirere certum est: excepto eo, quod nominatim uni stipulando aut per traditionem accipiendo, illi soli acquirit, veluti, cum ita stipulatur; Titio domino meo dare spondes? Sed si domini unius jussu servus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur, tamen post nostram dicisionem res

aut communiter

expedita est, ut illi tantum acquirat, qui hoc ei facere jussit, ut supra dictum est.

Vid. Supra §. *ult. J. de stip. servor. & l. fin. C. IV. quas pers. n. a.*

I. Sicut supra de dominio & jure in re tractatum, per quas personas cuique acquiratur: ita hîc de obligatione & jure ad rem sive actione personali videndum; & non tantum quomodo *jus* nobis acquiratur per alios, sed & quomodo nos per alios *obligemur*. Scilicet regulariter & naturali ex ratione quilibet obligatur ex facto suo, non ex alieno, *l. 155. de reg. jur. l. 11. eod.* nisi constet de voluntate ejus, quâ illum elegerit ut instrumentum ad hoc speciatim aut sub generali ratione, *Grot. J. B. 2, 11, 12.* Unde primò sequitur, sicut & supra de acquisitione dominii dictum, acquirere aliquem jus petendi aliquid, & actionem, per hos qui sunt in sua *potestate* sive patriâ sive dominicâ. Ratio juris fundatur in *præsumta voluntate* ejus, in cujus potestate est gerens atque acquirens. Sed quod *rubrica* imprimis præ se fert, *obligatio*, onus, & necessitas solvendi aut præstandi quomodo per alios, qui sunt in potestate, acquiratur, videndum. Atque *filiusfamil.* majorennis utique *per se* obligatur, quum principia obligandi adsint, intellectus & voluntas, sed executio deficit, quatenus sibi non acquirit, *l. 5. π. quod cum eo, qui in al. pot. Vid. Exerc. ad π. XXVII. 53. sqq.* Sed præterea & patremfamil. obligat, sed duntaxat *actione de peculio, l. 44. π. de pe-*

Reg.

Lim.

Ratio.

obligatio filiifam. propria

patrisfam.

peculio tenus

de pecul. l. 1. §. 42. π. de pos. ratio exposita *d. Exerc.* XXVII, 79, *seq.* Nostrò jure filii negotiationem exercentes separatam, eatenus emancipatis comparantur & per se obligantur, *P. Heig. ad §. præterea. 9. J. qvib. mod. P. P. solv. 4. 19.* Atqve ita obligat filiusfamil. patremfamil. primò *Peculiotenus*: *§. 10. & 36. J. de action.* Deinde ex *jussu* negotium ejus gerens *in solidum*, *actione qvod jussu*, qvæ specialior est qvam *Mandati actio*, *t. t. π. qvod jussu. Vid. Exerc. ad π.* XXVII, 99. *seqq.* Tertiò etiam ex *in rem verso*, h. e. si utilitas patris præsens est, præsumitur utiqve voluntas boni viri, ne cum alterius damno locupletior fieri desideret. Qvarto denique per *Tributoriam actionem* obligatur pater creditoribus peculii, ut non deducto eo, qvod ipsi forte debetur, peculii æstimatio fiat, *l. 1. §. 2. l. 5. §. 6. π. de tributor. act.* Cæterum ex *Mutuo* obligare filius patrem non potest, *t. t. π. de SC. Maced.* conf. infra *t. qvod cum eo qvi in aliena pot. lib. IV.*

ex jussu

in rem verso

per tributoriam causam

§. II. Is vero qvi sui juris est alium multo minus obligare potest, nisi ex prævio facto, ex qvo, ut genere, LLator colligit consensum in specie, qvoad negotium controversum. Tale factum est præpositio navis aut terrestris negotiationis; uterqve enim obligatur, & præponens, *exercitor navis*, sive dominus, Rheder, & magister navis sive nauta, Schiffer: hic ex proprio contractu cujusvis generis, indeqve ortæ actionis, ille ex præpositura, atqve exinde oriunda

Exercitoris navis

da actione exercitoria, *l. 1. §. 1. & 5. π. de exercit. act.* Grot. *J. B. 2, 11, 12.* Pufend. *J. N. 3, 9, 1.* atqve penes actorem eſt electio, utrum convenire velit, *l. 7. §. 17. eod. Vid. Exerc. ad π. XXIX, 9. & 13.* ubi Juris Romani diſpoſitio de obligatione plurimum exercitorum *inſolidum* contra Grotium d. l. defenſa.

Inſtitoris

III. Similiter *Inſtitor* ex ſuo contractu & ipſe obligatur, & dominum præponentem obligat *actione inſtitoriâ*, *l. fi. π. de inſtit. act. l. 7. §. 11. ad SC. Macedon.* Carpz. *2, 20. def. ult.* Hahn. *ad Weſenbec. h. t. n. 6.* habet autem inſtitor, ſi de ſuo ſolvit, regreſſum contra præponentem, *Berlich. Dec. 252. & P. 1. Concl. 75, 38* In concurſu creditorum contra inſtitorem habet dominus ſeu mandans jus prælationis & dominium in re, qvam juſſerat ſibi emi, pecuniâ ſuâ emta aut in rationes mandantis relata, qvia tunc præſumtio eſt, inſtitorem acqviſiviſſe mandanti dominium, *A. Fab. Cod. Si qvis alteri. def. 14. & de R. V. def. 6.* Leuvven. *Cenſ. For. 4, 3, 9.* Coren *Obſ. 25.* Gail. *2. O. 12. & 25, 10.* Deniqve finito officio Inſtitoris finitur etiam obligatio ex contractu domini nomine celebrato, *l. fi. π. de inſtit. act.* Carpz *2, 10, 14 & Deciſ. 10.*

ſi plures præpoſiti

IV. Si *præponens plures* præpoſuit indiſtinctè, in ſolidum ex ſingulorum contractibus obligatur, *l. 1. §. 13. de exercit. act.* Viciſſim ſi

aut præponentes

plures ſint *præponentes*, ſinguli ex præpoſiti contractu obligantur in ſolidum, *l. 1. §. fi. l. 2. l. 3. π. de*

de exercit. l. 27. §. fi. π. de pecul. qvod nec naturali nec civili ratione contrariatur, ut contra H. Grotium *de J. B. 2, 11, 13.* ostensum *Exerc. ad π, XXVII, 13.* qvanqvam usu fori Germanici *pro rata* singuli conveniantur, *Gail. 2. O. 24, 91,* Coren *Obs. 40.* Leuvven. *Cens. For. 4. 3, 10.*

V. Sicut per uxorem marito acqviritur, *supra 2, 9, 4.* ita & maritus per eam obligatur, qvæ sciente marito bona administrat, & mutuum in utilitatem bonorum contrahit, *Tre. tl. Vol. 2. D. 6, 7. i.* G. Schulz. *ad J. qvod cum eo, qvi in alien. D.* Vxor qvatenus maritum obliget

TIT. XXX.

46. π. 3. 8. C. 43. 3. x. 23.

QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO.

I.

SOlvitur iterum obligatio non ab ipso obligato, qvi qvidem voluntatem suam paciscendo determinare potest, determinatam liberare non valet, sed is qvi obligavit, *creditor*, aut saltem *lex* seu superior potestas civilis, ex præsumta liberandi volunte. *Modi liberandi* in universum omnes pariunt *exceptiones liberationis*, utpote solutionis, compensationis, metûs, læsionis & similes, sed dispari ratione. Diversitatis ratio latet in *fundamento liberationis*, qvam allegat reus; ista enim fundatur vel *in* Qvis obligationem solvere possit. Qvibus modis ipso jure

facto

harum actionum in nostro foro non est frequens. *V. Exerc. ad. π. X 58.*

§. 2.

II. Tutela. *Tutores qvoqve, qvi tutelæ judicio tenentur, non proprie ex contractu obligati esse intelliguntur: nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur, sed qvia sane non ex maleficio tenentur, qvasi ex contractu teneri videntur. Hoc autem casu mutuæ sunt actiones. Non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem; sed & contrà tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ, si vel impenderit aliqvid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditoribus ejus obligaverit.*

cum qvasi contract. IV. Supplet scilicet hîc etiam consensum pupilli Legislator, ex naturali æqvitate, & utili gestione tutoris: inducitqve *obligationem* non tantum ex parte tutoris *suscipientis* tutelam, ex qva *actio tutelæ* directa & *rationibus distrahendis* pupillo competit, sed & *obligationem pupilli*, de indemnitate tutoris, ex qva tutori datur *actio tutelæ contraria*, de qvibus *l. I. tit. XIII, 2. & tit.* XXVI, *4. sqq.*

III. Communio. V. Communio rerum *singularium* inter qvasi contractus refertur, qvia sine antecedente expresso consensu duo vel plures in communionem incidunt, veluti *collegatarii*; ex facto itaqve eorum, qvod ratam suam neuter repudiat, *consensum tacitum* Legislator præsumit, & obligationem exinde deducit tum ad divisionem, vel communem administrationem, tum ad personа-

sonales præstationes, *l. 4. §. 3. π. commun. divid.* & utriqve competit *actio* communi dividundo.

§. 3.

Item si inter aliqvos communis res sit, sine societate: veluti, qvod pariter eis legata donatave esset: & alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo judicio, qvod solus fructus ex ea reperceperit, aut qvod socius ejus solus in eam rem necessarias impensas fecerit: non intelligitur ex contractu proprie obligatus esse, qvippe nihil inter se contraxerunt: sed qvia ex maleficio non tenetur, qvasi ex contractu teneri videtur. 10. π. 3. 3. C. 37.

VI. Communio qvoqve *hereditatis* sine prævio consensu expresso contrahitur inter plures coheredes, ex facto aditionis singulorum autem præsumitur consensu de *obligando* invicem ad divisionem hereditatis & præstationes damnorum & impensarum, ex qva actio familiæ erciscundæ h. e. hereditatis dividendæ competit singulis. *t. t. π. & C. famil. erciscund.* Heredi-tas communis

§. 4.

Idem juris est de eo, qvi coheredi familiæ erciscundæ judicio ex his causis obligatus est. 10. π. 2. 3. C. 36.

Conf *supra post Tit XIII. h. lib. apb. VI. & infra de offic. jud. §. 4.*

§. 5.

Heres qvoq; legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur, (neq; enim cum coherede, neq; cum defuncto ullum negotium legatarius gessisse proprie dici potest) & tamen qvia ex male- Aditio heredis

maleficio non est obligatus, quasi ex contractu debere intelligitur.

Scilicet ex aditione præsumitur consensus de obligando se creditoribus, ex qvo competit *actio ex testamento* legatariis, & creditoribus cæteris sua cuiqve actio qvam contra defunctum habuit, cujus personam heres repræsentat.

Indebiti solutio

VII. Qvod ex errore solutum fuit non debitum, ex consensu non fuit solutum, qvia error consensum impedit: unde ex facto hoc erroneo præsumit Legislator obligationem restituendi indebitum, vel qvasi mutuum, *supra tit. XV, §. 1.* ex naturali ratione, cum nemo cum alterius jactura locupletior fieri debeat, unde & ad errorem *juris* extenditur. *Carpz. 3. 15. def. 4z. V. Exerc. ad π, XXIV, 32. sqq.* indeqve concedit Condictionem indebiti. *t. t. π. & C. de condict. indeb.*

§. 6.

12. π. 6. *Item is, cui qvis per errorem non debitum solvit, qvasi ex contractu debere videtur. Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus esse, ut si certiorem rationem sequamur, magis* t. XV. §. 1. *(ut supra diximus) ex distractu, qvàm ex contra-*
Vid. t. π. de O. & A *ctu possit dici obligatus esse. Nam qvi solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut distrahat potius negotium, qvam contrahat. Sed tamen perinde is, qvi accepit, obligatur, ac si mutuum ei daretur, & ideo condictione denetur.*

§. 7.

§. 7.

Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, Exc.
quod per errorem non-debitum solutum sit. Sic namq; definierunt veteres, ex quibus causis inficiando lis crescit, ex iis causis non debitum solutum repeti non posse: veluti, ex Lege Aquilia, item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa constituta, per damnationem cuiq; legata fuerant. Nostra autem Constitutio cum unam naturam omnibus legatis & fideicommissis indulsit, hujusmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommissis extendi voluit, sed non omnibus legatariis hoc præbuit, sed tantummodo in iis legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis, & ceteris venerabilibus locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt: quæ si indebita solvantur, non repetuntur.

Extat ista constitutio in *l. 2 C. commun. de legat.* quâ non attentis legatorum generibus ex veteri jure formulario, indifferenter omnibus legatis ad pias causas hoc privilegium datum ne indebitè solutum repetatur.

VIII. Similiter & aliàs plurimum accidit, ut extra id, quod agitur, tacita obligatio, & quasi contractus nascatur, veluti in casu *l. is. qui 13. §. 2. π. commod.* adeoque generatim quicquid alterius apud alterum *sine causa* est, omni jure repeti potest, & præsumit lex & naturalis & civilis obligationem tacitam de suum cuique tribuendo, sicut quisque sibi suum tribui cupit.

Alii quasi contractus

datio vel acceptio sine causa

pit, etiamsi traditio rei intervenerit, sed ex errore, ut supra vidimus, aut ob causam, qvæ cessat, aut prohibita est, aut plane sine causa: ex qva obligatione in genere competit Condictio sine causa. *t. t. π. de condict. sine causa.* Speciatim etiam, si causa, ob qvam datum, non secutâ, aut impleta, *condictio causâ dati, causâ non secutâ, t. t. π. de condict. caus. dat.*

Datio ob turpem caus.

IX. Secundò, si ob *illegitimam* causam datum est, sive adversus leges, perinde est ac si sine causa datum est, & obligatur tacite turpiter accipiens ad restituendum, & compellitur *condictione ob turpem causam, l. 1. §. fi. π. de cond. sine caus. l. 7. §. 7. π. de pact. t. t. π. de condict. ob turp. caus.* etiam jure naturali atqve gentium, qvod recte contra Grotium *J. B. 2, 11, 9.* Pufendorffius *de J. N. 3, 7, 8* defendit. Excipe si ex parte dantis qvoqve est turpitudo & prohibitio, tunc enim in pœnam denegatur illi actio, ne ex suo delicto meliorem conditionem suam faciat, *l. 1. §. fi. h. l. 3. l. 4. l. 8. eo. l. 63. §. 7. π. profocio. l. 134. §. 1. de reg. jur.* Etsi autem etiam accipiens delinqvit, actio tamen hæc non pœnam, sed solam rem persequitur, & eatenus ad qvasi contractus refertur. Similiter tertiò,

Acceptio rei furtivæ

furto facto, etsi fur ex delicto obligatur, obligatur tamen qvivis detentor etiam ex tacito consensu & qvasi contractu, qvod debeat restituere rem suo domino, unde præter actionem furti ex delicto, datur ex tacitâ obligatione *Condictio furtiva*, qvo ipso actor rem ab herede qvoqve per-

persequitur, & sublevatur probatione criminis, *t. t. de condict. furt.* Vid. *Exerc. ad π.* XXIV, *46.*

X. Vicini ex fundorum confinium possessione tacitè obligantur ad fines regundos seu erigendos, aut turbatos renovandos; competit exinde actio finium regundorum, qvâ etiam præstationes personales veniunt, *l. 2. π. fin. regund.* conf. *§. 20. J. de act. & §. 6. J. de offic. jud.* Qvod si delictum & hîc intercedit, obligatio qvoqve & actiones ex delictis dantur, de qvibus suo loco. eoqve pertinet actio, si mensor falsum modum dixerit, *t. π. si mensor.* Vid. *Oetting. Tr. de Limitib.* Finium regund. communio

XI. Ex receptione rerum alienarum exercitoris vel nautæ in navim: cauponæ in cauponam: stabularii in stabulum seu stationem: qvibus & postarum magistros accenseas; obligatio præsumitur, salvas fore res receptas, & inde *actio de recepto* ad restitutionem rerum cum reparatione damnorum, cujuscunqve sive dolo sive culpâ damnum contigerit, *t. t. π. nautæ, cauponæ, stabul.* Receptus

XII. Tandem inter actorem & reum præsumitur tacita obligatio de restituendo & solvendo qvod judicatum fuerit, qvum aliàs jurisdictio detur in invitum: qvia tamen *litem* suscepit reus, sive *contestatus* est, eo ipso præsumitur in hanc obligationem consensus, ex qva datur *actio judicati, l. 3. §. 8. π. de pecul. & t. t. π. & C. de re judicat.* Litis contestatio

Jactus marinus

XIII. Deniqve referenda huc etiam obligatio ex *L. Rhodia de jactu*, qvam Legislator præsumit ex facto magistri navis aut rectorum, jactu scilicet mercium unius aut alterius in mare, qvo salvetur navis & personæ & reliqvorum merces, navem forte minus gravantes, ad hoc, ut *contributio* sive *Havaria* fiat pretii mercium jactarum ab omnibus in navi. *t. t. π. ad L. Rhod. de jactu.* Etsi enim dominus mercium actione *locati conducti* restitutionem à magistro petere potest, *l. 2. π. eo.* & porro *contraria* ex eodem contractu magister à ceteris vectoribus petere, *d. l. 2.* fit tamen hoc per ambages, neqve ex æqvitate & natura hujus negotii deneganda est domino mercium jactarum contra convectores actio, ut J. Pacius asserit; sed imo ut Accursius *ad d. l. 2. pr.* notat, Melius esse, ut sublato hoc circuitu viâ recta agat damnum passus, vel *Negotiorum gestorum actione.* Vid. *Exerc. ad. π. XXVII, 24. sq.*

14. π. §. 4. C. 27.

TIT. XXIX.

PERQVAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ACQVIRITVR.

Pr.

per hos qvi sunt in potestate

EXpositis generibus obligationum, *qvæ ex contractu, vel qvasi ex contractu nascuntur; admonendi sumus, acqviri nobis non solum per nosmetipsos, sed per eas qvoque personas, qvæ in nostra*

stra potestate sunt: veluti, per servos, & filios nostros, ut tamen, qvod per servos nostros nobis acquiritur, totum nostrum fiat, qvod autem per liberos, qvos in potestate habemus, ex obligatione fuerit acquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum pnoprietatis, & ususfructus, qvam nostra decrevit Constitutio: ut qvod ab actione commodum perveniat, hujus usumfructum habeat quidem pater, proprietas autem filio servetur, scilicet patre actionem movente secundum novellæ nostræ Constitutionis divisionem.

Vid. *l. 6. seqq. C. de bon. qæ lib.*

§. 1.

Item per liberos homines, & alienos servos, qvos bona fide possidemus, acqviritur nobis: sed tantum ex duabus causis, id est, si qvid ex operis suis, vel ex re nostra acqvirant. saltem bonâ fide possessi

§. 2.

Per eum qvoqve servum, in qvo usumfructum, vel usum, habemus, similiter ex duabus istis causis nobis acqviritur. aut usu fructu

§. 3.

Cummunem servum pro dominica parte domino acqvirere certum est: excepto eo, qvod nominatim uni stipulando aut per traditionem accipiendo, illi soli acqvirit, veluti, cum ita stipulatur; Titio domino meo dare spondes? Sed si domini unius jussu servus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur, tamen post nostram dicisionem res aut communiter

expedita est, ut illi tantum acqvirat, qvi hoc ei facere jussit, ut supra dictum est.

Vid. Supra § *ult. J. de stip. servor. & l. fin. C. IV. qvas pers. n. a.*

I. Sicut supra de dominio & jure in re tractatum, per qvas personas cuiqve acqviratur: ita hîc de obligatione & jure ad rem sive actione personali videndum; & non tantum qvomodo *jus* nobis acqviratur per alios, sed & qvomodo nos per alios *obligemur*. Scilicet regulariter & naturali ex ratione qvilibet obligatur ex facto suo, non ex alieno, *l. 155. de reg. jur. l. 11. eod.* nisi constet de voluntate ejus, qvâ illum elegerit ut instrumentum ad hoc speciatim aut sub generali ratione, *Grot. J. B. 2, 11, 12.* Vnde primò sequitur, sicut & supra de acqvisitione dominii dictum, acqvirere aliqvem jus petendi aliqvid, & actionem, per hos qvi sunt in sua *potestate* sive patriâ sive dominicâ. Ratio juris fundatur in *præsumta voluntate* ejus, in cujus potestate est gerens atqve acqvirens. Sed qvod *rubrica* imprimis præ se fert, *obligatio*, onus, & necessitas solvendi aut præstandi qvomodo per alios, qvi sunt in potestate, acqviratur, videndum. Atqve *filiusfamil.* majorennis utiqve *per se* obligatur, qvum principia obligandi adsint, intellectus & voluntas, sed executio deficit, qvatenus sibi non acqvirit, *l. 5. π. qvod cum eo, qvi in al. pot. Vid. Exerc. ad π. XXVII. 53. sqq.* Sed præterea & patremfamil. obligat, sed duntaxat *actione de peculio, l. 44. π. de pe-*

Reg.

Lim.

Ratio.

obligatio filiifam. propria

patrisfam.

peculio tenus

de pecul. l. 1. §. 42. π. de pos. ratio exposita *d. Exerc.* XXVII, *79, seq.* Nostrò jure filii negotiationem exercentes separatam, eatenus emancipatis comparantur & per se obligantur, *P. Heig. ad §. præterea. 9. J. qvib. mod. P. P. solv. 4. 19.* Atqve ita obligat filiusfamil. patremfamil. primò *Peculiotenus: §. 10. & 36. J. de action.* Deinde ex *jussu* negotium ejus gerens *in solidum*, *actione qvod jussu*, qvæ specialior est qvam *Mandati actio, t. t. π. qvod jussu. Vid. Exerc. ad π.* XXVII, *99. seqq.* Tertiò etiam ex *in rem verso*, h. e. si utilitas patris præsens est, præsumitur utiqve voluntas boni viri, ne cum alterius damno locupletior fieri desideret. Qvarto denique per *Tributoriam actionem* obligatur pater creditoribus peculii, ut non deducto eo, qvod ipsi forte debetur, peculii æstimatio fiat, *l, 1. §. 2. l. 5. §. 6. π. de tributor. act.* Cæterum ex *Mutuo* obligare filius patrem non potest, *t. t. π. de SC. Maced.* conf. infra *t. qvod cum eo qvi in aliena pot. lib. IV.*

ex jussu

in rem verso

per tributoriam causam

II. Is vero qvi sui juris est alium multo minus obligare potest, nisi ex prævio facto, ex qvo, ut genere, LLator colligit consensum in specie, qvoad negotium controversum. Tale factum est præpositio navis aut terrestris negotiationis; uterqve enim obligatur, & præponens, *exercitor navis*, sive dominus, Rheder, & magister navis sive nauta, Schiffer, hic ex proprio contractu cujusvis generis, indeqve ortæ actionis, ille ex præpositura, atqve exinde oriunda

Exercitoris navis

de exercit. l. 27. §. fi. π. de pecul. qvod nec naturali nec civili ratione contrariatur, ut contra H. Grotium *de J. B. 2, 11, 13.* ostensum *Exerc. ad π, XXVII, 13.* qvanqvam usu fori Germanici *pro rata* singuli conveniantur, *Gail. 2. O. 24, 91,* Coren *Obs. 40.* Leuvven. *Cens. For. 4. 3, 10.*

V. Sicut per uxorem marito acqviritur, *supra 2, 9, 4.* ita & maritus per eam obligatur, qvæ sciente marito bona administrat, & mutuum in utilitatem bonorum contrahit, *Tre. tl. Vol. 2. D. 6, 7. i.* G. Schulz. *ad J. qvod cum eo, qvi in alien. D.* Vxor qvatenus maritum obliget

Tit. XXX.

46. π. 3. 8. C. 43. 3. x. 23.

Qvibvs Modis Tollitvr Obligatio.

I.

Solvitur iterum obligatio non ab ipso obligato, qvi qvidem voluntatem suam paciscendo determinare potest, determinatam liberare non valet, sed is qvi obligavit, *creditor*, aut saltem *lex* seu superior potestas civilis, ex præsumta liberandi volunte. *Modi liberandi* in universum omnes pariunt *exceptiones liberationis*, utpote solutionis, compensationis, metûs, læsionis & similes, sed dispari ratione. Diversitatis ratio latet in *fundamento liberationis*, qvam allegat reus; ista enim fundatur vel *in facto* Qvis obligationem solvere possit

Qvibus modis ipso jure

facto contrario ei, ex qvo obligatio orta est, unde LContestatio negativa seqvitur; eoqve vel & ipsius debitoris & creditoris, ut mutuo consensu, vel debitoris, nempe *satisfactione* eâqve vel verâ, veluti per solutionem, vel fictione juris facta, ut brevi manu per compensationem, aut per acceptilationem, novationem, aut delegationem, & depositionem: Vel in facto ipsius creditoris aut alterius, aut casuali, tanqvam in *cessatione causæ* obligandi, veluti per *confusionem* crediti & debiti in unam personam devoluti, aut rei debitæ *interitu* sine culpa debitoris aut dolo creditoris, & errore debitoris circa substantialia conventionis. Hi modi & similes desiderant tantum *probationem facti*; ipso probato jure statim liberatus debitor pronunciatur, idqve dicitur *ipso jure* tolli obligationem.

opeexceptionis

II. Præterea verò liberatio, qvam debitor prætendit, fundari potest *in jure*, ita ut obligationis fundamentum in facto qvidem non negetur, litem affirmativè contestando, de jure & ex bono & æqvo tamen non tenere qvoad effectum petendi & exseqvendi: adeoqve aut factum istud obligatorium *de jure* esse *extinctum*, veluti per rem judicatam, per jusjurandum, per præscriptionem, per transactionem, per pactum de nonpetendo: aut de jure & æqvitate esse *rescindendum*, per restitutionem in integrum, aut rescissorium remedium, sive proponantur per modum actionis, sive exceptionis. His verò

verò n. odis communiter dicitur obligatio tolli *per modum exceptionis* idqve naturali etiam jure. Prioris generis dicuntur etiam Exceptiones *facti*: posterioris, exceptiones *juris*. *Franzk. 2. Resol. 18, 3.*

III. De priori genere hîc videamus: de posteriori infra de exceptionibus. Solutio

Pr.

Tollitur autem omnis obligatio solutione ejus, quod debetur: vel si quis, consentiente creditore, aliud pro alio solverit. Nec interest, quis solvat: utrum ipse, qui debet, an alius pro eo, liberatur enim & alio solvente: sive sciente, sive ignorante debitore, vel invito eo, solutio fiat. Idem si reus solverit, etiam ii, qui pro eo intervenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit, si fidejussor solverit: non enim ipse solus liberatur, sed etiam reus. I. V. l. 22. ff. de solut.

conf. *Novell. 4 c. 3. de solutione in solutum.* Jac. Schulz. *1. q. 42* Coler. *Dec. 134.*

IV. Tertio alicui solutione facta sine consensu creditoris obligatio non tollitur, *l. nihil. 4. C. de solut.* & in dubio, qvoties duo litigant de debito, neutri solvendum est, *Gl. in l. 20. C. de agric. & cens.* A. Fab. *Cod. 3, 22. def. 8* neqve ministro creditoris solutio facta liberat, nisi mandato, chirographo aut apochâ exhibitâ, *Dd. ad l. 20. Commod. Pingiz. q. 48.* aut si aliâs Cui solvatur

per

per istum solitus est dominus talia exigere. *Guid. Pap. Dec. 173.* Boër. *Dec. 282*

V. Qvatenus pupillo solvi, aut ipse solvere valide possit, supra *de act. tut.* dictum. De minore & fœminis *Tit. de Curator.*

Qvid VI. Particularis solutio, aut sortis absqve usuris obtrudi creditori non potest, *l. 3. π. fam. ercisc. l. 41. §. Lucius. π. de usur.* Carpz. *2, 28. def. 13.*

qvando VII. Stato tempore solutio peti debet *l. 122. de V. O.* ante istud tamen solutio à debitore fieri potest, invito creditore, nisi hujus gratiâ, non debitoris, dies sit adjectus, *l 38. §. 16. de V. O. l. 70. de solut. l. 17. de R. Jur.* Richt. *Decis. 73.*

ubi VIII. Opportuno in loco debet fieri, *l 39. de solut.* magisqve in foro & domicilio debitoris, qvàm creditoris, *l. 38. π. de judic.* Strauch. *Disert. VII, 3.* Brunnem. *in l. 18. π. de constit. pec.* Dissentit *Carpz. 1. Resp. 92.*

modu IX. Solutione facta simpliciter non expressâ, causâ si ex pluribus debetur, præsumitur debitor indifferens, & determinationem relinqvere qvietanti, *l. 1. l. 97. de solut. l. 1. C. eo.* H. Pist. *3. q. 21.* qvod si nec creditor expressit in apocha, lex præsumit in æs urgentius solutum, *l. 3. l. 5. π. h. t.* & in usuras prius qvam in sortem, *l. C. h. t.* Carpz *2. 29. def. 16. sq.*

Probatio X. Solutio regulariter & in Executivo Processu probatur per *apocham* seu qvietantiam; cui tamen qverela non numeratæ pecuniæ intra 30. di-

30. dies opponi potest, unde cautio est, ut renunciatio ejus exceptionis apochis inferatur. *l. 14. C. de non numer. pecun.* Carpz. *2. Resp. 90, 12.* Probationes vero per testes, juramenta aut conjecturas in Reconventionem remittuntur. In ordinario vero processu omnia admittuntur, & præsumtiones onus probandi in creditorem pro earum qvalitate conferunt. *Menoch. 3. Præsumt. 131.*

XI. Solutio alia vera & naturalis est, interveniente pecunia, vel alia re præsertim fungibili, de qva hactenus: alia est, qvæ per juris fictionem fit, & imaginariam verè tamen efficacem liberationem, nullâ intercedente pecuniâ, idqve dupliciter, aut ut gratis remittatur obligatio, & debitum condonatur, aut re aliqva per imputationem aut transactionem interveniente, *l. 15. C. de transact.* aut reali expromissoris solutione, *V. l. 9. π. de P. V. & l. 4. π. de condict. caus. dat.* utrumqve fieri potest aut simplici conventione, qvæ dicitur *Pactum de non petendo*, aut stipulatione, & *Acceptilatio* vocatur, aut denique per brevem manum & mutuam solutionem, sed imaginariam itidem, qvæ *Compensatio* appellatur. Solutio per fictionem juris

§. 1.

Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio imaginaria solutio. Qvod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere, poterit sic fieri, ut patiatur Acceptilatio

hæc verba debitorem dicere: Quod ego tibi promisi, habesne acceptum? Et Titius respondeat: Habeo. Sed & græcè potest acceptilatio fieri: dummodo sic fiat, ut latinis verbis solet [exigi.] ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών. id est, tot denarios acceptos habes? acceptos habeo. (aliàs legitur: ὅσα ἐπροχέθην σοι, ἔχεις παρὰσδεχθεν; ἔχω. id est, quod promisi tibi, habes acceptum? Habeo.) Quo genere, ut diximus, tantum ea solvantur obligationes, quæ ex verbis consistunt, non etiam ceteræ. Consentaneum enim visum est, verbis factam obligationem, aliis posse verbis dissolvi. Sed & id, quod alia ex causa debetur, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolvi. Sicut autem, quod debetur, pro parte recte solvitur, ita in parte debiti acceptilatio fieri potest.

§. 2.

Aquiliana stipulatio

Est autem prodita stipulatio, quæ vulgo Aquiliana appellatur, per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renovat omnes obligationes, & à Gallo Aquilio ita composita est: Quicquid de mihi ex quacunq; causa dare facere oportet oportebitve, præsens in diemve, aut sub conditione: quarumcunq; rerum mihi tecum actio est, quæq; adversus te petitio, vel adversus te persecutio est eritve quodve tu meum

um habes, tenes, possides, dolove malo feciſti, qvò minus possideas: qvanti qvæq; earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius; Spopondit Numerius Nigidius Qvod Numerius Nigidius Aulo Agerio spopondit, id haberetne à se acceptum Numeius Nigidius Aulum Agerium rogavit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.

XII. Differentia de Jure Romano est inter *pactum de non petendo* & acceptilationem, qvod hæc obligationem ipso jure tollit, illud ope exceptionis, *l. 27. §. 2. π. de pact.* Sed qvum pacta nostro jure eandem vim qvàm stipulationes habeant, nulla nobis est differentia, adeoqve per apochas, & renunciationes simplices æqvè ipso jure tollitur obligatio. *V. Exerc. ad π.* XLIX, *40.* conf. *l. 95. §. 4. π. de solut.* Pactum de non pet. & stipulatio ut diff.

XIII. Compensatio etsi non omni jure tollit mutuam obligationem, tollit tamen ipso jure civili, *l. 21. π. de compens.* cui jus naturæ non adversatur, sed imò svadet velut necessarium, *l. 3. cod.* h. e. publice utile ut litium multitudo & ambages recidantur. Reqviritur verò, ut utrinqve debitum sit liqvidum, purum & præsens, *l. fi. §. C. de compens.* Liqvidum verò dicitur, qvod in continenti probari potest, h. e. ex chirographo, vel confessione debitoris judiciali, aut re judicata: non per testes aut jusCompensatio

jurandum. Locum tamen hîc habet arbitrium judicis discreti ex bono & æqvo, *Menoch. 1. Arbitr. 14.* Berlich. *1, Concl. 23.* Carpz. *1, 8, 13.* Planè sunt qvædam causæ privilegiatæ, qvæ compensationem ipso jure & regulariter non admittunt, ut fisci, alimentorum, depositi *V. infra, §. 30.* *J. de act.* & Exerc. *ad π.* XXVIII. Latius patet *Retentio* rei, cujus causâ aliqvid debetur. *l. 14. π. de tol. & met. exc. l. 14. §. 1. commun. divid. l. 48. de R. V.*

ubi non competit

Jus retentionis

§. 3.

Novatio

Præterea novatione tollitur obligatio: veluti, si id, qvod tibi Sejus debebat, à Titio dari stipulatus sis. Nam interventu novæ personæ nova nascitur obligatio, & prima tollitur, translata in posteriorem: adeo, ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis jure tollatur: veluti, si id, qvod tu Titio debes, à pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus fuerit (al. fueris. Capacius: si id qvod Titio debebat, à p. s. t. a. stip. fuerit.) qvo casu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla est.

Non idem juris est, si à servo qvis fuerit stipulatus nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. Sed si eadem persona sit, à qva qostea stipuleris, ita demum novatio fit, si qvid in posteriore stipulatione novi sit: forte si conditio, aut dies, aut fidejussor adjiciatur, aut detrahatur. Qvod autem diximus, si conditio adjiciatur, novationem fieri, sic intelligi opor-

oportet, ut ita dicamus factam novationem, si conditio extiterit: alioqui si defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidem inter veteres constabat, tunc fieri novationem, cum novanti animo in secundam obligationem itum fuerat; per hoc autem dubium erat, quando novandi animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsumtiones alii in aliis casibus introducebant: ideo nostra l. ult. C. de novat. *processit Constitutio, quæ apertissime definivit; tunc solùm novationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quòd propter novationem prioris obligationis convenerunt: alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere, ut maneat ex utraq; causa obligatio, secundum nostræ Constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.*

conf. *Exerc. ad π. IX, 22. & XXXVII. 191. & XLVIII. 34.* & Gisebert. *h. t. n. 144. & 159.*

XIV. Prior species, qvâ nova persona creditoris aut debitoris pacisentium consensu intervenit, speciatim *Delegatio* dicitur, *t. t. π. de novat. & deleg.* Gail. *2. O. 30.* cui similis est *Cessio nominis* seu juris agendi, qvia & hic novus creditor intervenit, *l. 12 π. de novat.* Sed differt, qvod invito debitore aut inscio fiat, ac novus creditor ut procurator tantum in rem suam habeatur, & actionem utilem acqvirat, & priori creditori obligatus etiam maneat debitor directâ actione, eiqve solvere possit ac liberari, *l. 3.* Delegatio Cessio

l. 3. C. de novat. Qvod tamen usu fori non obtinet, sed cessione itidem solvitur obligatio, & novus creditor solus habet jus petendi, *Gisebert. Harm. Justin. 2, 23. p. 757.* Richt. *de Privileg. Cred. 2, 5, 30. & 3, 1, 88.* Brunnem. *Consil. 95.*

Novatio

V. Exerc. *ad π.* XXX, *62. sqq.* Posterior species & qvæ proprie Novatio dicitur, qvo minus fundamentum in Jure naturæ & gentium habeat, non dubito, qvum etiam hoc jure alia obligatio aliâ sit efficacior. *V. Pufend. J. N. 5. 11. fi.*

oblatio

XV. Vim solutionis obtinet etiam oblatio sollennis, qvæ fit loco & tempore opportuno, cujus effectus est, ut si recusetur, offerens petat citari per judicem recusantem, & apud eum rem obsignatam deponat, *l. 9. C. de solut.* Richt. *Dec. 75.* V. Schulz, *libell. de hoc argumento.*

§. 4.

Contrarius consensus.

Hoc amplius, ea obligationes, qvæ consensu contrahuntur, contraria voluntate dissolvuntur. Nam si Titius & Sejus inter se consenserint, ut fundum Tusculanum emtum Sejus haberet centum aureis: deinde re nondum secuta, id est, neq; pretio soluto, neq; fundo tradito, placuerit inter eos, ut discederetur ab ea emtione & venditione: invicem liberantur. Idem est in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qvi ex consensu descendunt, sicut jam dictum est.

Perinde est, si *in integrum restitutis* his, qvæ ego tibi præstitissem, conventum, ne qvid tu mihi eo nomine præstares, *l. ab emtione. 58. π. de pact.*

XVI.

Confusio

XVI. Ob causam obligationis cessantem tollitur obligatio per *Confusionem*, qvum jus creditoris & debitoris obligatio in unam concurrunt personam, veluti alter alterius heres existit, vel utriqve tertius, *l. 95. §. 2. π. de solut. l. ult. π. de novat.* Evitatur tamen hæc confusio & jus salvum manet, qvoties cum beneficio inventarii hereditas aditur, *l. fi. §. in computat. 9. C. de jur. deliber.*

Interitus rei

XVII. Item interitu certæ rei debitæ obligatio tam præstandi solvitur, nisi culpa debitoris interiit, *l. 5. π. de Reb. cred. l. 23 de V. S. l. 91. §. 1. l. 82. §. 1. π. pe V. O.* restringitur autem hic modus ad obligationem *speciei* seu alicujus individui præstandi, & excipitur *quantitas*, cujus interitu obligatio tamen permanet, itaqve incendium ære alieno non exuit debitorem, *l. 11. C. si cert. pet.* & res vendita etiam ante traditionem est periculo emtoris, supra *§. 3. J. de emt. vend.*

FINIS LIBRI III.

LIBER IV.

TIT. I.

De Obligationibvs Qvæ Ex Delicto Nascvntvr.

Pr.

Transitio

CVm sit expositum superiore libro de obligationibus ex contractu & quasi ex contractu; sequitur, ut de obligationibus ex maleficio (& quasi ex maleficio) dispiciamus. Sed illæ qvidem (ut suo loco tradidimus) in qvatuor genera dividuntur: hæ vero unius generis sunt: nam omnes ex re nascuntur, id est, ex ipso maleficio: veluti, ex furto, rapina, damno, injuria.

lib. 3. t. 14. Fundam. obligationis ex delicto.

Ex re qvid

I. EX RE hoc est, facto læsionis, *conf. l. 4. π. de O. & A.* eoqve externo, *l. 1. §. 1 π. de furt. l. 18. π. de pœn.* Seu *damno* illato alteri sive circa bona sive corpus, animum & famam, sive committendo fiat, sive non tribuendo cuiqve suum, adeoqve omittendo aut denegando id, qvod alter alteri præstare debebat. Atqve infert lædens vel per se, vel per alios. *Grot. J. B. 2. 17, 6. seqq.* Pufend. *1, 5, 14. & 3, 1, 4, sq.* atqve vel unus vel plures, qvi singuli in solidum tenen-

Læsio, damnum

nentur, *Grot. J. B. 2, 17, 11.* in actibus individuis, *Pufend. 3, 1, 5.* sive factis inseparatis, *V. l. vulgaris, 21. §. pen. π. de furt. l. 7. fi & l. seqq. π. de jurisd.* Repetenda itaqve hæc est prima juris naturalis regula, de altero non lædendo, & de damno, qvod læsione contigit, reparando: cum aliàs vanum sit, & humanæ societati noxium, prohibere damnum, nisi restitutio simul præcipiatur; Omnis itaqve transgressio primæ hujus legis naturalis & socialis est delictum. Læditur autem vel res familiaris sive bona fortunæ: vel fama & existimatio in societate civili; vel corpus ac vita. Factum deniqve illud vel perfectum est, vel attentatum duntaxat aut cœptum, suisqve gradibus constans usqve ad gradum consummationi proximum; huc *Conatus* refertur, & delictum non consummatum; unde qvidem etiam obligatio ad resarciendum oritur, itemqve ad pœnam, sed uti damnum nondum fuit consummatum, ergo eousqve orta obligatio ad reparandum & pœnam, regulariter.

Objectum

Actus

Conatus

II. Læsio porrò fit vel ex *prohæresi* & animi destinatione *nocendi* & damni inferendi, sive aperte, ut in homicidio doloso, sive calliditate circumveniendi, *l. 2. C. de in lit. jur.* qvæ læsionis species DOLVS malus appellatur, & maleficia sive *delicta* generatim constituit. In contractibus verò & pactis dolus presse accipitur pro callidâ circumventione & vi aut metui contradistingvitur, *Vid. infr. de Except.* H. Grotius verò *J. B. 2, 17, 1.* generatim sub *culpæ* nomine &

Modus ex prohæresi nocendi

Dolus

vim & dolum, qvod culpam aliàs vocamus, comprehendit. Vel læsio fit sine animo nocendi, sed ex imprudentia, impetu, negligentia, aut væcordia, etsi prohæresis qvædam & commiseratio intempestiva & injusta subsit, ut in §. *fi. J. de L. Aquil. l. 38. §. 8. π. de adult.* Carpz. *Qv. Crim. 142, 30.* qvæ CVLPÆ nomine venit, & qvasi delicta constituit, *Vid. Exerc. ad π. 23, 52.*

Sine animo nocendi.

Culpa

Vel deniqve ex *casu fortuito*, ex qvo regulariter nulla obligatio, nullumqve delictum oritur.

Casu.

III. Effectus itaqve delicti est *obligatio* mediante lege orta. Differt enim hæc obligatio delictorum ab obligatione conventionum, qvod hæc qvidem utriusqve pacisentium voluntate & ultrò fiat, lege non prohibente: delictorum verò obligatio à lege oritur, qvæ *consensum* ex primo juris naturalis principio *præsumit* atqve supplet, *Qvod tibi vis aut non vis fieri, alteri feceris aut non feceris.* Hoc est, qvod Philosophi & JCti *conventiones* etiam *invitas* agnoscunt. *Aristot. V. Nicom. c. 2.* Dissent. Pufend. *J. N. 8, 3, 4.* Vid. Exerc. *ad π.* XXIV, *46.*

Obligationis ex delicto causa Lex

IV. Porrò obligatio ex delicto triplex esse solet, primò ex lege *suum cuique tribuendum*, obligatur delinqvens rem alteri auferens aut detinens vel alias damnum inferens, ad idem vel *tantundem restituendum:* qvod obligatio simpli dici potest, & communis delinqventi ipsi & omni detentori, sive ex *qvasi contractu* ad restituendum obligato, sive ex dominii obligatione, de qva supra, & mox §. 9. Saxones Wergeldum vocant,

Species 1. simpli restituendi

vocant, h. e. pretium rei læsa, *de qvo t. 4. §. 3.* Deinde obligatur delinqvens ex lege *de non lædendo* ad omne id qvod ex delicto eo læso abest, aut qvantum ipsius *interest* læsionem factam non fuisse, qvo & fructus percipiendi & spes lucri pertinet, *Grot. J. B 2, 17, 4. seq.* qvod vocant *Interesse privatum*, itemqve pœna, sed privato læso debita, Soxones *Emendam* Busse appellant, itaqve obligatur delinqvens sæpe in duplum, triplum, qvadruplum, prout lex civilis ad evitandas litium ambages Interesse definivit, *§. 21. J. de act.* Sed & conventione ac pacto expresso hujusmodi interesse sæpe determinatur, qvæ *pœna conventionalis* appellatur. *§. 19. J. de inutil. stip. t. t. π. de L. Commiss.* Deniqve tertiò obligatur delinqvens etiam ipsi *legi* publicæ, qvam *transgreditur*, & obsequium debitum detrectavit, & societati civili, cujus interest, ut legibus pareatur & ne membra ejus lædantur, ad *pœnam publicam*, qvæ proprie pœna dicitur, *Jure Saxonico* Wette / *Exerc. ad π.* XIX, *14. t. t. π. de pœnis*, & non tantum inter licita naturæ cum Grotio *J. B. 2, 20, 1.* referenda, sed inter præcepta. Etsi ejus determinationem Jus naturale & divinum Llatori civili relinqvat, adeoqve & *dispensationem* seu *Aggratiationem*, excepto homicidio. Prior pœna ad commutativam, posterior ad distributivam justitiam earumqve proportiones pertinet, *Manud. Phil. Mor. ad JPrud. c. 2, 28. & c. 8, 40.*

1. Emenda
2. ad interesse
dupli, tripli,
Pœna conventionalis
3. ad pœnam publicam
t. π. de pœn.

V. De-

Pœnæ definitio

V. Definit idem Grotius pœnam, *malum passionis, qvod infligitur ob malum actionis.* qvod Pufend. §, 2, 4 ita explicat: *Malum aliqvod molestum qvod per modum coactionis & pro imperio alicui in vitu antegressi delicti imponitur.* Clarius; *Passio circa bona seu rem familiarem, corpus, famam aut societatem conversationemve à Lege aut magistratu legem transgredienti imposita, ut legis contemtus vindicetur, delinqvens emendetur, & alii deterreantur à legis transgressione.* Græci objectum & læsionum seu delictorum, & pœnarum, sive satisfactionum, tribus verbis comprehendunt, ὕβρις, βλάβη, θάνατος, injuria, damnum, cædes, *Aristot. 2. Pol. 6.* Conf. *pr. J. de injur.* & Exerc. *ad π.* XIX, *38.*

Divisio

VI. Species pœnarum ex objecto aliæ sunt pecuniariæ, seu bonorum, ut mulcta, *t. t. C. de modo mulctar.* Commissum, *t. t. π. de publican.* Confiscatio, *t. t. π. & C. de bonis damnat.* Novell. *17, 12. & 134. ult.*

Infamia

Alia est, *infamia*, eaqve *juris* auctoritate sive à lege immediate, sive per judicis sententiam delicto irrogata, cujus effectus est privatio certorum jurium, à qvibus infames excluduntur, ut sunt dignitates & testimonia; qvo differt ab infamia *facti* alicujus, per se turpis & contra honestatem, sed vel à lege hâc pœnâ specialiter haud notati, vel de qvo causæ cognitio & sententia condemnatoria nondum lata est; qvæ tamen & ipsa apud graves & honestos viros jam gravat, *t. t. π. & C. de his qvi not. infam.* Qvò etiam suo modo rese-

referenda *levis notæ macula*, & *ingratitudinis* crimen *l. 27. C. de inoff. test.* ut & *nativitas* extra justum matrimonium, qvâ *degeneres* dicuntur, *l. ult. C. de natural. lib.* Accensent & sordidum vitæ genus, lictorum & carnificum, *Freher. t. 3, de infam. c. 24.* non item liberos eorum, *Carpz. decis. 112.* Vid. Ord. Polit. *Imp. 1577. t. 30, §.* neqve eum, qvi vitiatam ab alio ducit, *Carpz. 2, 6. def. 14.* nec qvi tortura indicia delicti purgavit, *l. 14. C. ex qvib. caus. infam. l. 22. π. eod. l. un. C. de reis postul.* Sed & aboleri iterum effectus infamiæ juris potest per restitutionem famæ à Principe, *t. t. π. C. de sentent. passis & restitutis.* Conf. *Exerc. ad π. X, 31.* Sicuti & aliarum pœnarum juris positivi aggratiatio atqve abolitio ex toto vel ex parte fieri potest, causa tamen cognitâ, ne delicta penitus maneant impunita. *Vid. t. π. ad SC. Tupilian. & de abolit. crimin. Et Exerc. ad π. XCIX. §. CLIV.* Restitutio famæ

VII. Circa *societatem*, in qva delinqvens versatur, diversimodè punitur, alia enim est alicujus actus prohibitio vel in totum, vel ad tempus ut *interdictio* aut *suspensio* ab advocando in aliqvo judicio: Alia est depositio dignitatis seu remotio è collegio, aut officio, vel militiâ, *l. 8. pr. π. de pœn.* Alia est exclusio ab universitate, vel simplex sine infamia, ut *Relegatio Academica*, vel famosa, ut *Relegatio forensis*, eaqve vel ex dominio tantum jurisdictionis, Gerichts-verweisung, vel ex provincia, *Exilium* Landesverweisung *l. 6. fi. π. de pœn.* Vel privativa totius

juris

juris civitatis, apud Romanos *deportatio*, apud nos *Bannum*, Acht- und Ober-Acht / Reichs-Acht / *Vid. Exerc. ad π. III, 10.* Vel denique jure Romano privativa libertatis & in servitutem pœnæ redactio.

VIII. Circa *corpus* quæ versantur dicuntur pœnæ corporis afflictivæ, ut carcer & vincula, Fustigatio, Amputatio membrorum, Ademtio vitæ, *d. l. 6. de pœn.*

Delicta vel privata vel publica

IX. Quum ut antea dictum ex delicto duplex inprimis oriatur obligatio ad interesse tum privatum, tum publicum, hinc duplex quoque oritur persecutio judicialis, aut illius duntaxat, aut etiam hujus, ex quo Romani *Judicia* ex delictis & consequenter ipsa delicta dividunt in Privata & Publica, quibus accensenda & Extraordinaria, *Vid. l. fi. π. de priv. delict. & t. t. de extraord. crim.* quæ differentia nec jure Canonico, nec moribus nostris repugnat, ut ostendi, *Exerc. ad π.* XLIX, *3.* de privatis hic tractatur, de publicis infra. Privata itetum in duas species dividuntur ex duplici illa, quam §. 4. diximus, obligatione, vel ad rei solius restitutionem, vel ad id etiam quod interest læso, sive pœna privata. Itaque vel rei tantum persecutoria est, ut condictio furtiva, vel solius pœnæ, ut furti actio, vel utriusque, quæ proin *mixta* dicitur, *Vid. §. 18. J. de act.* Deniqve in praxi utrumque persecutionem & privatam & publicam misceri aut conjungi licet, imo conducit, *Vid. l. 1. π. de priv. delict. l. fin. π. de furt. & ibi Brunem.* Carpz.

Privata judicia

triplicia.

Mixta ex publicis & privatis.

Qv.

Qv. *Crim.* 94, 63. Tabor Racemat. 1. §. 91. inprimis autem, ut factâ denunciatione criminis, *Inquisitorio processui* ex officio judicis instituto, læsus pro suo interesse *adhæreat*, ut usu fori loqvimur.

X. Inter *delicta* seu potius delictorum judicia privata Jure Rom. FVRTVM refertur, non eo sensu, qvasi Reip. nil interesset bona civium á furibus surripi, sed qvod Romani veteres plerumqve civilem tantum persecutionem & privatum judicicium exercuerint, pœnam publicam posthabuerint: at crescente crimine hoc, monet JCtus *l. fin. π. de furt.* meminisse oportebit, *nunc furti plerumqve criminaliter agi.* Est itaqve Furtum sua natura crimen etiam publicum seu qvod obligationem ad pœnam etiam publicam producit. Furtum qvat. delictũ privatum

47. π. 2.
6. C. 2.

§. 1.

Furtum est contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve: qvod Lege naturali prohibitum est admittere. §. x. 18. Definitio.

Vid. infra §. 6. h.

§. 2.

Furtum autem vel à furvo, id est, nigro, dictum est, qvod clam & obscure fiat, & plerumqve nocte: vel à fraude, vel à ferendo, id est auferendo: vel à Græco sermone, qvod Φῶρας appellant fures. Imo & Græci à ferendo Φῶρας dixerunt. Etymologia.

§. 3. Fur-

§. 3.

Divisio *Furtorum autem duo sunt genera: manifestum, & nec manifestum. Nam conceptum est oblatum, species potius actionis sunt, furto cohærentes, quam genera furtorum, sicut inferius apparebit. Manifestus fur est, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant. Nec solum is, qui in ipso furto deprehenditur: sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit: veluti, qui in domo furtum fecit, & nondum egressus januam deprehensus fuerit; & qui in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtum fecit, quamdiu in eo oliveto aut vineto deprehensus fuerit. Imò ulteriùs furtum manifestum est extendendum, quam diu eam rem fur tenens visus vel deprehensus fuerit, sive in publico, sive in privato, vel à domino, vel ab alio, antequam eo pervenerit, quo deferre vel deponere destinasset. Sed si pertulit, quo destinavit, tametsi deprehendatur cum re furtiva, non est manifestus*

Nec manifestum *fur. Nec manifestum furtum quid sit, ex iis, quæ diximus, intelligitur. Nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est.*

Conf. Constit. *Crim. Carolinam Art. LVII. seq.* Carpz. *Qv. crim. 77. seqq.*

§. 4.

Conceptum. *Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita & inventa sit. Nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti.*

Oblatum *Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo*

quo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit. Utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum, qui dedit, conciperetur. Nam tibi, apud quem concepta sit, propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati. Est etiam prohibiti furti actio, adversus eum, qui furtum quærere testibus præsentibus volentem prohibuerit. Præterea pœna constituitur Edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti, adversus eum, qui furtivam rem apud se quæsitam & inventam non exhibuit. Sed hæ actiones, scilicet concepti, & oblati, & furti prohibiti, nec non furti non exhibiti in desuetudinem abierunt. Cum enim requisitio rei furtivæ hodie secundum veterem observationem non fiat; merito ex consequentia etiam præfatæ actiones ab usu communi recesserunt: cum manifestum sit, quod omnes, qui scientes rem furtivam susceperint & celaverint, furti nec manifesti obnoxii sint.

Prohibitum furti

Non exhibitum

Requisitio rei furtivæ

Conf. *t. π. de fugitivis.*

Usu fori inquisitio in ædibus alienis locum habet indiciis judici approbatis per apparitores *Wiehh. Art. 90.* V. Besold. *Th. Pr.* Hausjuchen/ *Exerc. ad π. XXI, 18.*

§. 5.

Pœna manifesti furti, quadrupli est, tam ex servi, quam ex liberi persona, nec manifesti, dupli.

Pœna furti civilis

IX. Pœna criminalis de Jure Romano fuit extraordinaria, non autem capitalis, nisi in ag-

Criminalis

gressoribus violentis & latronibus *l. 2. π. arbor. furt. cæs. l. capitalium 28. §. 10. & 16. π. de pœn. Auth. sed novo. C. de serv. fugit.* Novell. *134. c. 13.*

Solidus

Jure Teutonico pœna capitalis suspendii est sancita, si furtum qvinqve solidos valet, sin minus fustigatio; constitutione Friderici *l. 2. F. 27.* Carol V. *Art. 159. seqq.* qvi solides interpretatur per aureos Vngaricos sive ducatus. Jus Saxon. *Prov. l. 2. Art. 13. & 39* Constit. *Elect. Sax. 4, 32.* Carpz. *Qv. Crim.* Exerc. *aa π.* XIX, *17. &* XLIX. *6. seq.* Extra Electoratum furtum viginti thaleros valens demum capitale est. Richt. *Vol. 2. conf. 356.* Ord. *Prov. Goth. 2, 4, 17.*

Heredis obligatio

Etsi verò vita furi adimitur, *heres* tamen rem aut æstimationem ex bonis furis restituere læso tenetur, ne cum damno ejus locupletetur: secus in Electoratu Saxon. *Decis. 86.* Carpz. *4, 32. def. 23.*

§. 6.

Naturæ furti extensio qvoad usum

Furtum autem fit, non solum cum qvis intercipiendi causa rem alienam amovet: sed generaliter cum qvis alienũ rem invito domino contrectat. Itaqve sive creditor pignore; sive is, apud qvem res deposita est, ea re utatur; sive is, qvi rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, qvam cujus gratia ei data est: furtum committit. veluti, si qvis argentum utendum acceperit, qvasi amicos ad cœnam invitaturus, & id peregre secum tulerit: aut, si qvis eqvum gestandi causa commodatum sibi, longius aliqvo duxerit; qvod veteres scripserunt de eo, qvi in aciem eqvum perduxisset.

Vid

Vid. *L. 16. π. de condict. furt.* Gell. *lib. VII. c. XV. & l. XI. c. 18.* Val. Max. *lib. VIII. c. 2. fi.* Forner. *Rer. Qvotid. 1. c. 23.*

§. 7.

Placuit tamen, eos, qvi rebus comodatis aliter uterentur, qvam utendas acceperint, ita furtum committere, si se intelligant id invito domino facere; eumqve, si intellexisset, non permissurum: at si permissurum credant, extra crimen videri: optima sane distinctione: qvia furtum sine affectu furandi non committatur. Limit. 1.

§. 8.

Sed & si credat aliqvis invito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volente id fiat: dicitur furtum non fieri. Unde illud qvæsitum est, cum Titius servum Mævii solicitaverit, ut qvasdam res domino surriperet, & ad eum perferret, & servus id ad Mævium pertulerit, Mævius autem dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit servo qvasdam res ad eum perferre: utrum furti, an servi corrupti judicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est & antiqvorum prudentium super hoc altercationes perspeximus, qvibusdam neqve furti, neqve servi corrupti actionem præstantibus, qvibusdam furti tantummodo; nos hujusmodi calliditati obviam euntes, per nostram decisionem sanximus, non solum furti actionem, sed & servi corrupti contra eum dari. Licet enim is servus deterior à solicitatione minime 2. Conf. l. 46. §. 7. sq. π. de furt. & l. 48. §. 2. eo. L. siqvis. 29. C. de furt.

factus est, & ideo non concurrant regulæ, qvæ servi corrupti actionem introducunt; tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, ut si ei pœnalis actio imposita sit, tanqvam si re ipsa fuisset servus corruptus; ne ex hujusmodi impunitate & in alium servum, qvi facile posset corrumpi, tale facinus à qvibusdam perpetretur.

Conf. J. Sax. *Prof. l. 3. a. 22. & ibi Gl.*

§. 9.

Furtum liberorum

Interdum etiam liberorum hominum furtum fit: veluti, si qvis liberorum nostrorum, qvi in potestate nostra sunt, subreptus fuerit.

Conf. §. 10. *J de publ. jud. l. 14. §. 15. l. 37. seq. ff. de furt.*

§. 10.

rei suæ

Aliqvando autem etiam suæ rei furtum qvis committit: veluti si debitor rem, qvam creditori pignoris causa dedit, subtraxerit.

Conf. *L. 66. ff. h. t.* P. Heig *ad §. 6. h. n. 7.*

§. 11.

Cujus ope consilio furtum fit.

Interdum qvoqve furti tenetur, qvi ipse furtum non fecit: qvalis est is, cujus ope, consilio furtum factum est. In qvo numero est, qvi tibi nummos excussit, ut alius eos raperet; aut tibi obstiterit, ut alius rem tuam acciperet; aut oves tuas, vel boves fugaverit, ut alius eas exciperet. Et hoc veteres scripserunt de eo, qvi panno rubro fugavit armentum. Sed si qvid eorum per lasciviam,

am, & non data opera ut furtum admitteretur, factum est, in factum actio dari debet. At ubi ope Mævii Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur. Ope & consilio ejus quoque furtum admitti videtur, qui scalas forte senestris supponit: aut ipsas senestras vel ostium effringit, ut alius furtum faceret: qui ve ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut senestris supponerentur, commodaverit; sciens, cujus (rei) gratiâ commodaverit. Certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum; non tenetur furti.

Consilium merum

Conf. *t. π. de receptat.* & *C. de his, qui latrones.* Const. *Caroli V. art. 177.* J. Sax. *Prov. 2, 25. & 2, 13.* Constit. *El. Sax. 4, 39. & 40.* Coler. *decis. 145.* qvia tamen res mali exempli est & species maleficii, dare *consilium* furandi, etsi furtum non subsequatur, solet carceris pœna dictari, *Wesenb. Paratit. π. de furt. n. 11.* Carpz. *Qv. Crim. 85. & 73.* Pufend. *J. N. l. 5. p. 77.* Distinguit inter consilium *generale* & *speciale*, itemque *l. 3. c. 1, 4.*

§. 12.

De his qui sunt in potestate & ope & consilio extranei

Hi, qui in parentum, vel dominorum potestate sunt, si rem eis surripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtivam causam cadit, nec ob id ab ullo usucapi potest, antequam in domini potestatem revertatur: sed furti actio non nascitur; quia nec ex alia ulla causa potest inter eos actio nasci. Si vero ope & consilio alterius furtum factum

ctum fuerit: qvia utiqve furtum committitur, convenienter ille furti tenetur: qvia verum est, ope & consilio ejus furtum factum esse.

Conf. *l. 4. π. de judiciis. Const. Elect. Saxon. 4, 38.* Pœna criminalis inter consangvineos mitigatur, *l. fi. π. de recept.* Ord. *Crim. A. 165.* Consultat. *Sax. 9, 32.* Wesenb. *Parat. π. de furt. n. 8.* Carpz. *Qv. Crim. 82, 42. & 4, 38. def. 4. seq.*

§. 13.

Actio furti cui competat.

Furti autem actio ei competit, cujus interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaqve nec domino aliter competit, qvam si ejus interfit rem non perire.

Conf. *§. fi. tit. seq. l. 2. § 22. seq. π. de vi bon. rapt. l. 10. seqq. π. de furt.*

§. 14.

Creditori cui Pignus surreptum.

Vnde constat creditorem de pignore subrepto furti actione agere posse, etiamsi idoneum debitorem habeat: qvia expedit ei pignori potius incumbere, qvam in personam agere: adeo qvidem, ut qvamvis ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.

Conf. *l. 66. π. de furtis.*

§. 15.

fulloni vel sarcinatori vel B. F. cui res surrepta

Item si Fullo polienda curandave, aut Sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa constituta acceperit, eaqve furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus, qvia domini nihil interest eam rem non perire, cum judicio locati à fullone aut

aut sarcinatore rem suam persequi possit. Sed & bonæ fidei emptori subreptam re, quam emerit, quamvis dominus non sit, omnino competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni vero & sarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quam si solvendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem solvere possint. Nam si solvendo non sint, tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit, ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest, rem salvam esse. Idem est, & si in parte solvendo fuerit fullo aut sarcinator.

Conf. l. 12. l. 48. §. si ego. l. 52. §. 10. π. h. t.

§. 16.

Quæ de fullone, & sarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat; ita is quoque, qui commodatum utendi causa accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed Nostra providentia etiam hoc in nostris decisionibus emendavit, ut in domini voluntate sit, sive commodati actionem adversus eum, qui rem commodatum accepit, movere desiderat; sive furti adversus eum, qui rem subripuit: & alterutra earum electa, dominum non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem. Sed si quidem furem elegerit, illum, qui rem utendam accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commoda-

Commodatario L. 68. π. de furt. L. ult. C. de furt.

ta conveniatur, posse adversus furem furti habere actionem, ita tamen, si dominus sciens, rem esse subreptam, adversus eum, cui res commodata fuerit, pervenit. Sin autem nescius & dubitans, rem esse subreptam, apud eum commodati actionem instituerit postea autẽ re comperta, voluerit remittere quidem commodati actionẽ, ad furti autem actionem pervenire; tunc licentia ei conceditur & adversum furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus constitutus movit adversus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem, nisi domino ab eo satisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem a domino quidem furti actione liberari: suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, adversus furem transierit, omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunque causæ exitum dominus adversus furem habuerit. Eadem definitione obtinente sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam acceperit.

§. 17.

Sed is, apud quem res deposita est, custodiam non præstat: sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit: qua de causa, si An depositario *res ei subrepta fuerit, quia restituendæ ejus rei nomine, depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem*

rem ſuam eſſe, furti agere non poteſt, ſed furti actio Domino competit.

Conf. *l. 12. pr. π. de furt. l. fi. C. eo.*

§. 18.

In ſumma ſciendum eſt, qvæſitum eſſe, an impubes remalienam amovendo furtum faciat. Et placuit, qvia furtum ex affectu furandi conſiſtit, ita demum obligari eo crimine impuberem, ſi proximus pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinqvere. An cõtra impuberem

Conf. *t. X. de delictis pueror.*

Capitalis pœna regulariter remittitur, *J. Sax. Prov. l. 2. A. 65.* Conſtit. *Crim. Carolina Art. 164.* Coler. *Dec, 162.* Teſſaur. *Deciſ. 61.*

§. 19.

Furti actio, ſive dupli, ſive qvadrupli tantum ad pœnæ perſecutionem pertinet. Nam ipſius rei perſecutionem extrinſecus habet dominus, qvam aut vindicando aut condicendo poteſt auferre: Sed rei vindicatio qvidem adverſus poſſeſſorem eſt: ſive fur ipſe poſſidet, ſive alius qvilibet: condictio autem adverſus furem ipſum heredemve ejus, licet non poſſideat, competit. Ad qvid detur.

Conf. infra *§. 18. de action.*

Re vindicata à B. F. emtore, pretium non reſtituitur, ſed tantum ſumtus neceſſarii. *l. incivilem 2. C. de furt.* Conſtit. *Crim. Art. 213.* J. Sax. *Prov. L. 2. Art. 36.* Ord. *Pol. Imp. 1548.*

& 1577. t. von Juden / Wehner *observ. verb.* Gewonheit. Etsi protestatus emtor fuerit, *Moller 3. Sem. 10.* V. Exerc. *ad π.* XVI. *62.* Qui sciens rem furtivam emit, arbitrarie, fustigatione etiam vel relegatione punitur. *Marth. de Afflict. Decis. 369, 4. & ibi Cæs. Vrsill.* Carpz *Q. Crim. 73, 45.*

Administratores tabellarii auri. gæ

XII. Administratores pecuniæ publicæ, aurigæ, tabellarii, furti tenentur pecuniam concreditam in suos usus convertentes *l. si is cui C. de furt. l. si quis uxori 52. §. Julianus 6. π. eo.* Ord. Pol. Imp. 1577. t. von Schiff- und Fahrleuten. Const. *Crim. Art. 170.* Const. *El. S. 4. 41. & ibi Moller & Carpz.* Coler. Dec. 207. Pingiz. *q. 47.*

27. π. 8. C. 33. 5. X. 17.

TIT. II.

DE VI BONORVM RAPTORVM.

Origo hujus actionis.

QVi vi res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem invito domino contrectat, quam qui vi rapit? ideoq; recte dictum est, eum improbum furem esse) sed tamen propriam actionem ejus delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur Vi bonorum raptorum: & est intra annum, quadrupli: post annum, simpli. Quæ actio utilis est, etiam si quis unam rem, licet minimam, rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est, sicut in actione furti manifesti diximus; sed in quadruplo inest & rei

ad quid detur.

rei persecutio: ut pœna tripli sit, sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non. Ridiculum enim esset levioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet.

§. 1.

Ita tamen competit hæc actio si dolo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem suam esse existimans & imprudens juris, eo animo rapuerit, quasi domino liceat etiam per vim rem suam auferre à possessoribus; absolvi debet. Cui scilicet conveniens est, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inveniatur via, per quam raptores impune suam exerceant avaritiam, melius Divalibus Constitutionibus pro hac parte prospectum est, ut nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel se moventem, licet suam eandem rem existimet. Sed, si quis contra Statuta Principum fecerit, rei qui dem suæ dominio cadere: sin autem alienare sit; post restitutionem ejus etiam æstimationem ejusdem rei præstare. Quod non solum in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, Constitutiones obtinere censuerunt; sed etiam in invasionibus, quæ circa res soli fiunt: ut ex hac causa ab omni rapina homines abstineant.

contra quos L. 2. §. 18. π. h. t. L. 21. §. 3. π. de furt.

L. 13. π. quod met cau. L. 7. & 10. C. unde rei §. 6. J. de interdict.

V. Exerc. ad π. XI. 12.

§. 2.

Sanè in hac actione non utiq; expectatur, rem in bonis actoris esse. Nam sive in bonis sit, sive non: si ta-

Quibus

gressoribus violentis & latronibus *l. 2. π. arbor. furt. cæs. l. capitalium 28. §. 10. & 16. π. de pœn. Auth. sed novo. C. de serv. fugit.* Novell. *134. c. 13.* Jure Teutonico pœna capitalis suspendii est sancita, si furtum qvinqve solidos valet, sin minus fustigatio; constitutione Friderici *l. 2. F. 27.* Carol V. *Art. 159. seqq.* qvi solides interpretatur per aureos Vngaricos sive ducatus. Jus Saxon. *Prov. l. 2. Art. 13. & 39* Constit. *Elect. Sax. 4, 32.* Carpz. *Qv. Crim.* Exerc. *4a π.* XIX, *17. &* XLIX. *6. seq.* Extra Electoratum furtum viginti thaleros valens demum capitale est. Richt. *Vol. 2. conf. 356.* Ord. *Prov. Goth. 2, 4, 17.* Etsi verò vita furi adimitur, *heres* tamen rem aut æstimationem ex bonis furis restituere læso tenetur, ne cum damno ejus locupletetur: secus in Electoratu Saxon. *Decis. 86.* Carpz. *4, 32. def. 23.*

Solidus

Heredis obligatio

§. 6.

Naturæ furti extensio

qvoad usum

Furtum autem fit, non solum cum qvis intercipiendi causa rem alienam amovet: sed generaliter cum qvis alienã rem invito domino contrectat. Itaqve sive creditor pignore; sive is, apud qvem res deposita est, ea re utatur; sive is, qvi rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, qvam cujus gratia ei data est: furtum committit. veluti, si qvis argentum utendum acceperit, qvasi amicos ad cœnam invitaturus, & id peregre secum tulerit: aut, si qvis equum gestandi causa commodatum sibi, longius aliqvo duxerit; qvod veteres scripserunt de eo, qvi in aciem equum perduxisset.

Vid

Vid. *L. 16. π. de condict. furt.* Gell. *lib. VII. c. XV. & l. XI. c. 18.* Val. Max. *lib.* VIII. *c. 2. fi.* Forner. *Rer. Quotid. 1. c. 23.*

§. 7.

Placuit tamen, eos, qvi rebus comodatis aliter uterentur, qvam utendas acceperint, ita furtum committere, si se intelligant id invito domino facere; eumqve, si intellexisset, non permissurum: at si permissurum credant, extra crimen videri: optima sane distinctione: qvia furtum sine affectu furandi non committatur. Limit. 1.

§. 8.

Sed & si credat aliqvis invito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volente id fiat: dicitur furtum non fieri. Vnde illud qvæsitum est, cum Titius servum Mævii solicitaverit, ut qvasdam res domino surriperet, & ad eum perferret, & servus id ad Mævium pertulerit, Mævius autem dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit servo qvasdam res ad eum perferre: utrum furti, an servi corrupti judicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est & antiqvorum prudentium super hoc altercationes perspeximus, qvibusdam neqve furti, neqve servi corrupti actionem præstantibus, qvibusdam furti tantummodo; nos hujusmodi calliditati obviam euntes, per nostram decisionem sanximus, non solum furti actionem, sed & servi corrupti contra eum dari. Licet enim is servus deterior à solicitatione minime 2. Conf. l. 46. §. 7. sq. π. de furt. & l. 48. §. 2. eo. L. siqvis. 29. C. de furt.

factus est, & ideo non concurrant regulæ, qvæ servi corrupti actionem introducunt; tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, ut si ei pœnalis actio imposita sit, tanqvam si ipse fuisset servus corruptus; ne ex hujusmodi impunitate & in alium servum, qvi facile posset corrumpi, tale facinus à qvibusdam perpetretur.

Conf. J. Sax. *Prob. l. 3. a. 22. & ibi Gl.*

§. 9.

Furtum liberorum

Interdum etiam liberorum hominum furtum fit: veluti, si qvis liberorum nostrorum, qvi in potestate nostra sunt, subreptus fuerit.

Conf. §. 10. 7 *de publ. jud. l. 14. §. 13. l. 37. seq. ff. de furt.*

§. 10.

rei suæ

Aliqvando autem etiam suæ rei furtum qvis committit: veluti si debitor rem, qvam creditori pignoris causa dedit, subtraxerit.

Conf. *L. 66. ff. h. t.* P. Heig *ad §. 6. h. n. 7.*

§. 11.

Cujus ope consilio furtum fit.

Interdum qvoqve furti tenetur, qvi ipse furtum non fecit: qvalis est is, cujus ope, consilio furtum factum est. In qvo numero est, qvi tibi nummos excussit, ut alius eos raperet; aut tibi obstiterit, ut alius rem tuam acciperet; aut oves tuas, vel boves fugaverit, ut alius eas exciperet. Et hoc veteres scripserunt de eo, qvi panno rubro fugavit armentum. Sed si qvid eorum per lasciviam

am, & non data opera ut furtum admitteretur, factum est, in factum actio dari debet. At ubi ope Mœvii Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur. Ope & consilio ejus qvoqve furtum admitti videtur, qvi scalas forte fenestris supponit: aut ipsas fenestras vel ostium effringit, ut alius furtum faceret: qvive ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut fenestris supponerentur, commodaverit; sciens, cujus (rei) gratiâ commodaverit. Certe qvi nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, atqve hortatus est ad furtum faciendum; non tenetur furti.

Consilium merum

Conf. *t. π. de receptat.* & *C. de his, qvi latrones.* Const. *Caroli V. art. 177.* J. Sax. *Prov. 2, 25. & 2, 13.* Constit. *El. Sax. 4, 39. & 40.* Coler. *decis. 145.* qvia tamen res mali exempli est & species maleficii, dare *consilium* furandi, etsi furtum non subseqvatur, solet carceris pœna dictari, *Wesenb. Paratit. π. de furt. n. 11.* Carpz. *Qv. Crim. 85. & 73.* Pufend. *J. N. l. 5. p. 77.* Distingvit inter consilium *generale* & *speciale, itemqve l. 3. c. 1, 4.*

§. 12.

De his qvi sunt in potestate & ope & consilio extranei

Hi, qvi in parentum, vel dominorum potestate sunt, si rem eis surripiunt, furtum qvidem faciunt, & res in furtivam causam cadit, nec ob id ab ullo usucapi potest, antequam in domini potestatem revertatur: sed furti actio non nascitur; qvia nec ex alia ulla causa potest inter eos actio nasci. Si vero ope & consilio alterius furtum fa-

ctum fuerit: qvia utiqve furtum committitur, convenienter ille furti tenetur: qvia verum est, ope & consilio ejus furtum factum esse.

Conf. *l. 4. π. de judiciis. Const. Elect. Saxon. 4, 38.* Pœna criminalis inter consangvineos mitigatur, *l. fi. π. de recept.* Ord. *Crim. A. 165.* Consultat. *Sax. 9, 32.* Wesenb. *Parat. π. de furt. n. 8.* Carpz. *Qv. Crim. 82, 42. & 4, 38. def. 4. seq.*

§. 13.

Actio furti cui competat.

Furti autem actio ei competit, cujus interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaqve nec domino aliter competit, qvam si ejus interfit rem non perire.

Conf. *§. fi. tit. seq. l. 2. § 22. seq. π. de vi bon. rapt. l. 10. seqq. π. de furt.*

§. 14.

Creditori cui Pignus surreptum.

Unde constat creditorem de pignore subrepto furti actione agere posse, etiamsi idoneum debitorem habeat: qvia expedit ei pignori potius incumbere, qvam in personam agere: adeo qvidem, ut qvamvis ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.

Conf. *l. 66. π. de furtis.*

§. 15.

fulloni vel sarcinatori vel B. F. cui res surrepta

Item si Fullo polienda curandave, aut Sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa constituta acceperit, eaqve furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus, qvia domini nihil interest eam rem non perire, cum judicio locati à fullone aut

aut ſarcinatore rem ſuam perſequi poſſit. Sed & bonæ fidei emptori ſubreptam re, quam emerit, quamvis dominus non ſit, omnino competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni vero & ſarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quam ſi ſolvendo fuerint: hoc eſt, ſi domino rei eſtimationem ſolvere poſſint. Nam ſi ſolvendo non ſint, tunc quia ab eis ſuum dominus conſequi non poſſit, ipſi domino furti competit actio: quia hoc caſu ipſius intereſt, rem ſalvam eſſe. Idem eſt, & ſi in parte ſolvendo fuerit fullo aut ſarcinator.

Conf. l. 12. l. 48. §. ſi ego. l. 52. §. 19. π. h. t.

§. 16.

Quæ de fullone, & ſarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui commodata res eſt, transferenda veteres exiſtimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, cuſtodiam præſtat; ita is quoque, qui commodatum utendi cauſa accepit, ſimiliter neceſſe habet cuſtodiam præſtare. Sed Noſtra providentia etiam hoc in noſtris deciſionibus emendavit, ut in domini voluntate ſit, ſive commodati actionem adverſus eum, qui rem commodatum accepit, movere deſiderat; ſive furti adverſus eum, qui rem ſubripuit: & alterutra earum electa, dominum non poſſe expœnitentia ad alteram venire actionem. Sed ſi quidem furem elegerit, illum, qui rem utendam accepit, ipſi quidem nullo modo competere poſſe adverſus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commoda-

Commodatario

L. 68. π. de furt.

L. ult. C. de furt.

ta conveniitur, posse adversus furem furti habere actionem, ita tamen, si dominus sciens, rem esse subreptam, adversus eum, cui res commodata fuerit, pervenit. Sin autem nescius & dubitans, rem esse subreptam, apud eum commodati actionem instituerit postea autẽ re comperta, voluerit remittere quidem commodati actionẽ, ad furti autem actionem pervenire; tunc licentia ei conceditur & adversum furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus constitutus movit adversus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem, nisi domino ab eo satisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem a domino quidem furti actione liberari: supposititum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, adversus furem transierit, omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunque causa exitum dominus adversus furem habuerit. Eadem definitione obtinente sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam acceperit.

§. 17.

An depositario

Sed is, apud quem res deposita est, custodiam non praestat: sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit: qua de causa, si res ei subrepta fuerit, quia restituendæ ejus rei nomine, depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem

rem suam esse, furti agere non potest, sed furti actio Domino competit.

Conf. l. 12. pr. π. de furt. l. fi. C. eo.

§. 18.

In summa sciendum est, quæsitum esse, an impubes remalienam amovendo furtum faciat. Et placuit, quia furtum ex affectu furandi consistit, ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere. An cõtra impuberem

Conf. t. X. de delictis pueror.

Capitalis pœna regulariter remittitur, J. Sax. *Prov. l.* 2. *A.* 65. Constit. *Crim. Carolina Art.* 164. Coler. *Dec*, 162. Tessaur. *Decis.* 61.

§. 19.

Furti actio, sive dupli, sive quadrupli tantum ad pœnæ persecutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando aut condicendo potest auferre: Sed rei vindicatio quidem adversus possessorem est: sive fur ipse possidet, sive alius quilibet: condictio autem adversus furem ipsum heredemve ejus, licet non possideat, competit. Ad quid detur.

Conf. infra §. 18. de action.

Re vindicata à B. F. emtore, pretium non restituitur, sed tantum sumtus necessarii. *l. incivilem* 2. *C. de furt.* Constit. *Crim. Art.* 213. J. Sax. *Prov. L.* 2. *Art.* 36. Ord. *Pol. Imp.* 1548. & 1577.

& 1577. t. von Juden / Wehner *observ. verb.* Gewonheit. Etsi protestatus emtor fuerit, *Moller 3. Sem. 10.* V. Exerc. *ad π.* XVI. 62. Qui sciens rem furtivam emit, arbitrarie, fustigatione etiam vel relegatione punitur. *Matth. de Afflict. Decis. 369, 4. & ibi Cas. Vrsill.* Carpz *Q. Crim. 73, 45.*

Administratores tabellarii auri. gæ

XII. Administratores pecuniæ publicæ, aurigæ, tabellarii, furti tenentur pecuniam concreditam in suos usus convertentes *l. si is cui C. de furt. l. si quis uxori 52. §. Julianus 6. π. eo.* Ord. Pol. Imp. 1577. t. von Schiff- und Fuhrleuten. Const. *Crim. Art. 170.* Const. *El. S. 4. 41. & ibi Moller & Carpz.* Coler. Dec. 207. Pingiz. *q. 47.*

TIT. II.

27. π. 8. 9. C. 33. 5. X. 17.

DE VI BONORVM RAPTORVM.

Origo hujus actionis.

QVi vi res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem invito domino contrectat, quam qui vi rapit? ideoq; recte dictum est, eum improbum furem esse) sed tamen propriam actionem ejus delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur Vi bonorum raptorum: & est intra annum, quadrupli: post annum, simpli. Quæ actio utilis est, etiam si quis unam rem, licet minimam, rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est, sicut in actione furti manifesti diximus; sed in quadruplo inest & rei

ad quid detur.

rei persecutio: ut pœna tripli sit, sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non. Ridiculum enim esset levioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet.

§. 1.

Ita tamen competit hæc actio si dolo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem suam esse existimans & imprudens juris, eo animo rapuerit, quasi domino liceat etiam per vim rem suam auferre à possessoribus; absolvi debet. Cui scilicet conveniens est, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inveniatur via, per quam raptores impune suam exerceant avaritiam, melius Divalibus Constitutionibus pro hâc parte prospectum est, ut nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel se moventem, licet suam eandem rem existimet. Sed, si quis contra Statuta Principum fecerit, rei quidem suæ dominio cadere: sin autem alienare sit; post restitutionem ejus etiam æstimationem ejusdem rei præstare. Quod non solum in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, Constitutiones obtinere censuerunt; sed etiam in invasionibus, quæ circa res soli fiunt: ut ex hac causa ab omni rapina homines abstineant.

contra quos L. 2. §. 18. ff. h. t. L. 21. §. 3. ff. de furt. L. 13. ff. quod met cau. L. 7. & 10. C. unde rei §. 6. J. de interdict.

V. Exerc. ad ff. XI, 12.

§. 2.

Sanè in hac actione non utiq; expectatur, rem in bonis actoris esse. Nam sive in bonis sit, sive non: si ta-

Quibus

sit tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare sive locata, sive commodata, sive etiam pignorata: sive deposita sit res apud Titium, sic, ut interfit ejus, eam rem per vim non auferri (veluti, si in deposita re culpam quoque promisit,) sive bona fide possideat, sive usumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud juris, ut interfit ejus non rapi: dicendum est, ei competere hanc actionem, non ut dominium accipiat; sed illud solum, quod ex bonis ejus, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia ejus ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex iisdem causis omnes habere hanc actionem.

Vocatur hoc delictum communiter *Rapina*, itemque *Robbaria*. Referunt huc & *Ord. Camere A. 1521. t.* wie es in Irrung der *Possession*. Potuit & *criminaliter* agi, *l. capitalium 28. §. grassatores 10. & 15. π. de pœn.* & hodie solet, ad pœnam capitalem pro cujusque provinciæ consuetudine, *Const. Crim. 126.* J. Sax. *Prov. 2. A. 13. & 3 43. & 77.* Coler. *dec. 128. & 155. V. Exercit. ad π.* XLIX. *23.*

TIT. III.

9. π. 2. sq. 3. C. 35.

DE LEGE AQVILIA.

I.

Damnorum species

TErtia species delicti privati est damnum, qvod in universum vel *bonis* ac fortunis infertur

fertur alienis, ſine dolo & culpa homini, vel famæ ac dignitati, idqve dolo, vel bonis aut corpori, ex culpa vel dolo. Prior ſpecies vocatur *pauperies*, & actio de pauperie, de qva infra *tit.* IX. Damnum dolo famæ datum dicitur *Injuria*, de qva *tit. ſeq.* Hîc de poſteriore ſpecie, qva culpa potisſimum damnum alteri infertur, qvæ qvidem à Romanis appellatur *damnum injuria datum*, ſed accipiunt vocem *Injuriæ* potisſimum pro *culpa:* qvanqvam & dolus culpam continet, adeoqve qvi dolo damnum rebus alienis intulit etiam ex culpa tenetur, & liberum eſt actori ſe liberare à probatione doli & ex culpa tantum obligationem urgere, atqve hanc actionem inde inſtituere, *§. 3. h. t.* qvo reſpectu etiam ad qvaſi delicta hæc actio referri poteſt.

II. Oritur itaqve ex damno *culpâ* dato obligatio, eaqve duplex, primo ad *reſarciendum* tantumdem, qvantum ex ſubſtantiâ læſi abeſt, deinde ad patiendam *pœnam* ſeu emendationem, qvâ deinceps lædens excitetur ad debitam factis ſuis diligentiam adhibendam, ne alteri damno ſint. Hæc naturalis obligatio à Legislatione Romana vim civilem non ſimul obtinuit, ſed Lex XII. Tabularum ſimplicem damni æſtimationem ſecundum tempus læſionis reſtitui juſſit. Lex Aqvilia verò ſeu Plebiſcitum à P. Aqvilio Gallo Tribuno plebis latum in primo capite *ſervi* aut *pecudis* læſæ occiſæve majorem æſtimationem introduxit, *qvanti pluri-*

obligatio duplex J. N.

J. Civ.

L. Aqviliæ

mi

§. 5.

putatoris

Item si putator ex arbore dejecto ramo servum tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam, aut vicinalem id factum est, neque proclamavit, ut casus evitari posset, culpæ reus est; sed si proclamavit, nec ille curavit præcavere, extra culpam est putator. Æque extra culpam esse intelligitur, si seorsim à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licet non proclamavit: quia in eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi.

Conf. *L. 31. π. h. t.*

§ 6.

Medic

Præterea si medicus, qui servum tuum secuit, dereliquerit curationem ejus; & ob id mortuus fuerit servus, culpæ reus erit.

Conf. *L. 8. π. h.*

§. 7.

Imperitia qvid

Imperitia quoq; culpæ adnumeratur; veluti, si medicus ideo servum tuum occiderit, quia male eum secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

Conf. *l. 27. §. 29. π. h. t.*

§. 8.

mulionis Equitantis, Aurigæ

Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, si servus tuus oppressus fuerit culpæ reus est mulio. Sed & si propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior eas retinere potuisset, æque culpæ tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cum equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmita-

mitatem, aut propter imperitiam ſuam retinere non potuerit.

Conf. *l. 8. §. 1. π. h. t.*

§. 9.

His autem verbis Legis, qvanti id eo in anno plurimi fuerit illa ſententia exprimitur, ut ſi qvis hominem tuum, qvi hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit, occiderit, qvi in eo anno integer aut pretioſus fuerit, non tanti teneatur, qvanti hodie erit, ſed qvanti in eo anno plurimi fuerit. Qva ratione creditum eſt, pœnalem eſſe hujus legis actionem: qvia non ſolum tanti qvisq; obligatur, qvantum damni dederit, ſed aliqvando longè pluris. Ideoq; conſtat, in heredem eam actionem non tranſire: qva tranſitura fuiſſet, ſi ultra damnum nunqvam iis æſtimaretur. Æſtimatio damni qvoad pretium rei

Conf. *L. 21. L. 23. π. h. t. Exerc. ad π. 19. 47.*

III. Qvod mox extenſum ad omne intereſſe ſeu lucrum interceptum per iſtam damni illationem, qvoad intereſſe

§. 10.

Illud non ex verbis Legis, ſed ex interpretatione placuit, non ſolum perempti corporis æſtimationem habendam eſſe ſecundum ea, qva diximus: ſed eo amplius, qvicqvid praterea, perempto eo corpore damni nobis illatum fuerit: veluti ſi ſervum tuum heredem ab aliqvo inſtitutum ante qvis occiderit, qvam is juſſu tuo hereditatem adierit. Nam hereditatis qvoqve amiſſa rationem eſſe habendam conſtat. Item, ſi ex pari mularum unam, vel ex qvadrigis eqvorum unum qvis occide-

ctum fuerit: qvia utiqve furtum committitur, convenienter ille furti tenetur: qvia verum est, ope & consilio ejus furtum factum esse.

Conf. *l. 4. π. de judiciis. Const. Elect. Saxon. 4, 38.* Pœna criminalis inter consangvineos mitigatur, *l. fi. π. de recept.* Ord. *Crim. A. 165.* Consultat. *Sax. 9, 32.* Wesenb. *Parat. π. de furt. n. 8.* Carpz. *Qv. Crim. 82, 42. & 43, 38. def. 4. seq.*

§. 13.

Actio furti cui competat.

Furti autem actio ei competit, cujus interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaqve nec domino aliter competit, qvam si ejus interfit rem non perire.

Conf. *§. fi. tit. seq. l. 2. § 22. seq. π. de bi bon. rapt. l. 10. seqq. π. de furt.*

§. 14.

Creditori cui Pignus surreptum.

Vnde constat creditorem de pignore subrepto furti actione agere posse, etiamsi idoneum debitorem habeat: qvia expedit ei pignori potius incumbere, qvam in personam agere: adeo qvidem, ut qvamvis ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.

Conf. *l. 66. π. de furtis.*

§. 15.

fulloni vel sarcinatori vel B. F. P. cui res surrepta

Item si Fullo polienda curandave, aut Sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa constituta acceperit, eaqve furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus, qvia domini nihil interest eam rem non perire, cum judicio locati à fullone aut

aut sarcinatore rem suam persequi possit. Sed & bonæ fidei emptori subreptæ rei, quam emerit, quamvis dominus non sit, omnino competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni vero & sarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quam si solvendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem solvere possint. Nam si solvendo non sint, tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit, ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest, rem salvam esse. Idem est, & si in parte solvendo fuerit fullo aut sarcinator.

Conf. l. 12. l. 48. §. si ego. l. 52. §. 19. ff. h. t.

§. 16.

Quæ de fullone, & sarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat; ita is quoque, qui commodatum utendi causa accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed Nostra providentia etiam hoc in nostris decisionibus emendavit, ut in domini voluntate sit, sive commodati actionem adversus eum, qui rem commodatum accepit, movere desiderat; sive furti adversus eum, qui rem subripuit: & alterutra earum electa, dominum non posse expœnitentia ad alteram venire actionem. Sed si quidem furem elegerit, illum, qui rem utendam accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commoda-

Commodatario

L. 68. ff. de furt.

L. ult. C. de furt.

ta conveniitur, posse adversus furem furti habere actionem, ita tamen, si dominus sciens, rem esse subreptam, adversus eum, cui res commodata fuerit, pervenit. Sin autem nescius & dubitans, rem esse subreptam, apud eum commodati actionem instituerit postea aute̅ re comperta, voluerit remittere quidem commodati actio̅e, ad furti autem actionem pervenire; tunc licentia ei conceditur & adversum furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus constitutus movit adversus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem, nisi domino ab eo satisfactum fuerit; tunc etenim omnino furem a domino quidem furti actione liberari: suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit; cum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, adversus furem transierit, omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunque causa exitum dominus adversus furem habuerit. Eadem definitione obtinente sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam acceperit.

§. 17.

An depositario

Sed is, apud quem res deposita est, custodiam non praestat: sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit: qua de causa, si res ei subrepta fuerit, quia restituendæ ejus rei nomine, depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem

rem salvam esse, furti agere non potest, sed furti actio Domino competit.

Conf. *l. 12. pr. ff. de furt. l. fi. C. eo.*

§. 18.

In summa sciendum est, quæsitum esse, an impubes remalienam amovendo furtum faciat. Et placuit, quia furtum ex affectu furandi consistit, ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere. An cõtra impuberem

Conf. *t. X. de delictis pueror.*

Capitalis pœna regulariter remittitur, *J. Sax. Prov. l. 2. A. 65.* Constit. *Crim. Carolina Art. 164.* Coler. *Dec, 162.* Tessaur. *Decis. 61.*

§. 19.

Furti actio, sive dupli, sive quadrupli tantum ad pœnæ persecutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando aut condicendo potest auferre: Sed rei vindicatio quidem adversus possessorem est: sive fur ipse possidet, sive alius quilibet: condictio autem adversus furem ipsum heredemve ejus, licet non possideat, competit. Ad quid detur.

Conf. infra *§. 18. de action.*

Re vindicata à B. F. emtore, pretium non restituitur, sed tantum sumtus necessarii. *l. incivilem 2. C. de furt.* Constit. *Crim. Art. 213.* J. Sax. *Prov. L. 2. Art. 36.* Ord. *Pol. Imp. 1548.*

& 1577. t. von Juden / Wehner *observ. verb.* Gewonheit. Etsi protestatus emtor fuerit, *Moller 3. Sem. 10.* V. Exerc. *ad π.* XVI. *62.* Qui sciens rem furtivam emit, arbitrarie, fustigatione etiam vel relegatione punitur. *Matth. de Afflict. Decis. 369, 4. & ibi Cæs. Vrsill.* Carpz *Q. Crim. 73, 45.*

Administratores tabellarii aurigæ

XII. Administratores pecuniæ publicæ, aurigæ, tabellarii, furti tenentur pecuniam concreditam in suos usus convertentes *l. si is cui C. de furt. l. si qvis uxori 52. §. Julianus 6. π. eo.* Ord. Pol. Imp. 1577. t. von Schiff- und Fahrleuten. Const. *Crim. Art. 170.* Const. *El. S. 4. 41. & ibi Moller & Carpz.* Coler. Dec. 207. Pingiz. *q. 47.*

TIT. II.

27. π. 8. 9. C. 33. 5. X. 17.

DE VI BONORVM RAPTORVM.

Origo hujus actionis.

QVi vi res alienas rapit, tenetur qvidem etiam furti (qvis enim magis alienam rem invito domino contrectat, qvam qvi vi rapit? idvoq; rectè dictum est, eum improbum furem esse) sed tamen propriam actionem ejus delicti nomine Prætor introduxit, qvæ appellatur Vi bonorum raptorum: & est intra annum, qvadrupli: post annum, simpli. Qvæ actio utilis est, etiam si qvis unam rem, licet minimam, rapuerit. Qvadruplum autem non totum pœna est, sicut in actione furti manifesti diximus; sed in qvadruplo inest & rei

ad qvid detur.

rei perſecutio: ut pœna tripli ſit, ſive comprehendatur raptor in ipſo delicto, ſive non. Ridiculum enim eſſet levioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet.

§. 1.

Ita tamen competit hæc actio ſi dolo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem ſuam eſſe exiſtimans & imprudens juris, eo animo rapuerit, quaſi domino liceat etiam per vim rem ſuam auferre à poſſeſſoribus; abſolvi debet. Cui ſcilicet conveniens eſt, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inveniatur via, per quam raptores impune ſuam exerceant avaritiam, melius Divalibus Conſtitutionibus pro hac parte proſpectum eſt, ut nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel ſe moventem, licet ſuam eandem rem exiſtimet. Sed, ſi quis contra Statuta Principum fecerit, rei quidem ſuæ dominio cadere: ſin autem alienare ſit; poſt reſtitutionem ejus etiam æſtimationem ejusdem rei præſtare. Quod non ſolum in mobilibus rebus, quæ rapi poſſunt, Conſtitutiones obtinere conſuerunt; ſed etiam in invaſionibus, quæ circa res ſoli fiunt: ut ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineant.

contra quos L. 2. §. 18. π. h. t. L. 21. §. 3. π. de furt.

L. 13. π. quod met cau. L. 7. & 10. C. unde rei §. 6. J. de interdict.

V. Exerc. ad π. XI. 12.

§. 2.

Sanè in hac actione non utiq; expectatur, rem in bonis actoris eſſe. Nam ſive in bonis ſit, ſive non: ſi ta-

Quibus

sit amen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare sive locata, sive commodata, sive etiam pignorata: sive deposita sit res apud Titium, sic, ut interesse ejus, eam rem per vim non auferri (veluti, si in deposita re culpam quoque promisit,) sive bonæ fidei possideat, sive usumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud juris, ut interesse ejus non rapi: dicendum est, ei competere hanc actionem, non ut dominium accipiat; sed illud solum, quod ex bonis ejus, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia ejus ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex iisdem causis omnes habere hanc actionem.

Vocatur hoc delictum communiter *Rapina*, itemque *Roubaria*. Referunt huc & *Ord. Cameræ A. 1521. t.* wie es in Irrung der *Possessi-on.* Potuit & *criminaliter* agi, *l. capitalium 28. §. grassatores 10. & 15. π. de pœn.* & hodie solet, ad pœnam capitalem pro cujusque provinciæ consuetudine, *Const. Crim. 126.* J. Sax. *Prov. 2. A. 13. & 3 43. & 77.* Coler. *dec. 128. & 155. V. Exercit. ad π.* XLIX. *23.*

TIT. III.

9. π. 2. sq. 3. C. 35.

DE LEGE AQVILIA.

I.

Damnorum species

TErtia species delicti privati est damnum, quod in universum vel *bonis* ac fortunis infertur

fertur alienis, ſine dolo & culpa homini, vel famæ ac dignitati, idqve dolo, vel bonis aut corpori, ex culpa vel dolo. Prior ſpecies vocatur *pauperies*, & actio de pauperie, de qva infra *tit.* IX. Damnum dolo famæ datum dicitur *Injuria*, de qva *tit. ſeq.* Hîc de poſteriore ſpecie, qva culpa potiſſimum damnum alteri infertur, qvæ qvidem à Romanis appellatur *damnum injuria datum*, ſed accipiunt vocem *Injuriæ* potiſſimum pro *culpa:* qvanqvam & dolus culpam continet, adeoqve qvi dolo damnum rebus alienis intulit etiam ex culpa tenetur, & liberum eſt actori ſe liberare à probatione doli & ex culpa tantum obligationem urgere, atqve hanc actionem inde inſtituere, *§. 3. h. t.* qvo reſpectu etiam ad qvaſi delicta hæc actio referri poteſt.

II. Oritur itaqve ex damno *culpâ* dato obligatio, eaqve duplex, primo ad *reſarciendum* tantumdem, qvantum ex ſubſtantiâ læſi abeſt, deinde ad patiendam *pœnam* ſeu emendationem, qvâ deinceps lædens excitetur ad debitam factis ſuis diligentiam adhibendam, ne alteri damno ſint. Hæc naturalis obligatio à Legislatione Romana vim civilem non ſimul obtinuit, ſed Lex XII. Tabularum ſimplicem damni æſtimationem ſecundum tempus læſionis reſtitui juſſit. Lex Aqvilia verò ſeu Plebiſcitum à P. Aqvilio Gallo Tribuno plebis latum in primo capite *ſervi* aut *pecudis* læſæ occiſæve majorem æſtimationem introduxit, *qvanti plurimi*

obligatio duplex J. N.

J. Civ.

L. Aqviliæ

mi

mi in eo anno retro computato pretium fuerit; qvo ipso & pœna continetur, *l. 2. §. 2. π. ad L. Aqvil. l. 50. π. pro socio.* atqve directa actio ex L. Aqvilia dicitur.

Pr.

I. caput. *Damni injuriæ actio constituitur per Legem Aqviliam. Cujus primo capite cautum est: ut, si qvis alienum hominem, alienamve qvadrupedem, qvæ pecudum numero sit, injuria occiderit, qvanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.*

Conf. *L. 1. π. h. t.*

§. 1.

de qvadrupede non omni *Qvod autem non præcise de qvadrupede, sed de ea tantum, qvæ pecudum numero est, cavetur, eò pertinet, ut neqve de feris bestiis, neqve de canibus cautum esse intelligamus: sed de iis tantum, qvæ gregatim proprie pasci dicuntur, qvales sunt equi, muli, asini, oves, boves, capræ. De suibus qvoqve idem placuit. Nam & sues pecudum appellatione continentur: qvia & hi (gregatim)* Lib. XIII *pascuntur. Sic denique & Homerus in Odyssea ait (sicut Ælius Marcianus in suis Institutionibus refert.)*

Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον, οἱ δὲ νέμονται
Παρ' χόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

hoc

hoc eſt.

Sectantem videns, qui errant per paſcua porcos,
Ad Coracis ſaxum juxta fontemque Arethuſam.

Conf. *L. legatis. 65. §. 4. ff. de legat. 3.* & ad eam Alciat. *Lib. 2. Prætermiſſ.*

§. 2.

Injuria autem occidere intelligitur, qui nullo jure occidit. Itaq; qui latronem occiderit, non tenetur, utiq; ſi aliter periculum effugere non poteſt. Injuria qvid

V. *l. 5. §. 1. ff. h. t.*

§. 3.

Ac ne is qvidem hâc Lege tenetur, qui caſu occidit: ſi modo culpæ ejus nulla inveniatur. Nam alioqui non minus ex dolo, qvam ex culpa qvisque hac Lege tenetur. & culpam continet

§. 4.

Itaq; ſi qvis, dum jaculis ludit, vel exercitatur, tranſeuntem ſervum tuum trajecerit, diſtinguitur. Nam ſi id à milite in eo campo, ubi ſolitum eſt exercitari, admiſſum eſt, nulla culpa ejus intelligitur: ſi alius tale qvid admiſerit, culpæ reus eſt. Idem juris eſt de milite, ſi in alio loco, qvam qvi ad exercitandum militibus deſtinatus eſt, id admiſerit. ut jaculantis

Conf. *l. 9. ſq. ff. h. t.*

§. 5.

§. 5.

putatoris

Item si putator ex arbore dejecto ramo servum tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam, aut vicinalem id factum est, neque proclamavit, ut casus evitari posset, culpæ reus est; sed si proclamavit, nec ille curavit præcavere, extra culpam est putator. Æque extra culpam esse intelligitur, si seorsim à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licet non proclamavit: quia in eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi.

Conf. *l.* 31. *π. h. t.*

§ 6.

Medic

Præterea si medicus, qui servum tuum secuit, dereliquerit curationem ejus; & ob id mortuus fuerit servus, culpæ reus erit.

Conf. *L.* 8. *π. h.*

§. 7.

Imperitia qvid

Imperitia quoq; culpæ adnumeratur; veluti, si medicus ideo servum tuum occiderit, quia malè eum secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

Conf. *l.* 27. §. 29. *π. h. t.*

§. 8.

mulionis Equitantis, Auriga

Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, si servus tuus oppressus fuerit culpæ reus est mulio. Sed & si propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior eas retinere potuisset, æque culpæ tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cum equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmita-

nitatem, aut propter imperitiam ſuam retinere non potuerit.

Conf. *l. 8. §. 1. π. h. t.*

§. 9.

His autem verbis Legis, qvanti id eo in anno plurimi fuerit illa ſententia exprimitur, ut ſi qvis hominem tuum, qvi hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit, occiderit, qvi in eo anno integer aut pretioſus fuerit, non tanti teneatur, qvanti hodie erit, ſed qvanti in eo anno plurimi fuerit. Qva ratione creditum eſt, pœnalem eſſe hujus legis actionem: qvia non ſolum tanti qvisq; obligatur, qvantum damni dederit, ſed aliqvando longè pluris. Ideoq; conſtat, in heredem eam actionem non tranſire: qvæ tranſitura fuiſſet, ſi ultra damnum nunqvam iis æſtimaretur. Æſtimatio damni qvoad pretium rei

Conf. *L. 21. L. 23. π. h. t. Exert. ad π. 19. 47.*

III. Qvod mox extenſum ad omne intereſſe ſeu lucrum interceptum per iſtam damni illationem, qvoad intereſſe

§. 10.

Illud non ex verbis Legis, ſed ex interpretatione placuit, non ſolum perempti corporis æſtimationem habendam eſſe ſecundum ea, qvæ diximus: ſed eo amplius, qvicqvid præterea, perempto eo corpore damni nobis illatum fuerit: veluti ſi ſervum tuum heredem ab aliqvo inſtitutum ante qvis occiderit, qvam is juſſu tuo hereditatem adierit. Nam hereditatis qvoqve amiſſæ rationem eſſe habendam conſtat. Item, ſi ex paricularum unam, vel ex qvadrigis equorum unum qvis occide-

rit, vel ex comitis unus servus occisus fuerit, non solum occisi fit existimatio, sed eo amplius id quoq; computatur, quanti depretiati sunt, qui superfunt.

Conf. *l. proinde. 22. π. h. t.*

Actio criminalis concurrens

IV. Denique & criminalis incidit hic obligatio a Pœnam publicam, si damnum interfectione servi datum.

§. II.

Liberum autem est ei, cujus servus occisus fuerit & ex judicio privato Legis Aquiliæ damnum persequi, & capitalis criminis eum reum facere.

Conf. *l. 23. §. 9. π. h. t.*

Idque & *libero* homine qui in ministerio nostro est, occiso observari potest, ut & criminaliter agi possit, & civiliter ad interesse, lucrum interceptum, impensas in medicos, exsequias &c. Quo jure & *heredes* occisi uti possunt. Wesenbec. *Parat. ad π. h. t. n. 7.* Besold. *Thes. Pr.* Abtrag.

§. 12.

Cap. II. *Caput secundum Legis Aquiliæ in usu non est.*

Quæcunque tandem species damni hoc capite contenta fuerit, & sive actio de servo corrupto substituta fuerit *Vt. π. de serv. corr.* sive alia, vid. *Exerc. ad π. XIX. 49.* certè obligatio ad reparationem propterea non fuit abolita, sed sub alio genere actionis comprehensa,

Digitized by Google

henſa, vel ſaltem ſub tertio capite, & actio nis inde competentio ad id, qvanti maximi intra XXX. dies res conſtiterit.

§. 13.

Capite tertio de omni cetero damno cavetur: Itaqve ſi qvis ſervum, vel eam qvadrupedem, qvæ pecudum numero eſt, vulneravit; ſive eam qvatrupedem, qvæ pecudum numero non eſt, veluti canem, aut feram beſtiam, vulneraverit, aut occiderit: hoc capite actio conſtituitur. In ceteris qvoqve omnibus animalibus, item in omnibus rebus, qvæ anima carent, damnum per injuriam datum, hac parte vindicatur. Si qvid enim uſtum, aut ruptum, aut factum fuerit, actio ex hoc capite conſtituitur. Qvanqvam poterit ſola rupti appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere. Ruptum enim intelligitur, qvod qvoqvomodo corruptum eſt. Unde non ſolum fracta aut uſta, ſed etiam ſciſſa & colliſa & effuſa, & qvoqvomodo perempta atqve deteriora facta, hoc verbo continentur. Denique reſponſum eſt, ſi qvis in alienum vinum aut oleum id miſcuerit, qvo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur, ex hac parte Legis Aqviliæ eum teneri.

Cap. III. De cæteris damnorum ſpeciebus

Conf. L. 27. §. 5. ff. h. t.

§. 14.

Illud palam eſt, ſicut ex primo capite demum qvisq; tenetur, ſi dolo aut culpa ejus homo aut qvadrupes occiſus occiſave fuerit; ita ex hoc capite de dolo aut culpa, & de cetero damno qvemqve

Ad qvid ex hoc cap.

teneri: ex hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is qui damnum dederit.

Conf. *L. 30. §. 3. π. h. t.*

§. 15.

At nec plurimi quidem verbum adjicitur. Sed Sabino recte placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte plurimi verbum adjectum fuisset. Nam Plebem Romanam, quæ Aquilio Tribuno rogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quod prima parte eo verbo usa esset.

Conf. *L. 29. fi. π. h. t.*

origo

V. Verum quum neque sic naturalis juris obligationem omnem exhauserit civilis Legislatio, quum tantum de causa immediata physica, non item de mediata & morali causa illati damni actionem dederit, quæ tamen æque causa est atque obligat; Pufend. *J. N. l. 5, 14. & 3, 1, 4.* itaque extensa hæc fuit interpretatione Prudentum ad illam quoque, & actio *utilis*, vel tandem *in factum*.

actionis utilis & in factū ex L. Aquil.

§. 16.

Cæterum placuit, ita demum directam ex hâc lege actionem esse, si quis præcipue corpore suo damnum dederit. Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari solent: veluti, si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, ut fame necaretur: aut jumentum ita vehementer egerit, ut rumperetur: aut pecus in tan-

tantum exagitaverit, ut præcipitaretur: aut; si quis alieno servo persvaserit, ut in arborem adscenderet, vel in puteum descenderet, & is adscendendo, vel descendendo, aut mortuus aut aliqva parte corporis læsus fuerit, utilis actio in eum datur. Sed, si quis alienum servum aut de ponte, aut de ripa in flumen dejecerit, & is suffocatus fuerit, eo qvod projecit, corpore suo damnum dedisse, non difficulter intelligi potest: ideoqve ipsa Lege Aquilia tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datum, neq; corpus læsum fuerit, sed alio modo alicui damnum contigerit; cum non sufficiat, neqve directa neqve utilis Legis Aquiliæ actio; placuit, enm, qvi obnoxius fuerit in factum actione teneri: veluti, si quis misericordia ductus, alienum servum compeditum solverit, ut fugeret.

Conf. *l.* 7. §. 7. *π. de dolo, L. fin. §. 2. π. de cust. reor.*

VI. Jure Germanorum, & Saxonico præsertim, regulariter ex priore obligatione ad damnum duntaxat reparandum & simplicem rei æstimationem una cum reliqvo intereſſe agitur, non etiam ad *pœnam* sive emendam, nisi *dolis* insuper probetur, & actio injuriarum cum hac cumuletur, J. Sax. *Prov. 2, 34. & 38. itemq; 46. sq. Lib. 3, 48. & 51. ac, 86.* Besold. *Thes. Pr.* von Abtrag. Brunnem. *ad l. 27. n. 7. π. ad Leg. Aquil.* cujus respectu etiam in noſtro foro pœnalis actio hæc dici potest, & contra heredes eatenus Diff. J. Rom. & Germ.

non dari, H. Pist. *1. q. 27.* Carpz. *4, 12. def. 9.* Richter. *dec. 55, 9.* Brunnem. *ad l. 3. π. si mens. falsa. mod.* Cæterum & Actionem L. Aquiliæ in nostro foro institui posse, non dubito, & urget Sichardus *ad rubr. C. de L. Aquil. n. 13. sq.* Vid Exercit. *ad π. XIX. 58. & 72.*

47. π. 10. 9. C. 35. sq. 5. X. 36.

TIT. IV.

DE INJVRIIS.

Pr.

Injuriæ vox

GEneraliter injuria dicitur omne, quod non jure fit: specialiter, aliàs contumelia, quæ à contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant: aliàs culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, sicut in Lege Aquilia damnum injuria datum accipitur: aliàs iniquitas & injustitia, quam Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν vocant; cum enim Prætor vel Judex non jure contra quem pronunciat, injuriam accepisse dicitur.

Alii pro ἀδίκημα habent ἔγκλημα. *conf. l. 1. π. h. t.*

Definitio

I. Est itaque injuria delictum, quo quis alterius famam seu dignitatem data opera lædit, sive reali invasione corporis aut bonorum, sive verbali convitio, scriptove libello, sive gestibus & affectatione contumeliosa, & sive immediate, sive mediatè.

§. 1.

§. 1.

Injuria autem committitur, non solum, cum modi
quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit: sed & si cui convitium factum fuerit, sive cujus bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo qui intendebat, nihil eum sibi debere: vel, si quis ad infamiam alicujus libellum, aut carmen (aut historiam) scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, sive quis matrem familias aut prætextatum prætextatamve adfectatus fuerit: sive cujus pudicitia attentata esse dicetur: & denique aliis plurimis modis admitti injuriam, manifestum est.

§. 2.

Patitur autem quis injuriam non solum per qvibus &
semet ipsum; sed etiam per liberos suos, quos in po- per qvos
testate habet: item per uxorem suam: id enim magis prævaluit. Itaque, si filiæ alicujus, quæ Titio nupta est, injuriam feceris, non solum filiæ nomine tecum injuriarum agi potest, sed etiam patris quoque & mariti nomine. Contra autem, si viro injuria facta sit, uxor injuriarum agere non potest. Defendi enim uxores à viris, non viros ab uxoribus æquum est. Sed & socer nurus nomine, cujus vir in ejus potestate, injuriarum agere potest.

§. 3.

Servis autem ipsis quidem nulla injuria fieri an servis
intelligitur, sed domino per eos fieri videtur: non

tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos & uxores: sedita, cum quid atrocius commissum fuerit, & quod aperte ad contumeliam domini respicit: veluti, si quis alienum servum (atrociter) verberaverit: & in hunc casum actio proponitur. At si quis servo convitium fecerit, vel pugno eum percusserit, nulla in eum actio domino competit.

Vid. *l. 1. C. h. t. L. 2. ff. de his qui sunt sui.*

§. 4.

Si communi servo injuria facta sit, equum est, non pro eâ parte, quâ dominus quisque est, æstimationem injuriæ fieri, sed ex dominorum personâ, quia ipsis fit injuria.

§. 5.

Quod si usus fructus in servo Titii est, proprietas Mævii, magis Mævio injuria fieri intelligitur.

§. 6.

Sed si libero homini, qui tibi bona fide servit, injuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit. Nisi in contumeliam tuam pulsatus sit: tunc enim competit & tibi injuriarum actio. Idem ergo est, & in servo alieno bona fide tibi serviente: ut toties admittatur injuriarum actio, quoties in tuam contumeliam injuria ei facta sit.

Ex injuria famulis autem ministris nostris facta actio etiam domino competit. Bonacoss. *de Serv. vel famul. præst. 152. & 235.*

II. Ob-

II. Obligatio ex hoc delicto tum qvoad realem, tum qvoad verbalem injuriam, generatim est ad reparationem damni circa famam vel honorem. Hæc variè fieri potest, pœnitentia & culpæ confessione, & honoris exhibitione, testimoniove innocentiæ, qvod vulgo vocant *Reversum:* sed & pecuniaria æstimatione, *H. Grot. J. B. 2, 17. fi.* Jure naturali, divino & gentium, itemqve Romano veteri obligatio illa ad talionem est directa; ita Lex Rhadamenti: *Si patiatur, qvæ fecit, justitia recta fuerit,* eoqve sensu Pythagoræi pœnam per ἀνταπόδοσιν definierunt, h. e. parem passionem. Vid. Exod. *21, 23.* Levit. *24, 20.* Deutr. *19, 19.* Babakama *cap. 8, 1. & ibi Constantin. l' Empereur* nisi *interesse pecuniarium* læsus accipiat, *Joseph. Archæol. 4, 8.* Lex Charondæ Thuriis lata, apud *Diodor. Sicul. 12, 17.* Solonis apud *Diog. Laert. in Solone.* atqve pro rerum circumstantiis etiam graviorem pœnam justitia reqvirit. Ita lege Indorum, qvi membro qvempiam orbaverit, non modo talionis pœnam subit, sed etiam manu truncatur. Qvod si qvis artifici manum oculumve ademerit, capitale est. *Strab. lib. XV.*

Ad qvid in genere

Jus talionis J. N. & G.

§. 7.

Pœna autem injuriarum ex L. XII. Tabb. propter membrum qvidem ruptum talio erat: propter os vero fractum nummariæ pœnæ erant constitutæ qvasi in magna veterum paupertate. Sed postea Prætores permittebant ipsis, qvi injuri-

LL. XII. Tab.

J. Præt. æstimatio

am passi sunt, eam æstimare: ut Judex vel tanti (reum) condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem injuriæ, quæ ex Lege XII. Tabularum introducta est, in desvetudinem abiit: quam autem prætores introduxerunt (quæ etiam Honoraria appellatur) in judiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæq; honestatem, crescit aut minuitur æstimatio injuriæ. Qui gradus condemnationis & in servili persona non immerito servatur: ut aliud in servo actore, aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo vel compedito jus (æstimationis) constituatur.

Conf. *Exerc. ad π.* XLIX, *26. Constit. Crim. Caroli V. Art. 110.* Carpz. *Qv. Crim 98.*

Wergeld III. Teutonicæ originis gentes constituerunt uti omnibus damnis, ita etiam injuriis realibus vulnerum & ipsius vitæ certas æstimationes atqve pretia, qvæ injuriam inferens solvere debebat, vocatur *Wergeldum* Saxonibus, *Widrigild* Longobardis, *Leudum* Francis, de qvibus plenæ sunt LL. veteres, *Vid. Exerc. ad π.* XIX, *15. seqq.* Qvod & juri divino congruum, *Exod.* **usus fori** XXI, *30. & alibi.* Sed qvemadmodum in universum rerum pretia non sunt perpetuo eadem, sic & Wergeldi & injuriarum æstimatio hodie ab actore fit, sed moderatio penes judicem est, *l. 15. §. 28. π. de injur.* Carpz. *Qv. Crim. 34, 41, & 99, 32.* Thomæ *de Noxa animal. 9, 45.* eiqve conjungitur *Emenda* qvoqve, ut mixtæ hodie

fit

ſit naturæ, *Carpz. d q. 99, 47. d. Exerc. ad π.* XIX, *33.* excepto Wergeldo *homicidii non doloſi*, qvod Jure Saxonico eſt octodecim librarum, ſive talentorum denariorum, achtzehen Pfund pfündiger Pfennige / *lib. 3. Art. 46.* Denarius autem Saxonicus, qvi & *ſolidus* & *ſil qva*, & inde *Schillingus* dicitur, eſt ſedecim nummorum, *Bacius.* Libra itaqve yiginti unciales continet.

libra, talentum
denarius
Solidus
Schillingus

ß. Sol. Sol. ℔. Thlr. ß. ß. ℔. Thlr. Aß. 16.--1.--20.--1.---1.---2.--8.--18.--20. vel 24.

Qvæ qvantitas in Saxonia ſuperiore hodieqve obtinet. *Sent. Scab. Lipſ. poſt Jus Prov. fol. 162.* Rotſchitz. *Proc. Jur. P. 2. Art. ult.* Sed in Saxoniâ inferiore extenſa fuit usqve ad qvantitatem Marcæ majoris, eine feine Marck Silbers / h. e. 10. ſl. 4. ß. 2. ß. octodecim igitur faciunt 160. Thlr. 16. ß. $7\frac{1}{2}$ ß. *Jac. Alemann. Conſult. 8. q. 1. P. 12. pag. 305.*

§. 8.

Sed & Lex Cornelia de injuriis loqvitur, & injuriarum actionem introduxit, qvæ competit ob eam rem, qvod ſe pulſatum qvis verberatumve, vel domum ſuam vi introitam eſſe dicat. Domum autem accipimus, ſive in propria domo qvis habitet, ſive in conducta, ſive gratis, ſive hoſpitio receptus ſit.

Pœna L. Cornel.

IV. Pœna Legis Corneliæ eſt mulcta Fiſco inferenda, aut Exilium, aut corporis afflictiva pœna,

pœna, itemqve intimici, qvandoqve & *capitalis* utpote infractione pacis domesticæ, si qvis non tantum vi introivit domum, sed & patremfam. vel matremfam. vulneravit vel pulsavit, *Moller ad P. 4. Const. 46, 5.* Liberum itaqve est injuriato iniuria reali & atroci, an criminaliter ex L. Cornelia agere velit, conf. *l. 5. π. de injur. l. 37. §. 1. eod. L. 12. ff. π. de accusat.* Coler. *dec. 115.* Carpz. *Q. Crim. 94, 78.*

§. 9.

Atrox qvæ

Atrox injuria æstimatur vel ex facto; veluti, si qvis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus: vel ex loco; veluti, si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu Prætoris injuria facta sit: vel ex persona; veluti, si Magistratus injuriam passus fuerit; vel si Senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti patronove fiat à liberis vel libertis: aliter enim Senatoris & parentis patronique, aliter extranei, & humilis personæ injuria æstimatur. Nonnunqvam & locus vulneris atrocem injuriam facit: veluti, si in oculo qvis percussus fuerit. Parvi autem refert, utrum patrisfamilias, an filiofamilias talis injuria facta sit: nam & hæc atrox injuria æstimabitur.

Conf. *l. 7. §. 7. π. de injur.* Conflit. *El. S. 4, 43. & 46.* Consult. *Sax. P. 5. q. 101. seqq.* Coler. *decis. 161, 40.* Carpz. *Qv. Crim. 99.*

§. 10.

§. 10.

In summa, sciendum est, de omni injuria eum, qv passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter. Et si qvidem civiliter agitur; æstimatione facta, secundum qvod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter; officio judicis extraordinaria pœna reo irrogatur: hoc videlicet observando, qvod Zenoniana Constitutio introduxit, ut viri illustres, qvique super eos sunt, & per procuratores possint actionem injuriarum criminaliter vel persequi, vel suscipere, secundum ejus tenorem, qvi ex ipsa manifestius apparet. Agi potest vel civiliter vel criminaliter

Conf. *l. 37. §. 1. π. h. t. l. ult. π. eo. l. pen. §. 1. π. de publ. jud. l. ult. C. h. t.*

V. Procurator ex parte Accusatoris usu fori regulariter admittitur, etiam in criminali processu, qvia inscriptio & talio non recepta est. *Const. Crim. Art. XII.* Carpz. *Qv. Crim. 105, 6.* Lauterb. *diff. J. C. & W. §. IX;* Ex parte rei itidem admittitur, nisi pœna relegationem excedat, *Rauchbar. l. q 7.* Wesenb. *ad Sneidw. h. t.* Carpz. *4, 42. def. 3.* Extra Electoratum tamen etiam hoc casu procurator rei non admittitur, *Berlich. 5. concl. 65, 41.* Richt. *Vol. 2. Consil. 357, 11.* An per Procuratorem

VI. In foro Germanico peculiaris actio injuriarum ad recantationem seu *palinodiam* habetur, *Ord. Cameral P. 2. t. 28. §.* und sonderlich / Constit. *El. S. 4, 42.* qvæ & interesse privatum, reparationem honoris continet, & pœnam Actio ad palinod.

ram publicam: Sed & coram judicio criminali vor peinlichg hegtem Gericht & interveniente carnifice, institui solet. Richter. *Vol. 2. Consil.*

est mixta *357, 5. & 8.* unde constat *mixtam* naturam habere ex civili & criminali judicio, contra qvam purat Carpz. *Qv. Crim. 94, 53.* unde ad heredes non transit, nisi qvoad sumtus litis aut mulctæ,

an cumuletur Richter. *d. Vol. 2. Conf. 357, 24. & 31.* Hujus porrò & Æstimatoriæ cumulatio ex ratione juris non admittitur in Electoratu Saxon. & ducatu Gothano, Carpz. *4, 42. def. 16. & ult.* Ord. *Prov. Goth. 2, 4, 26. §. fi.* ne reparatio honoris & pecuniariter & per recantationem fiat. In Camera tamen & aliis curiis Saxonicis admittitur ista cumulatio. Richt. *Vol. 2. Conf. 357, 30. & in Centur. Reg. 2. 42. Mev. ad J. Lubec. 4, 4, 16.*

Actio ex L. diff. VII. Competit etiam diffamato condictio ex *L. diffamari C. de ingen. manum.* qvo ad probandam diffamationem aut ad perpetuum silentium agitur. Nec videtur cumulari posse cum Æstimatoria, *Finkelth. Obs. 55.* Richt. *2. Consil. 206, 5.* Exerc. *ad π.* XLIX, *32.*

Imploratio O. J. VIII. Præterea & *imploratio officii* judicis summaria competit, qvâ injuriatus injuriam in continenti per scripturam, aut instrumentum publicum, aut productionem testium etiam in primo statim termino, eorum depositionem juratam absqve articulorum formatione, probans, facit, ut reus ad deprecationem vel declarationem, itemqve ad pœnam, etiam corporis affli-

afflictivam condemnetur. Ord. *Pol. El. S. 1661. t. injuriis V. §. pen.*

IX. *Retorſio* qvoqve moderata extrajudiciale remedium reparandæ famæ eſt, ſi fit in continenti à revocante ad animũ, verbis inter præſentes, aut ſcripto à die ſcientiæ, & verbis viciſſim injuriis alias non continentibus, ſed his & ſimilibus: Daß injuriant als kein redlicher Mann die Wahrheit geſpahrt und hingegen die Unwahrheit gebraucht hätte/ Vel. Er hielte ihn ſo lange ſelbſt vor einen ſolchen Menſchen/ wovor er ihn ausgegeben/ biß er es ihm bewieſe. *Deciſ. El. S. 85.* Carpz. *Qv. Crim. 97, 22.* Richter. 2. *Conſil. 34, 3.* Scripta tutisſime per Notarium vel teſtes expeditur. *Harprecht. D. 19. Inſtit. th. 17.* Retorſio

§. 11.

Non ſolum autem is injuriarum tenetur, qvi fecit injuriam, id eſt, qvi percuſſit: verum ille qvoqve tenetur, qvi dolo fecit (injuriam) vel qvi procuravit, ut cui mala pugno percuteretur. Conf. *l. 11. pr. ff. h. t.* Qvi tenentur injuriarum

§. 12.

Hæc actio diſſimulatione aboletur. Et ideò, ſi qvis injuriam dereliqverit, hoc eſt, ſtatim paſſus ad animum ſuum non revocaverit; poſtea ex pœnitentia remiſſam injuriam non poterit recolere. Qvibus modis tollitur actio inj. Diſſimulatione

Diſſi-

Dissimulatio hæc colligitur etiam ex omnibus actionibus familiaribus & amica conversatione, ut ludendo, compotando, comedendo, nisi cum protestatione fiat, uff Hoffrecht / *Wehner. Obs. Voc.* Hoffrecht.

præscriptione

X. Porro etsi injuria ad animum revocata, nec dissimulatione & amica conversatione abolita fuerit, si tamen actio Prætoria seu *æstimatoria* intra *annum* à die scientiæ non instituitur, *præscriptione* eliditur, *l. 5. C. h. t.* J. Sax. *Prov. 3. Art. 31.* Constit. *El. S. 4, 46.* Gail. *2. Obs. 105.* Carpz. *Qv. Crim. 97.* in foro tamen Saxonico terminus Saxonicus adhuc adjicitur, *Constit. El. S. 4, 46. fi.* Excipitur actio civilis ex L. Cornelia, qvæ perpetua est, h. e. triginta annis demum præscribitur, *pr. J. de perp. & temp.* H. Pist. *4. q. 20, 3.* Mynsing. *I. Obs. 84.* Dissentit Oldend. *Cl. 7. Act. 10. 7.* Similiter & Recantatoria, *Schulz. h. t.* At Jure Elect. Saxon. actioni ob injurias *reales atroces* indistincte longissimo tempore præscribitur, *d. Const. 46.*

Declaratione judiciali spontan.

XI. Eliditur porro actio injuriarum verbalium vel etiam gestuum, si initio litis ante litem contestatam declaret se bene de fama adversarii sentire, daß er die libellirten Worte der Meynung nicht / wie sie von Klägern angezogen / ihn zuschmähen / von sich geredet oder geschrieben / sondern sie wären ihm aus erhitzten oder bewegten Gemüth entfahren / oder dis oder jenes hätte ihn darzu verursacht / er wüste auch

auch von Klagern nichts/ dann alle Ehr / Liebs und Guts/ qvia hæc ſpecies qvædam eſt ſatisfactionis ante rem judicatam, unde officio judicis convenit eum abſolvere, §. *fin. J. de perpet. & temp. act.* Carpz. *Qv. Crim. 97, 14.* niſi injuriæ ſint atroces aut verba per ſe injurioſa, ut declaratione emollire non poſſint, *Ord. Curiæ Prov. Sax. cap. 23.* Ord. Polit. *El. Sax. ann. 1661. t. 5, t.* Exerc. *ad π.* XLIX. *Addit. pag. 205.*

XII. Deniqve morte alterutrius tollitur obligatio & actio, niſi ſi *civiliter* actum & *lis conteſtata*, tum enim & heredes obligantur. §. *1. J. de perpet. & temp. act. l. 13. π. de injur. l. 139. de R. J.* Carpz. *3. Reſp. 30. & 39.* morte

XIII. Species injuriæ atrocis eſt *libellus famoſus*, à potiori gradu denominatus, continet enim etiam picturam famoſam, carmen famoſum, ſculptile aut fuſorium opus famoſum, *l. 5. §. 9. ſeq. π. de inj. & lib. famoſ. L. un. C. de fam. lib.* Receſſ. Imp. *de anno 1524. & plures inſequentes.* Ord. Polit. *Imp. Rudolphi* II. *t. 35.* Conſtit. Crim. *Carolina Art. 110.* Differt autem injuria ſcripta à libello famoſo, qvod illa contumeliam tantum contineat, v. g. ſi qvis claudus, luſcus, indoctus, prodigus, obæratus in contumeliam ſcribitur: hic verò notabile aliqvod crimen impingit, ſive capitale ſit ſive ſecus. Neqve refert nomen ſcribentis expreſſum ſit, nec ne, *l. 5. §. ſi qvis 9. π. de injur.* Ord. *Imp. Pol. anno 1577. t. 35.* Hahn. *ad Weſenb. de injur. n. 19,* Atqve jure Romano tam componens, Libellus famoſus qvid diff. ab injuria ſcripta Pœna

qvàm divulgans pœna capitali afficitur, *l. un. C. de fam. libel.* Constitutione Carolina *Art. 110.* pœna talionis. Vsurori pœna arbitraria *Carpz. Qv. Crim. 98.* & non nisi tricennali præscriptione tollitur, *Constit. El. S. 4, 46.* Gail. *2. O. 104.* Wurmſ. *1. O. 11. tit. 47.*

Infamia ut evitetur hic à reo

XIV. Infamia evitari potest primò, si judex in sententia pro rerum circumstantiis reservatoriam clausulam inserit: iedoch ohn Verletzung seiner Ehren / *c. cum. t. 23. X. de sent. & re jud.* Rec. *Imp. 1566. §. causas iujur.* Gail. *I. O. 65. 6.* Moller. *ad Const. 42. P. 4. n. 17.* Wesenb. *π. de his qvi not. n. 9.* Deinde si reus non ipse, sed per procuratorem compareat. *Wesenb. d. l.* Mynsing. *6. O. 11.* Deniqve si offerat pœnam ante sententiam, *idem ibid.* Gail. *2. O. 103, 5.* Coler. *ad c. 32. X. de sent.*

TIT. V.

DE OBLIGATIONIBVS (QVÆ) QVASI EX DELICTO (NASCVNTVR.)

I.

De delictis

HActenus de delictis ex dolo & prohæresi nocendi ortis: seqvitur alia species ex sola culpa, sine nocendi proposito commissorum, qvæ ob id *qvasi delicta* appellantur: suntqve iterum duplicis generis, aut enim proprie ex culpa *præcedente* oriuntur, aut ex *facto* illationē damni *consequente*, qvale est retentio aut receptio servi vel bestiæ nocentis, qvod aliqvam culpæ aut

duplicia

qvasi

qvaſi ratihabitionis ſpeciem continet, de priori hoc titulo agitur, de poſteriori infra *tit. de noxalibus actionib.* & *ſi qvadrupes pauperiẽ feciſſe dicatur*. Vtrũq; fundamentũ in ſocialitate & æqvitate naturali habet, ut noſtra converſatio aliis ſive mediate ſive immediate non ſit noxia, *conf. Pufend. l. N. 3, 1,6* Huc etiam pertinet obligatio ad indemnitatem ex ædibus aut operibus alteri damnoſis, ex qva *Denunciatio novi operis* oritur, *V. t. π. de O. N. N.* & actio *de damno infecto*, Vid. *t. π. de damn. inf.* Exerc. *ad π.* XLII. infr. *lib. 4. t. 9.*

II. Primam ſpeciem Imperator refert factum Judicis non jure procedentis aut judicantis, qvod qvum dupliciter fieri poſſit, aut data opera & dolo, verum eſt delictum & graviter punitur, de qvo *Novell. 124. c. 2.* & Auth. *novo jure C. de pœn. jud. qvi malè jud.* aut ex imperitia vel negligentia, & qvaſi delictum eſt, obligans judicem litem ſuam facere, h. e. id qvod intereſt parti læſæ ſolvere, actione in factum. I. delictum judicis verum

Pr.

Si judex litem ſuam fecerit, non propriè ex maleficio obligatus videtur: ſed qvia neqve ex maleficio, neqve ex contractu obligatus eſt, & utiqve peccaſſe aliqvid intelligitur, licet per imprudentiam; idcò videtur qvaſi ex maleficio teneri; & in qvantum de ea re æqvum religioni judicantis videbitur, pœnam ſuſtinebit. vel qvaſi

Nec juvat judicem, qvod appellare potuiſſet læſus, neqve appellatio illam obligationem tollit, & deſerta vel rejecta appellatione

actio hæc supereſt, *Innocent. in c. sæpe 44.* X. *de appellat.* Snei Ivv. *h. t.* Conf. Wurmſer. *Obſ. Pract. I, 1, 2.* Befold. *ad Jus Wurtenb. t. 3.* Oldendorp. *de actione malè judicati*, qvæ ultima Claſſium eſt. Giſebert. *Peric. ſtat. 1, 15.* Simile eſt judicium *Syndicatûs*, qvanqvam de dolo magis, qvam de imperitia, generaliter tamen; Syndici enim & Syndicatores dicti Judices ſeu Commiſſarii adverſus Judices litem ſuam facientes, de qvo *Paris de Puteo.* conſ. *t. C. ut omnes judices poſt admin.* Ordin. *Cam. anni 1555. art. pen. §. ult.* Lauterb. *de Syndic. th.* XI. Sichard. *P. 5. Conſil. 1.* Strauch. *Exot. Exerc.* X, 13. & 15. Facit huc & Actio ex Edicto, *qvod qvisq; juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur t. π. qvod qvisq; jur.*

Syndicatus.

§. 1.

II. Effuſum

Item is, ex cujus cœnaculo, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in qvo gratis habitat, dejectum effuſumve aliqvid eſt, ita ut alicui noceret; qvaſi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intelligitur, qvia plerumq; ob alterius culpam tenetur, aut ſervi, aut liberi. Cui ſimilis eſt is, qvi cà parte, qvà vulgo iter fieri ſolet, id poſitum aut ſuſpenſum habet, qvod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere: qvo caſu pœna decem aureorum conſtituta eſt actio. De eo verò, qvod dejectũ effuſumve eſt, dupli, qvantum damni datum ſit, conſtituta eſt actio. Ob hominem verò liberum occiſum, qvinqvaginta aureorum pœna conſtituitur. Si verò vivat, nocitumqve ei eſſe dicatur, qvantum

Dejectũ

Ad qvid

ob

ob eam rem æqvum Judici videtur, actio datur. Judex enim computare debet mercedes medicis præstitas, ceteraq; impendia, qvæ in curatione facta sunt; præterea operas, qvibus caruit, aut cariturus est, ob id qvod inutilis est factus.

Conf. *t. t. π. de his qvi effud. vel dejecerint* inprimis *l. 6. §. 2.* ubi ratio juris, qvod habitator suam suorumqve culpam præstare debet. *& l. 5. §. 4* de regressu hujus contra effundentem. Nostro in foro freqventatur actio ex moribus in factum, non in duplum, sed ad simplicem æstimationem, & pro re nata ad pœnam arbitrariam, ut supra de L. Aqvilia. *Vid. Exerc. ad π.* XIX, 79.

§. 2.

Si filius familias seorsum à patre habitaverit, Ex culpa
& qvid ex cœnaculo ejus dejectum effusumve fue- filiifam.
rit, sive qvid positum suspensumve habuerit, cujus casus periculosus est, Juliano placuit, in patrem nullam esse actionem, sed cum ipso filio agendum esse. Qvod & in filiofamilias judice observandum est, qvi litem suam fecerit.

Conf. *l. 1. §. si filiusf. π. h. t. l. 5. §. 5. π. de O. & A.*

§. 3.

Item exercitor navis, aut cauponæ, aut stabu- Nautæ,
li, de dolo, (damno V. l. siqvis. 5. §. si. π. de O. & A.) caup.
aut furto, qvod in navi, aut cauponæ, aut stabulo factum erit, qvasi ex maleficio teneri videtur; si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicujus eorum, qvorum opera navem aut cauponam aut stabulum exercet. Cum enim neq; ex maleficio, neq; ex

pœna, itemqve infamia, qvandoqve & *capitalis* utpote infractione pacis domesticæ, si qvis non tantum vi introivit domum, sed & patremfam. vel matremfam. vulneravit vel pulsavit, *Moller ad P. 4. Const. 46, 5.* Liberum itaqve est injuriato injuria reali & atroci, an criminaliter ex L. Cornelia agere velit, conf. *l. 5. π. de injur. l. 37. §. 1. eod. L. 12. fi. π. de accusat.* Coler. *dec. 115.* Carpz. *Q. Crim. 94, 78.*

§. 9.

Atrox qvæ

Atrox injuria æstimatur vel ex facto; veluti, si qvis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus: vel ex loco; veluti, si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu Prætoris injuria facta sit: vel ex persona; veluti, si Magistratus injuriam passus fuerit; vel si Senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti patronove fiat à liberis vel libertis: aliter enim Senatoris & parentis patronique, aliter extranei, & humilis personæ injuria æstimatur. Nonnunqvam & locus vulneris atrocem injuriam facit: veluti, si in oculo qvis percussus fuerit. Parvi autem refert, utrum patrifamilias, an filiofamilias talis injuria facta sit: nam & hæc atrox injuria æstimabitur.

Conf. *l. 7. §. 7. π. de injur.* Conflit. *El. S. 4, 43. & 46.* Consult. *Sax. P. 5. q. 101. seqq.* Coler. *decis. 161, 40.* Carpz. *Qv. Crim. 99.*

§. 10.

§. 10.

In summa, sciendum est, de omni injuria eum, qv passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter. Et si qvidem civiliter agitur; æstimatione facta, secundum qvod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter; officio judicis extraordinaria pœna reo irrogatur: hoc videlicet observando, qvod Zenoniana Constitutio introduxit, ut viri illustres, qvique super eos sunt, & per procuratores possint actionem injuriarum criminaliter vel persequi, vel suscipere, secundum ejus tenorem, qvi ex ipsa manifestius apparet. Agi potest vel civiliter vel criminaliter

Conf. *l. 37. §. 1. π. h. t. l. ult. π. eo. l. pen. §. 1. π. de publ. jud. l. ult. C. h. t.*

V. Procurator ex parte Accusatoris usu fori regulariter admittitur, etiam in criminali processu, qvia inscriptio & talio non recepta est. *Const. Crim. Art. XII.* Carpz. *Qv. Crim. 105, 6.* Lauterb. *diff. J. C. & W. §.* IX; Ex parte rei itidem admittitur, nisi pœna relegationem excedat, *Rauchbar. l. q 7.* Wesenb. *ad Sneidw. h. t.* Carpz. *4, 42. def. 3.* Extra Electoratum tamen etiam hoc casu procurator rei non admittitur, *Berlich. 5. concl. 65, 41.* Richt. *Vol. 2. Consil. 357, 11.* An per Procuratorem

VI. In foro Germanico peculiaris actio injuriarum ad recantationem seu *palinodiam* habetur, *Ord. Cameral P. 2. t. 28. §.* und sonderlich / Constit. *El. S. 4, 42.* qvæ & interesse privatum, reparationem honoris continet, & pœnam Actio ad palinod.

nam publicam: Sed & coram judicio criminali vor peinlichg hegtem Gericht & interveniente carnifice, institui solet. Richter. *Vol. 2. Consil.*

est mixta *357, 5. & 8.* unde constat *mixtam* naturam habere ex civili & criminali judicio, contra qvam putat Carpz. *Qv. Crim. 94, 53.* unde ad heredes non transit, nisi qvoad sumtus litis aut mulctæ,

an cumuletur Richter. *d. Vol 2. Conf. 357, 24. & 31.* Hujus porrò & Æstimatoriæ cumulatio ex ratione juris non admittitur in Electoratu Saxon. & ducatu Gothano, Carpz. *4, 42. def. 16. & ult.* Ord. *Prov. Goth. 2, 4, 26. §. fi.* ne reparatio honoris & pecuniariter & per recantationem fiat. In Camera tamen & aliis curiis Saxonicis admittitur ista cumulatio. Richt. *Vol. 2. Conf. 357, 30. & in Centur. Reg. 2. 42. Mev. ad J. Lubec. 4, 4, 16.*

Actio ex L. diff. VII. Competit etiam diffamato condictio ex *L. diffamari C. de ingen. manum.* qvo ad probandam diffamationem aut ad perpetuum silentium agitur. Nec videtur cumulari posse cum Æstimatoria, *Finkelth. Obs. 55.* Richt. *2. Consil. 206, 5.* Exerc. *ad π.* XLIX, *32.*

Implorat. O. J. VIII. Præterea & *imploratio officii* judicis summaria competit, qvâ injuriatus injuriam in continenti per scripturam, aut instrumentum publicum, aut productionem testium etiam in primo statim termino, eorum depositionem juratam absqve articulorum formatione, probans, facit, ut reus ad deprecationem vel declarationem, itemqve ad pœnam, etiam corporis affli-

afflictivam condemnetur. Ord. *Pol. El. S. 1661. t. injuriis V. §. pen.*

IX. *Retorſio* qvoqve moderata extrajudiciale remedium reparandæ famæ eſt, ſi fit in continenti à revocante ad animũ, verbis inter præſentes, aut ſcripto à die ſcientiæ, & verbis viciſſim injuriis alias non continentibus, ſed his & ſimilibus: Daß injuriant als kein redlicher Mann die Wahrheit geſpahrt und hingegen die Unwahrheit gebraucht hätte/ Vel. Er hielte ihn ſo lange ſelbſt vor einen ſolchen Menſchen/ wovor er ihn ausgegeben/ biß er es ihm bewieſe. *Deciſ. El. S. 85.* Carpz. *Qv. Crim. 97, 22.* Richter. *2. Conſil. 34, 3.* Scripta tutisſime per Notarium vel teſtes expeditur. *Harprecht. D. 19. Inſtit. th. 17.* Retorſio

§. 11.

Non ſolum autem is injuriarum tenetur, qvi fecit injuriam, id eſt, qvi percuſſit: verum ille qvoqve tenetur, qvi dolo fecit (injuriam) vel qvi procuravit, ut cui mala pugno percuteretur. Qvi tenentur injuriarum

Conf. *l. 11. pr. ff. h. t.*

§. 12.

Hæc actio diſſimulatione aboletur. Et ideò, ſi qvis injuriam dereliqverit, hoc eſt, ſi statim paſſus ad animum ſuum non revocaverit; poſtea ex pœnitentia remiſſam injuriam non poterit recolere. Qvibus modis tollitur actio inj. Diſſimulatione

Diſſi-

Dissimulatio hæc colligitur etiam ex omnibus actionibus familiaribus & amica conversatione, ut ludendo, compotando, comedendo, nisi cum protestatione fiat, uff Hoffrecht / *Wehner. Obs. Voc.* Hoffrecht.

præscriptione

X. Porro etsi injuria ad animum revocata, nec dissimulatione & amica conversatione abolita fuerit, si tamen actio Prætoria seu *æstimatoria* intra *annum* à die scientiæ non instituitur, *præscriptione* eliditur, *l. 5. C. h. t.* J. Sax. *Prov. 3. Art. 31.* Constit. *El. S. 4, 46.* Gail. *2. Obs. 105.* Carpz. *Qu. Crim. 97.* in foro tamen Saxonico terminus Saxonicus adhuc adjicitur, *Constit. El. S. 4, 46. fi.* Excipitur actio civilis ex L. Cornelia, qvæ perpetua est, h. e. triginta annis demum præscribitur, *§ pr. J. de perp. & temp.* H. Pist. *4. q. 20, 3.* Mynsing. *I. Obs. 84.* Dissentit Oldend. *Cl. 7. Act. 10. 7.* Similiter & Recantatoria, *Schulz. h. t.* At Jure Elect. Saxon. actioni ob injurias *reales atroces* indistincte longissimo tempore præscribitur, *d. Const. 46.*

Declaratione judiciali spontan.

XI. Eliditur porro actio injuriarum verbalium vel etiam gestuum, si initio litis ante litem contestatam declaret se bene de fama adversarii sentire, daß er die libellirten Worte der Meynung nicht / wie sie von Klägern angezogen / ihn zuschmähen / von sich geredet oder geschrieben / sondern sie wären ihm aus erhitzten oder bewegten Gemüth entfahren / oder dis oder jenes hätte ihn darzu verursacht / er wüste auch

auch von Klagern nichts/ dann alle Ehr / Liebs und Guts/ qvia hæc ſpecies qvædam eſt ſatisfactionis ante rem judicatam, unde officio judicis convenit eum abſolvere, §. *fin. J. de perpet. & temp. act.* Carpz. *Qv. Crim. 97, 14.* niſi injuriæ ſint atroces aut verba per ſe injurioſa, ut declaratione emollire non poſſint, *Ord. Curiæ Prov. Sax. cap. 23.* Ord. Polit. *El. Sax. ann. 1661. t. 5, t.* Exerc. *ad π.* XLIX. *Addit. pag. 205.*

XII. Deniqve morte alterutrius tollitur obligatio & actio, niſi ſi *civiliter* actum & *lis conteſtata*, tum enim & heredes obligantur. §. *1. J. de perpet. & temp. act. l. 13. π. de injur. l. 139. de R. J.* Carpz. *3. Reſp. 30. & 39.* morte

XIII. Species injuriæ atrocis eſt *libellus famoſus*, à potiori gradu denominatus, continet enim etiam picturam famoſam, carmen famoſum, ſculptile aut fuſorium opus famoſum, *l. 5. §. 9. ſeq. π. de inj. & lib. famoſ. L. un. C. de fam. lib.* Receſſ. Imp. *de anno 1524. & plures inſequentes.* Ord. Polit. *Imp. Rudolphi* II. *t. 35.* Conſtit. Crim. *Carolina Art. 110.* Differt autem injuria ſcripta à libello famoſo, qvod illa contumeliam tantum contineat, v. g. ſi qvis claudus, luſcus, indoctus, prodigus, obæratus in contumeliam ſcribitur: hic verò notabile aliqvod crimen impingit, ſive capitale ſit ſive ſecus. Neqve refert nomen ſcribentis expreſſum ſit, nec ne, *l. 5. §. ſi qvis 9. π. de injur.* Ord. *Imp. Pol. anno 1577. t. 35.* Hahn. *ad Weſenb. de injur. n. 19,* Atqve jure Romano tam componens, Libellus famoſus qvid diff. ab injuria ſcripta Pœna

qvàm divulgans pœna capitali afficitur, *l. un. C. de fam. libel.* Constitutione Carolina *Art. 110.* pœna talionis. Vsu fori pœna arbitraria *Carpz. Qv. Crim. 98.* & non nisi tricennali præscriptione tollitur, *Constit. El. S. 4, 46.* Gail. *2. O. 104.* Wurmſ. *1. O. 11. tit. 47.*

Infamia ut evitetur hic à reo

XIV. Infamia evitari potest primò, si judex in sententia pro rerum circumstantiis reservatoriam clausulam inserit: iedoch ohn Verletzung seiner Ehren / *c. cum. t. 23. X. de sent. & re jud.* Rec. *Imp. 1566. §. causas iujur.* Gail. *I. O. 65. 6.* Moller. *ad Const. 42. P. 4. n. 17.* Wesenb. *π. de his qvi not. n. 9.* Deinde si reus non ipse, sed per procuratorem compareat. *Wesenb. d. l.* Mynsing. *6. O. 11.* Deniqve si offerat pœnam ante sententiam, *idem ibid.* Gail. *2. O. 103, 5.* Coler. *ad c. 32. X. de sent.*

TIT. V.

DE OBLIGATIONIBVS (QVÆ) QVASI EX DELICTO (NASCVNTVR.)

I.

De delicta

HActenus de delictis ex dolo & prohæresi nocendi ortis: seqvitur alia species ex sola culpa, sine nocendi proposito commissorum, qvæ ob id *qvasi delicta* appellantur: suntqve iterum duplicis generis, aut enim proprie ex culpa *præcedente* oriuntur, aut ex *facto* illationē damni *consequente*, qvale est retentio aut receptio servi vel bestiæ nocentis, qvod aliqvam culpæ aut

duplicia

qvasi

qvasi ratihabitionis speciem continet, de priori hoc titulo agitur, de posteriori infra *tit. de noxalibus actionib.* & *si qvadrupes pauperiē fecisse dicatur.* Vtrūq; fundamentū in socialitate & æqvitate naturali habet, ut nostra conversatio aliis sive mediate sive immediate non sit noxia, *conf. Pufend. J. N. 3, 1, 6* Huc etiam pertinet obligatio ad indemnitatem ex ædibus aut operibus alteri damnosis, ex qva *Denunciatio novi operis* oritur, *V. t. π. de O. N. N.* & actio *de damno infecto*, Vid. *t. π. de damn. inf.* Exerc. *ad π.* XLII. infr. *lib. 4. t. 9.*

II. Primam speciem Imperator refert factum Judicis non jure procedentis aut judicantis, qvod qvum dupliciter fieri possit, aut data opera & dolo, verum est delictum & graviter punitur, de qvo *Novell. 124. c. 2.* & Auth. *novo jure C. de pœn. jud. qvi malè jud.* aut ex imperitia vel negligentia, & qvasi delictum est, obligans judicem litem suam facere, h. e. id qvod interest parti læsæ solvere, actione in factum. I. delictum judicis verum

Pr.

Si judex litem suam fecerit, non propriè ex maleficio obligatus videtur: sed qvia neqve ex maleficio, neqve ex contractu obligatus est, & utique peccasse aliqvid intelligitur, licet per imprudentiam; idcò videtur qvasi ex maleficio teneri; & in qvantum de ea re æqvum religioni judicantis videbitur, pœnam sustinebit. vel qvasi

Nec juvat judicem, qvod appellare potuisset læsus, neqve appellatio illam obligationem tollit, & deserta vel rejecta appellatione

actio hæc supereſt, *Innocent. in c. ſæpe 44. X. de appellat.* Sneidvv. *h. t.* Conf. Wurmſer. *Obſ. Pract. I, 1, 2.* Beſold. *ad Jus Wurtenb. t. 3.* Oldendorp. *de actione malè judicati*, qvæ ultima Claſſium eſt. Giſebert. *Peric. ſtat. 1, 15.* Simile

Syndicatus. eſt judicium *Syndicatûs*, qvanqvam de dolo magis, qvam de imperitia, generaliter tamen; Syndici enim & Syndicatores dicti Judices ſeu Commiſſarii adverſus Judices litem ſuam facientes, de qvo *Paris de Puteo.* conſ. *t. C. ut omnes judices poſt admin.* Ordin. *Cam. anni 1555. art. pen. §. ult.* Lauterb. *de Syndic. th.* XI. Sichard. *P. 5. Conſil. 1.* Strauch. *Exot. Exerc. X, 13. & 15.* Facit huc & Actio ex Edicto, *qvod qvisq; juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur t. π. qvod qvisq; jur.*

§. 1.

II. Effuſum *Item is, ex cujus cœnaculo, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in qvo gratis habitat, dejectum effuſumve aliqvid eſt, ita ut alicui noceret; qvaſi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intelligitur, qvia plerumq; ob alterius culpam tenetur, aut ſervi, aut liberi. Cui ſimilis eſt is, qvi eâ parte, qvâ vulgo iter fieri*

Dejectũ *ſolet, id poſitum aut ſuſpenſum habet, qvod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere: qvo caſu pœna decem au-*

Ad qvid *reorum conſtituta eſt actio. De eo verò, qvod dejectũ effuſumve eſt, dupli, qvantum damni datum ſit, conſtituta eſt actio. Ob hominem verò liberum occiſum, qvinqvaginta aureorum pœna conſtituitur. Si verò vivat, nocitumqve ei eſſe dicatur, qvantum*

ob

ob eam rem æqvum Judici videtur, actio datur. Judex enim computare debet mercedes medicis præstitas, ceteraq; impendia, qvæ in curatione facta sunt; præterea operas, qvibus caruit, aut carituras est, ob id qvod inutilis est factus.

Conf. *t.t. π. de his qvi effud. vel dejecerint* inprimis *l. 6. §. 2.* ubi ratio juris, qvod habitator suam suorumqve culpam præstare debet. *& l. 5. §. 4* de regressu hujus coutra effundentem. Nostro in foro freqventatur actio ex moribus in factum, non in duplum, sed ad simplicem æstimationem, & pro re nata ad pœnam arbitrariam, ut supra de L. Aqvilia. *Vid. Exerc. ad π.* XIX, 79.

§. 2.

Si filius familias seorsum à patre habitaverit, & qvid ex cœnaculo ejus dejectum effusumve fuerit, sive qvid positum suspensumve habuerit, cujus casus periculosus est, Juliano placuit, in patrem nullam esse actionem, sed cum ipso filio agendum esse. Qvod & in filiofamilias judice observandum est, qvi litem suam fecerit.

Ex culpa filiitam.

Conf. *l. 1. §. si filiusf. π. h. t. l. 5. §. 5. π. de O. & A.*

§. 3.

Item exercitor navis, aut cauponæ, aut stabuli, de dolo, (damno V. l. siqvis. 5. §. si. π. de O. & A.) aut furto, qvod in navi, aut caupona, aut stabulo factum erit, qvasi ex maleficio teneri videtur; si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicujus eorum, qvorum opera navem aut cauponam aut stabulum exercet. Cum enim neq; ex maleficio, neq; ex

Nautæ, caup.

contractu sit adversus eum constituta hic actio, & aliquatenus culpæ reus est, quod opera malorum hominum uteretur, ideo quasi ex maleficio teneri videtur. In his autem casibus in factum actio competit, quæ heredi quidem datur, adversus heredem autem non competit.

Ex facto suorum caupo ad duplum tenenetur, ex facto conhospitum in simplum, *l. 6. §. 3. π. naut. caup.* Conf. *Jus Pruten.* IV, *4, 1. 19.* Wurtenb. *2, 3.* quanquam illud discrimen non ubiq; hodie observatur. S. van. Leuwen *Cens. for. 30, 3.* V. Exerc. *ad π. 12. fi.* & supra *T. 28. §.* XI.

III. Hactenus de delictis privatis, consequens esset de criminibus publicis agere: sed placuit Imperatori prius modum agendi in judiciis civilibus exponere.

44. π. 7.
4. C. 10.

TIT. VI.

DE ACTIONIBVS

sive

de ordine prosequendi jus suum.

I.

Transitio.

SVpra tit. 2. lib. 1. ad finem tres partes hujus tractationis fecerat Imperator, de jure personarum, de jure rerum & de actionibus; priores duas perspeximus, tanquam duplicem omnium actionum fontem, sed & cuilibet speciei sua actio fuit assignata: Hic porrò de Actionibus & earum divisione in universum ita tractatur, ut modus & *ordo persequendi jus suum* exponatur, quâ

qvâ in parte verò multa sunt supplenda. Priores partes theoriam continent, hæc ipsam praxin.

II. Duplici autem via, qvam & naturalis & civilis ratio jubet, persequimurjus nostrũ aut *amicabili* tractatione, aut judiciario processũ. Tractatio amicabilis tripliciter fieri potest, aut *privatim*, aut per *arbitratores* utrinqve electos, aut interpositione judicis, in gütlicher Verhör. Qvos tres gradus etiam Salvator O. M. innuit, *Matth.* XVIII, *15. seqq.* Qvibus & qvarta species addi potest *Mediatorum*, qvi litigantibus *utro* se interponunt, eosqve auctoritate, rationibus, precibus ad transigendum permovere nituntur, Vid. *Pusend. J. N. G. 5, 13, 7.* Juris sui persecutio vel judicialis vel extrajudicialis. hæc triplex additur qvarta.

III. Arbitratores sunt, qvi tantum ad hoc eliguntur, ut amicabiliter ex æqvo & bono cautam componant, Schieds-Leuthe *Gail. 1. O. 150.* Spüdel. *h. v.* Sed *Arbitri* compromisso seu recepto electi, gewillkührte Richter: & compositionem amicabilem tentant, & postea servato juris ordine, ut judices aut commissarii in causa procedunt & *laudum* seu arbitrium, qvod in judice sententia dicitur, pronunciant. De qvibus *t π. de recept.* Vid. Exerc. *ad π.* XII. Arbitratores Arbitri

IV. Sive autem privatim, sive per arbitratores, sive per arbitros aut judicem ordinarium lis componatur, *transactio* oritur. Qvæ est conventio, qva in causa dubia reus aliqvid dare, facere promittit, actor vero liti movendæ renunciat. Cum verò & post motam litem usqvead rem judicatam transigi possit, ex parte Transactio qvid

actoris tum à lite mota receditur, *l. 65. §. 1. π. de condict. indeb.* Estqve vel simplex pactum, vel roboratum stipulatione aut jurejurando accedente, vel ipsa datione aut præstatione, *l. 2. π. de transact. L. cum proponas 21. C. de pact.* Et si verò ex nudo transactionis placito actio ex Jure Rom. denegata, *d. l. 21.* tamen Jure nostro ex omni pacto actio nascitur, *ut supra.*

qvotuplex

qvis transigat

V. Cum transactio speciem alienationis contineat, alieno nomine transigere nemo potest, nec procurator, nisi speciale habeat ad hoc mandatum, *l. 60. π. de procur.* nec tutor regulariter absqve decreto judicis, *l. 46. §. fi. π. de adm. tut. l. 22. C. de admin. tut.* Carpz. *5. Resp. 66.* Brunnem. *ad l. 2. C. de transact.*

de qvib. reb.

VI. Res transigibilis necessario est dubia & controversa h. e. non qvæ ignoratur, sed cujus certitudo ob causas utrinqve contrarias exqviri nondum potest. Hinc non inspectis tabulis testamenti, h. e. non cognitis testamenti verbis, transactio invalida est, *l. 6. π. de transact.* Carpz. *6. Resp. 13.* Ob favorem *alimentorum* transigitur valide judicialiter, *l. 8. π. & C. de transact.* Similiter & de matrimonio seu sponsalibus dissolvendis non nisi judicialiter transigi potest. *P. Heig. 2. Q. 16.* Carpz. *3. def. Eccl. 39. 41. & 2, 233.* De delictis & criminibus naturaliter transigi licet, *Covarruv. Var. Resol. 10. 7.* sed salvo jure Reip. & pœnæ, etiam infamiæ, *l. 4. seqq. π. de his qvi not. inf. l. 4. π. de jur. fisci. l. 18. C. de transact.* qvo jure utimur etiam in causa adulterii, *Carpz.*

Qv,

Qv. Crim. 72. & criminibus non capitalibus, *Clar. §. fi. q. 58* Carpz. *Qv. Cr. 118, 17.* Gail. *l. 0. 11, 18.*

VII. Oritur ex transactione obligatio ad dandum vel faciendum, qvod promissum est, indeqve *Actio in factum*, itemqve *Exceptio rei transactæ* contra resuscitatam actionem. Rescindi tamen aut impugnari potest, præter communes aliis qvoqve conventionibus causas, ob errorem calculi, nisi speciatim de hoc transactum *l. un. C. de err. calc.* Si per calumniam expressa, *l. 65. §. 1. de condict. indeb.* ob læsionem ultra dimidium ex *l. 2. C. de rescind. emt.* Constit. *El. S. 2, 34.* V. Exerc. *ad π. 9. 14. sqq.* Oldend. *de Except c. 42.* Brunnem. *consil. 97. sq.* Effectus. Contraria.

VIII. Judex semper præmittere debet amicabilem audientiam & transactionem tentare; etsi regulariter partes ad eam cogere neqveat; *Exerc. ad π. 9, 25.* eâ verò recusata processu judiciario lis aperitur, eoqve vel in foro communi, vel singulari, qvale aut ex partium electiqne constituitur, ut Arbitrorum, *de qvo supra N. 3. & infr. §. 1.* vel à judice sive ordinario sive superiore, velut *Commissariorum* seu delegatorum, *t. t. X. de delegatis.* Exerc. *ad π. V. 21.* Ruland. *Tr. de Commissariis.* Langius *de eod. argumento.* vel à lege ac more singulari, ut *Austregarum* forum, qvi ab arbitris differunt, qvod non electione partium, sed etiam inviti coram his conveniri possint; qvanqvam species qvædam eorum etiam ex arbitrio partium determinationem personarum recipiat, *Vid.* Judicialis compositio à amicab. Forum. comm. vel singulare Austregarum

Exerc. ad π. XII. *5.* Brunnem. *consil. 133. seqq.*

Judicii partes

IX. In utroqve judicio inprimis attendendum ad *personas* earumqve causas, & ad modum procedendi, finemqve conseqvendi suum sibive debitum. Personæ sunt vel *Principales*, Actor, Reus & Judex: vel *minus principales*: Procurator, Advocatus, Actuarius, Apparitor, &c. Jstæ ad substantiam judicii pertinent de Jure naturali atqve gentium: hæ non item, civili tamen poterunt.

ACTOR qvis

X. ACTOR est, qvi actionem in judicio instituit, qvà aliqvid fieri vel non fieri petit. Itaqve in illis contractibus vel qvasi, ex qvibus uterqve actionem habet, ut in communione rerum, finium, societatis, is qvi prior actionem instituit, actor habetur, in dubio sorte, constituitur, *l. 13. sq. π. de judic.*

Pr.

Actio qvid

Superest, ut de actionibus loqvamur: Actio autem nihil aliud est, qvam jus persequendi in judicio, qvod sibi debetur.

Conf. *l. 51. π. de O. & A. & L. pecuniæ. 178. π. de V. S.*

Causa qvid

XI. CAVSA est negotium, ex qvo oritur obligatio, jus & actio sive lis; qvanqvam & promiscuè usurpantur. Causa generatim versatur vel circa sacra vel profana, unde dividitur in *Ecclesiasticam* & *secularem*, sive politicam vel civilem, qvarum qvælibet habet suum forum, qvum civitas tota ex dnabus societatibus sacra & civili constet. Secularis porrò vel civilis

qvotuplex

vilis in ſpecie eſt, vel criminalis, in illa jus & intereſſe privatum verſatur, in hac pœna publica, de qva re in tit. *de publ. judiciis.* Civilis vel circa jus ipſum rerum verſatur, vel circa poſſeſſionem duntaxat, ex illa *Actio petitoria* oritur, de cujus ſpeciebus *h. t. & ſqq. V. §. 4. J. de Interd.* ex hac Interdictum ſeu actio poſſeſſoria, de qva *t. XV. de Interdictis.*

XII. Actiones in univerſum in ſex claſſes dividit Imperator, qvarum prima fundamentum habet in ipſo Jurisprudentiæ objecto, Jure circa perſonas & circa res, duplicii omnium actionum cauſa & origine. Actionum divisio

§. 1.

Omnium autem actionum qvibus inter aliqvos apud judices arbitrosve de qvacunq; re hoc eſt, juris objecto ſive circa perſonas vel circa res, *qværitur, ſumma diviſio in duo genera deducitur; aut enim IN REM ſunt, aut in PERSONAM.* ex J. Justin.

Conf. *l. 25. π. de O. & A.*

XIII. Ad priores autem etiam Præjudiciales referendas eſſe viſum Imperatori, *infra §. 13.* Id qvod circa ſervos, & filiosfam. qvoqve ſed veteri Qviritum; Jure, admitti facile poteſt, *vid. L. 1. π. de R. V.* & ſupra *T.* XII. *num.* IX. Sed uſu furi hodierni, & qvi cum jure naturæ & gentium magis convenit, rectius hæc ſumma actionum diviſio dicitur, qvod oriantur ex jure vel Præjudiciales qvæ

Alia diviſio ex J. N. & G.

circa

circa personas vel circa res, prius genus præjudicialium actionum est; posterius iterum duplex est, aut enim *ex jure reali* sive rei ipsi inhærente oritur, aut ex jure *personali*, sive ex facto hominis jus & obligationem personalem tantum producente.

Actiones personales reales.

Nam agit unusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio, quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas intendit adversarium EI DARE AVT FACRE OPORTERE, & aliis quibusdam modis. Aut cum eo agit, qui nullo ex utroque illorum *jure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam:* Quæ ipsa res obligata actori est vel jure dominii, vel pignoris & similiter; consequenter autem & ipse detentor ex ipsa detentione rei alienæ obligatus est ad restituendum, *Bonum enim & æquum est, rem meam, quæ ad te pervenit, mihi à te reddi*, ait Celsus *l. 32. de R. Cr.*

Quo casu pro litæ actiones in rem sunt: veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius SVAM ESSE affirmet, possessor autem dominum ejus se esse dicat. Nam si Titius suam esse intenuat, in rem actio est.

§. 2.

etiam de reb in corporalib.

Æquè, si agat quis, jus sibi esse fundo forte, vel ædibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eundi agendi, vel ex fundo vicini a-

ni aqvam ducendi, in rem actio est. Ejusdem generis est actio de jure prædiorum urbanorum, veluti, si qvis agat, jus sibi esse altius ædes suas tollendi, prospiciendive, vel projiciendi aliqvid vel immittendi tignum invicini ædes. Confessoria.

Contra qvoqve de usufructu, & de servitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorum urbanorum, invicem qvoqve proditæ sunt actiones: ut, si qvis intendat, jus non esse adversario utendi fruendi: eundi, agendi aqvamve ducendi: item altius tollendi prospiciendive vel projiciendi immittendive: istæ qvoqve actiones in rem sunt, sed negativæ. Negatoria

Qvod genus actionis in controversiis rerum corporalium proditum non est. Nam in his is agit, qvi non possidet: ei vero, qvi possidet, non est actio prodita, per qvam neget rem actoris esse. Sanè uno casu qvi possidet, nihilominus is actoris partes obtinet, sicut in latioribus digestorum libris opportunius apparebit. Actio negatoria an de reb corpor.

Scilicet in casu Interdicti *uti possidetis l. 1. §. 6. π. Vti possid.* ubi tamen *actio*, scilicet petitoria, Interdicto contradistinguitur, hîc verò & actiones extraordinarias, qvæ pro Interdictis competunt, comprehendit.

XIV. Præterea actionum realium aliæ ex Jure Civili, hoc est, XII. Tabb. legibus, Plebisscitis, SCtis aut Interpretatione Prudentum descendunt, & *civiles* appellantur, aliæ ex Edictis Stat divisio realium in civiles & Prætorias.

ctis Prætorum seu Jure honorario, & *Prætoria* vocantur, ex æqvitate naturali derivatæ.

§. 3.

Sed istæ qvidem actiones, qvarum mentionem habuimus, & si qvæ sunt similes, ex legitimis & civilibus causis descendunt: Aliæ autem sunt, qvas Prætor ex sua Jdictione comparatas habet tam in rem, qvam in personam: qvas & ipsas necessarium est exemplis ostendere. Vt ecce plerumqve ita permittit Prætor in rem agere, ut vel actor dicat, se qvasi usu cepisse, qvod non usu ceperit; vel ex diverso possessor dicat, adversarium suum non usu cepisse, qvod usu ceperis.

§. 4.

Publiciana actio

Namq; si cui ex justa causa res aliqva tradita fuerit (veluti ex causa emtionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & nec dum ejus rei dominus effectus est: si ejus rei possessionem casu amiserit, nullam habet in rem, directam actionem ad eam persequendam. Qvippe ita proditæ sunt Jure Civili actiones, ut qvis dominium suum vindicet. Sed qvia sanè durum erat, eo casu deficere actionem, inventa est, à Prætore actio, in qva dicit is, qvi possessionem amisit, eam rem se usu cepisse, qvam usu non cepit; & ita vindicat suam esse: qvæ actio Publiciana appellatur, qvoniam pri-

primum à Publicio Prætore in Edicto propoſita eſt.

Vid. *t. t. π. de publicia. in rem act.* & ſupra *lib. 2. t. 1. n. LVII. & t. 6. n. 2.*

§. 5.

Reſciſſoria

Rurſus ex diverſo, ſi quis cum Reipublicæ cauſâ abeſſet, vel in hoſtium poteſtate eſſet, rem ejus, qui in civitate eſſet, uſu ceperit, permittitur domino, ſi poſſeſſor Reipublicæ cauſa abeſſe deſierit, tunc intra annum reſciſſa uſu capione eam petere, id eſt, ita petere, ut dicat poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe. Qvod genus actionis qvibusdam & aliis ſimili æqvitate motus Prætor accommodat, ſicut ex latiore Digeſtorum ſeu Pandectarum volumine intelligere licet.

Vid. *l. 1. §. 1 l. 14. ſq. 31. π. ex qvib. cau. maj.* ſupra *lib. 2. t. 1. n. 58.*

qvæ ſit

XV. De his actionibus ſupra ſuis locis. De *reſciſoria* notandum ex communi interpretum ſententia uſu fori approbata, qvod iſta revera ſit ipſa Rei vindicatio, ſed cum remedio reſcindendi impedimenti eam inſtituendi conjuncta, qvod *judicium reſcindens*, illud *reſciſorium* appellant: hoc porrò nihil eſt aliud, qvam ſpecies reſtitutionis in integrum adverſus uſucapionem completam. Etſi verò utrumqve cumulari in libello poteſt atqve ſolet; nec improbatur tamen, ſi utrumqve ſeparatim inſtituatur. Atqve cum reſcindens ſit reſtitutio qvædam in integrum ex cauſa juſtæ abſentiæ, admittitur

Judicium reſcindens & reſciſorium

titur hoc, ut cæteræ restitutionis intra qvadriennium continuum, & postea actio pristina, qvam sub *Rescisoriæ* nomine hic intelligi volunt, intra annum utilem. *Schneidw. h. t.* P. Heig. *hic* Ge. Schulz. *eod.* Hahn. *ad Wesenb. π. qvib. caus. maj. n. 8. 9.*

§. 6.

Pauliana actio

Item, si qvis in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit, bonis ejus à creditoribus possessis ex sententia Præsidis, permittitur ipsis creditoribus, rescissa traditione, eam rem petere, id est, dicere eam rem traditam non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse.

XVI. Vocatur hæc actio in rem rescissoria, etiam *Pauliana, l. 38. §. in Favia π. de usur.* orta ex Edicto Prætoris, qvod refertur *l. 1. & l. 10. π. qvæ in fraud. cred.* ex qvo olim *Interdictum fraudatorium* dabatur, *l. 67. §. 2. ad SC. Treb. l. 96. π. de solut.* hodie *actio extraordinaria ex interdicto*, qvæ cum Pauliana eadem habetur, usu fori, *Oldend. Cl. 6. Act. 1.* Carpz. *dec. 224.* V. Exerc. *ad π.* XLVI. *51.*

§. 7.

Serviana & q.

Item Serviana & qvasi Serviana (qvæ etiam hypothecaria vocatur) ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt. Servianâ autem experitur qvis de rebus coloni, qvæ pignoris jure pro mercedibus fundi ei tenentur. Qvasi Serviana autem est, qva creditores pignora hypothecasve perse-

persequuntur. Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest. Nam de quare inter creditorem & debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata, utraq; hac appellatione continetur. Sed in aliis differentia est. Nam pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione nuda conventione tenetur, proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus Pignus & Hypotheca

Conf. *suprat. XV. §. l. 2.*

XVII. Hæc de actionibus realibus. Personales similiter vel ex Jure civili vel Prætorio oriuntur. Actiones personales recensitæ

§. 8.

In personam quoque actiones ex sua jurisdictione propositas habet Prætor: veluti, de pecunia constituta. Cui similis videbatur receptitia. Sed ex Nostra Constitutione, cum & si quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est, & ea quasi supervacua jussa est cum sua auctoritate à Nostris Legibus recedere. Item Prætor proposuit actionem de peculio servorum, filiorumq; familiarum; & eam, ex quâ quæritur, an actor juraverit: & alias complures, de quibus singulis in cujusq; sede dictum. de constituta pecun. L. 2. C. de constit. pec.

§. 9.

De constitutâ autem pecuniâ cum omnibus agitur, qvicunqve vel pro se, vel pro alio soluturos

se constituerint: nulla scilicet stipulatione interposita. Nam alioqui si stipulanti promiserint, Jure Civili tenentur.

Conf. *supra* 2, 14. *fi.* & 3, 21. *n.* 2.

§. 10.

De peculio

Actiones autem de peculio ideo adversus patrem dominumve comparavit Prætor: quia licet ex contractu filiorum, servorumve, ipso jure non teneantur: æquum tamen est peculio tenus (quod velut patrimonium est filiorum filiarumque, item servorum) condemnari eos.

Conf. *supra* 2, 29, 1. & 2, 12. *pr.* & 3. 29. *n.* 1.

§. 11.

de jurej.

Item si quis, postulante adversario, juraverit, deberi sibi pecuniam, quam peteret, neque ei solvatur; justissime accommodat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, sed an juraverit.

Conf. infr. de Juramenti delatione *tit. pen. IV. 38.*

§. 11.

De albo corrupto

De in jus vocando

Ne quis eum qui in jus.

Pœnales quoque actiones Prætor bene multas ex sua jurisdictione introduxit: velut adversus eum, qui quid ex Albo ejus corrupisset: & in eum, qui patronum vel parentem in jus vocasset, cum id non impetrasset: item adversus eum, qui vi exemerit eum, qui in jus vocaretur, cujusve dolo alius exemerit: & alias innumerabiles.

Conf. *t. t. ff. de jurisd. & alb. corr.* Itemque *de in jus voc.* ut &: *Ne quis eum.*

§. 13.

§. 13.

Præjudiciales actiones in rem esse videntur, magis qvam in personam, qvia non oriuntur ex conventione aut maleficio, sed ex jure in hærente subjecto, qvod petitur. *qvales sunt, per qvas qværitur, an aliqvis liber, an libertus sit, vel de partu agnoscendo.* Cùm verò subjectum istud sit non res, sed persona, etiam libera, verius est præjudiciales actiones separatum genus constituere; cæteroqvin & ipsæ vel civiles esse possunt origine, vel Prætoriæ. *Ex qvibus ferè* (Cujac. certè.) *una illa legitimam* (civilem,) *causam habet, per qvam qværitur, an aliqvis liber sit? cæteræ ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt.* Præjudiciales qvæ

Conf. *supra t. 12, pen.*

XVII. Discrimen actionum realium & personalium partim ex origine jam tum exposita, juris in re & ad rem, apparet, partim, ex formulis petendi propriis. Realium est: *Suam rem esse, & restituendam. §. 1. sq. h. t.* Personalium: *Eum dare oportere.* Sive prout à Prætore formula actionis dari solebat: *Si appareat, eum dare oportere.* Formulæ realium & personalium.

§. 14.

Sic itaq; discretis actionibus, certum est, non posse actorem suam rem ita ab aliqvo petere, si apparet eum dare oportere. Nec enim qvod actoris est, id ei dari oportet: scilicet, qvia de iis Reg

dari: cuiqvam id intelligitur, qvod ita datur, ut ejus fiat: nec res, qvæ jam actoris, magis ejus fieri

Exc. in furto. *potest. Plane odio furum, qvo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra pœnam dupli aut qvadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur, si appareat eos dare oportere: qvamvis sit adversus eos etiam hæc in rem actio, per qvam rem suam qvis esse petit.*

Conf. *t. π. de condict. furt.*

§. 15.

Nomina utriusq; generis, Vindicatio, Condictio. *Appellamus autem in rem qvidem actiones, vindicationes: in personam verò actiones, qvibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim est denunciare, priscâ linguâ. Nunc verò abusivè dicimus, condictionem actionem in personam esse, qvâ actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit.*

De Denunciationum solennitate vid. *t. C. Th. de Denunciat. 2. 4.* & infra *h. t. ad §. 25.*

II. Divisio actionum in rei persecutorias pœnales & mixtas XVIII. Altera divisio actionum sequitur, qvæ ab objecto cujusvis actionis proprio arcessita, *re* scilicet, latè acceptâ voce, ut & personas comprehendat; & *pœnâ*, ex conventione aut maleficio vero vel qvasi debita. Hinc aliæ rei persecutoriæ sunt, qvò & præjudiciales suo modo referuntur, aliæ pœnales, aliæ utramqve persequuntur & mixtæ appellantur.

§. 16.

§. 16.

Sqvens illa divisio est, qvod qvædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt, qvædam pœnæ persequendæ, qvædam mistæ sunt. exempla

§. 17.

Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earum verò actionum, qvæ in personam sunt, eæ qvidem, qvæ ex contractu nascuntur, fere omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur: veluti, quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. rei persecut.

Plane pœnal. si depositi agatur eo nomine, qvod tumultus incendii, ruinæ, naufragii causa depositum sit, & in duplum actionem Prætor reddit: si modo cum ipso, apud qvem depositum sit; aut cum herede ejus, de dolo ipsius, agitur: qvo casu mista est actio. mixtor.

§. 18.

Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt; aliæ tam pœnæ, qvàm rei persequendæ, & ob id mistæ sunt. Pœnam enim tantum persequitur qvis actione furti. Sive enim manifesti agatur, qvadrupli; sive non manifesti dupli; de sola pœna agitur. nam ipsam rem propria actione persequitur qvis, id est, suam esse petens: sive fur ipse eam rem possideat, sive alius qvilibet. Eo

amplius adversus furem etiam condictio est rei.

Conf. supra t. de obl. ex delict. § 19.

§. 19.

Vi autem bonorum raptorum actio mista est, qvia in quadruplo rei persecutio continetur: pœna autem tripli est. Sed & Legis Aquiliæ actio de damno injuria dato, mista est: non solum, si adversus infitiantem in duplum agatur, sed interdum & si in simplum qvisqve agat: veluti si qvis hominem claudum aut luscum occiderit, qvi in eo anno integer & magni pretii fuerit: tanti enim damnatur, qvanti is homo eo in anno plurimi fuerit, secundum jam traditam divisionem. Item mista est actio contra eos, qvi relicta sacrosanctis Ecclesiis vel aliis venerabilibus locis, legati vel fidei commissi nomine, dare distulerint: usqve adeo, ut etiam in judicium vocarentur. tunc enim & ipsam rem, vel pecuniam, qvæ derelicta est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna, & ideo in duplum ejus sit condemnatio.

Conf. *supra* 4, 1, 9. & t. 2. *sq.*

mixtæ alii ter dictæ

XIX. Aliter mixtæ dicuntur actiones, ratione causæ unde producuntur: qvum enim, ut dictum, reales ex jure in re personales ex jure ad rem seu obligatione personæ, oriantur; dantur etiam actiones, qvæ utrumqve simul perseqvuntur, h. e. rem ipsam jure dominii aut pigno-

pignoris, & præſtationes perſonales, damnorum, impenſarum &c.

Conf. *ſupra 3, 18, 5. & l. 37. §. 1. π. de O. & A.*

§. 20.

Quædam actiones miſtam cauſam obtinere videntur, tam in rem, qvam in perſonam: qvalis eſt familiæ erciſcundæ actio, qvæ competit coheredibus de dividenda hereditate. Item communi dividundo, qvæ inter eos redditur, inter qvos aliqvid commune eſt, ut id dividatur. Item finium regundorum actio, qva inter eos agitur, qvi confines agros habent. In qvibus tribus judiciis permittitur judici, rem alicui ex litigatoribus ex bono & æqvo adjudicare: &, ſi unius pars prægravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare. qvæ & duplices dicæ

Vid. ſupra *t. de oblig. ex q. contractu.* & infra *t. de off. jud.*

XX. Tertiæ diviſionis fundamentum eſt itidem objectum cujusvis actionis, qvod vel principale, vel accesſorium, ſive res ipſa, & id qvod *intereſt*, qvo & pœna contineri poteſt, ideoqve hæc cum ſecunda diviſione hactenus convenit. III. Divi. ſio in ſimplum usqve ad qvadrupl.

Conf. ſupra *tit. 1. n. 4. hujus libri.*

§. 21.

Omne autem actiones vel in ſimplum conceptæ ſunt, vel in triplum, vel in qvadruplum, ulterius autem nulla actio extenditur.

§. 22.

earum ex empla in simplum

In simplum agitur: veluti ex stipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis quam furtivis causis.

§. 23.

in duplum

In duplum agimus: veluti furti nec manifesti, damni injuriæ ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam causis. Item servi corrupti: quæ competit in eum, cujus hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriose vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo servus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum est, secundum ea, quæ supra diximus.

§. 24.

in triplum

Tripli verò agimus, cum quidam majorem verâ æstimatione quantitatem in libello conventionis inserunt, ut ex hac causa viatores, id est, executores litium, ampliorem summam sportularum nomine exigerent. tunc enim id, quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, in triplum ab actore consequetur: ut in hac triplo etiam simplum, in quo damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in vestro Codice fulget, quam procul dubio certum est ex lege conditicia emanare.

§. 25.

§. 25.

Qvadrupli autem agitur, veluti furti manifesti: item de eo, qvod metus causa factum sit; eadem qve ea pecunia, qvæ in hoc data sit, ut is, cui datur, calumniæ causa negotium alicui faceret, vel non faceret. Item ex lege condictitia nostra constitutio oritur, in qvadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qvi contra nostræ Constitutionis normam â reis qvicqvam exegerint.

in qvadruplum

Lex condictitia qvæ sit, nondum exposi- Lex condictitia qvæ
tum est: sed textus violenta Aristarchi acie à Cujacio tentatus. Verum desperantes his remediis utuntur. Videtur fuisse Lex de condictione seu denunciatione litis, non qvam hodie vocamus, sed qvæ à Marco Antonino Philosopho introducta, teste S. Aurelio Victore: *Legum ambigua mirè distincta, vadimoniorumqve solenni remoto, denunciandæ litis opperiendæqve ad diem, commodè jus introductum.* Scilicet actionem alteri illaturus, impetratam olim, reo denunciare seu insinuare solenniter apud acta debebat, qvæ citato per apparitores, solutis *sportulis*, reo publicabatur, & postea intra certum tempus partes allegationes suas judici proponebant, & cognitio causæ demum seqvebatur, ut apparet ex *C. Th. de denunciation.* Festi Epitome: *Condictio, est in diem certam ejus rei, qva de agitur, denunciatio.* Hæ denunciationum ambages, in Codice Justinianeo

repetitæ prælectionis, qvo utimur, sublatæ sunt; unde est, qvod in eo neqve vetus Lex condictitia, neqve qvæ ex ea emanarunt constitutiones Justiniani extant.

§. 26.

In duplum per inficiationem

Sed furti qvidem nec manifesti actio, & servi corrupti, à ceteris, de qvibus simul locuti sumus, eo differunt, qvod hæ actiones omnimodo dupli sunt: at istæ, (id est, damni injuriæ ex Lege Aquilia, & interdum depositi) inficiatione duplicantur: in confitentem autem in simplum dantur. Sed illa, qvæ de iis competit, qvæ relicta venerabilibus locis sunt, non solum infitiatione duplicatur, sed etiam si distulerit relicti solutionem usqve qvo jussu magistratuum conveniatur. In confitentem verò, antequam jussu magistratuum conveniatur, solventem, simpli redditur.

§. 27.

singulare in qvod m. c.

Item, actio de eo, qvod metus causa factum sit, à ceteris, de qvibus simul locuti sumus, eo differt, qvod ejus naturâ tacitè continetur, ut, qvi judicis jussu ipsam rem actori restituat, absolvatur: qvod in ceteris casibus non est ita: sed omnimodo qvisqve in qvadruplum condemnatur, qvod est & in furti manifesti actione.

IV. divisio in B. F. stricti juris & arbitrar.

XXI. Supra T. XIV. n. XI. contractus alii bonæ fidei, alii stricti juris dicuntur: hinc actiones qvoqve duplicis generis oriuntur: cui accedit & tertium genus, Arbitrarium, *V. A. Faber*

ber C. 4, 2, 6. Divisionis hujus qvartæ fundamentum ex jure Romanorum Formulario arcessendum, in *actionibus* enim *stricti juris* judex impetratæ Formulæ præcise inhærere tenebatur, neqve ex officio qvid supplere: secus in reliqvis, *bonæ* scilicet *fidei* & arbitrariis, qvæ ita differunt, ut in his ipsa petitio principalis sit in arbitrio judicis, in illis accessoriè. Regulariter autem & naturali atqve gentium jure interpretatio atqve dijudicatio cujuscunqve negotii fieri debet secundum naturam negotii; qvum porrò natura negotii qvædam per se, ut naturalia seu accidentia ἀχώρισα, contineat, qvæ non expressa, tamen insunt, idcirco *regulariter bona fide* interpretatio fit, illudqve actum gestum præsumitur, qvod natura inest, & ita condemnatio fit etiam in non expressa & incerta, ut est τὸ interesse, damna & lucra. Itaqve & naturali & civili jure etiam contractus, alterutrius causa principaliter initi, qvos *beneficos* vocat Grotius, ut mandatum, depositum, commodatum, bonæ fidei sunt, contra qvam Pusend. *J. N. 5, 2, 8.* existimat. Excipitur autem ab hâc regula primò si lex civilis naturam negotii alicujus ita restringit, ut præter essentialia eaqve expressa in conventione nihil prætererea insit, qvale est de Jure Rom. Mutuum & Stipulatio, & inde orræ actiones stricti juris, *Condictio certi* ex mutuo, & actio ex stipulatu. Secundò, si lex civilis laxat judicis potestatem, & determinationem controversiæ instantis facti circumstantiis arbitrio judicis

fundamentum ex J. Rom. & diff. B. F. & arbitr.

Fundam. ex J. N. & G.

Regula, de B. F. action.

(Contractus benefici)

Exc. 1. de stricti juris

2. de arbitrariis

judicis committit. *V. Menoch. de arbitrariis judicum quæstionibus.*

§. 28.

Actionum autem quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti juris. Bonæ fidei sunt hæ: ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, communi dividundo, præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, & ea, quæ ex permutatione competit, & hereditatis petitio. Quamvis enim usque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei judicia connumeranda hereditatis petitio esset, annon: nostra tamen constitutio aperte eam esse bonæ fidei disposuit.

Vid. *l. ult. C. de her. petit.*

§. 29.

Rei uxoriæ actio in ex stipulatu transfusa.

Fuerat antea & rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei judiciis: sed, cum pleniorem esse ex stipulatu actionem invenientes, omne jus, quod res uxoria antea habebat, cum multis divisionibus, in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerimus; merito rei uxoriæ actione sublata, ex stipulatu actio, quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei judicii tantum in exactione dotis meruit, ut bonæ fidei sit: sed & tacitam ei dedimus hypothecam: Præferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa mulier

mulier de dote sua experiatur, cujus solius providentia hoc induximus.

Vid. *d. l. un. C. de rei un. act.*

§. 30.

In bonæ fidei judiciis libera potestas permitti videtur judici ex bono & æquo æstimandi, quantum actori restitui debeat. In quo & illud continetur, ut si quid invicem præstare actorem oporteat, eo compensato, in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in stricti juris judiciis ex rescripto divi Marci, opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur. Sed nostra constitutio easdem compensationes, quæ jure aperto nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso jure minuant, sive in rem, sive inpersonam, sive alias qualescunque: excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sane iniquum esse credimus: ne sub prætextu compensationis depositarum rerum quis ex actione defraudetur. de potestate & officio Judicis in his actionib. Compensatio

Vid. *l fin. C. de compens.*

§. 31.

Præterea quasdam actiones arbitrarias, id est, ex arbitrio judicis pendentes, appellamus, in quibus, nisi arbitrio judicis is, cum quo agitur, actori satisfaciat: veluti, rem restituat, vel exhibeat, vel solvat, vel ex noxali causa servum dedat, condemnari debeat. Sed istæ actiones tam in rem, quam in personam inveniuntur. In rem: veluti, Arbitrariæ actiones. in rem

Publi-

dari: cuiqvam id intelligitur, qvod ita datur, ut ejus fiat: nec res, qvæ jam actoris, magis ejus fieri Exc. in furto. *potest. Plane odio furum, qvo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra pœnam dupli aut qvadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur, si appareat eos dare oportere: qvamvis sit adversus eos etiam hæc in rem actio, per qvam rem suam qvis esse petit.*

Conf. *t. π. de condict. furt.*

§. 15.

Nomina utrius q; generis, Vindicatio, Condictio. *Appellamus autem in rem qvidem actiones, vindicationes: in personam verò actiones, qvibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim est denunciare, priscâ linguâ. Nunc verò abusivè dicimus, condictionem actionem in personam esse, qvâ actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit.*

De Denunciationum solennitate vid. *t. C. Th. de Denunciat. 2. 4.* & infra *h. t. ad §. 25.*

II. Divisio actionum in rei persecutorias pœnales & mixtas. XVIII. Altera divisio actionum sequitur, qvæ ab objecto cujusvis actionis proprio arcessita, *re* scilicet, latè acceptâ voce, ut & personas comprehendat; & *pœnâ*, ex conventione aut maleficio vero vel qvasi debita. Hinc aliæ rei persecutoriæ sunt, qvò & præjudiciales suo modo referuntur, aliæ pœnales, aliæ utramqve persequuntur & mixtæ appellantur.

§. 16.

§. 16.

Seqvens illa divisio est, qvod qvædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt, qvædam pœnæ persequendæ, qvædam mistæ sunt. exempla

§. 17.

Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earum verò actionum, qvæ in personam sunt, eæ qvidem, qvæ ex contractu nascuntur, fere omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur: veluti, quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. rei persecut. *plane pœnal. si depositi agatur eo nomine, qvod tumultus incendii, ruinæ, naufragii causa depositum sit,* & *in duplum actionem Prætor reddit: si modo cum ipso, apud qvem depositum sit; aut cum herede ejus, de dolo ipsius, agitur: qvo casu mista est actio.* mixtor.

§. 18.

Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt; aliæ tam pœnæ, qvàm rei persequendæ, & ob id mistæ sunt. Pœnam enim tantum persequitur qvis actione furti. Sive enim manifesti agatur, qvadrupli; sive non manifesti dupli; de sola pœna agitur. nam ipsam rem propria actione persequitur qvis, id est, suam esse petens: sive fur ipse eam rem possideat, sive alius qvilibet. Eo

amplius adversus furem etiam condictio est rei.

Conf. supra t. de obl. ex delict. § 19.

§. 19.

Vi autem bonorum raptorum actio mista est, quia in quadruplo rei persecutio continetur: pœna autem tripli est. Sed & Legis Aquiliæ actio de damno injuria dato, mista est: non solum, si adversus infitiantem in duplum agatur, sed interdum & si in simplum quisque agat: veluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer & magni pretii fuerit: tanti enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi fuerit, secundum jam traditam divisionem. Item mista est actio contra eos, qui relicta sacrosanctis Ecclesiis vel aliis venerabilibus locis, legati vel fidei commissi nomine, dare distulerint: usque adeo, ut etiam in judicium vocarentur. tunc enim & ipsam rem, vel pecuniam, quæ derelicta est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna, & ideo in duplum ejus fit condemnatio.

Conf. *supra* 4, 1, 9. & t. 2. *sq.*

mixtæ aliter dictæ

XIX. Aliter mixtæ dicuntur actiones, tatione causæ unde producuntur: qvum enim, ut dictum, reales ex jure in re personales ex jure ad rem seu obligatione personæ, oriantur; dantur etiam actiones, qvæ utrumqve simul persequntur, h. e. rem ipsam jure dominii aut pigno-

pignoris, & præſtationes perſonales, damnorum, impenſarum &c.

Conf. *ſupra 3, 18, 5. & l. 37. §. 1. π. de O. & A.*

§. 20.

Quædam actiones miſtam cauſam obtinere videntur, tam in rem, qvam in perſonam: qvalis eſt familiæ erciſcundæ actio, qvæ competit coheredibus de dividenda hereditate. Item communi dividundo, qvæ inter eos redditur, inter qvos alqvid commune eſt, ut id dividatur. Item finium regundorum actio, qva inter eos agitur, qvi confines agros habent. In qvibus tribus judiciis permittitur judici, rem alicui ex litigatoribus ex bono & æqvo adjudicare: &, ſi unius pars prægravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare. qvæ & duplices dicitæ

Vid. ſupra *t. de oblig. ex q. contractu.* & infra *t. de off. jud.*

XX. Tertiæ diviſionis fundamentum eſt itidem objectum cujusvis actionis, qvod vel principale, vel accesſorium, ſive res ipſa, & id qvod *intereſt*, qvo & pœna contineri poteſt, ideoqve hæc cum ſecunda diviſione hactenus convenit. III. Diviſio in ſimplum usqve ad qvadrupl.

Conf. ſupra *tit. 1. n. 4. hujus libri.*

§. 21.

Omnes autem actiones vel in ſimplum conceptæ ſunt, vel in triplum, vel in qvadruplum, ulterius autem nulla actio extenditur.

§. 22.

earum exempla in simplum

In simplum agitur: veluti ex stipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis quam plurimis causis.

§. 23.

in duplum

In duplum agimus: veluti furti nec manifesti, damni injuriæ ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam causis. Item servi corrupti: quæ competit in eum, cujus hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriosè vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo servus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum est, secundum ea, quæ supra diximus.

§. 24.

in triplum

Tripli verò agimus, cum quidam majorem verâ æstimatione quantitatem in libello conventionis inserunt, ut ex hac causa viatores, id est, executores litium, ampliorem summam scrutularum nomine exigerent, tunc enim id, quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, in triplum ab actore consequetur: ut in hac triplo etiam simplum, in quo damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in nostro Codice fulget, quam procul dubio certum est ex lege condictitia emanare.

§. 25.

§. 25.

Qvadrupli autem agitur, veluti furti manifesti: item de eo, qvod metus causa factum sit; atque ea pecunia, qvæ in hoc data sit, ut is, cui datur, calumniæ causa negotium alicui faceret, vel non faceret. Item ex lege condictitia nostra constitutio oritur, in qvadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qvi contra nostræ Constitutionis normam à reis qvicqvam exegerint. in qvadruplum

Lex condictitia qvæ sit, nondum exposi- Lex condictitia qvæ
tum est: sed textus violenta Aristarchi acie à Cujacio tentatus. Verum desperantes his remediis utuntur. Videtur fuisse Lex de condictione seu denunciatione litis, non qvam hodie vocamus, sed qvæ à Marco Antonino Philosopho introducta, teste S. Aurelio Victore: *Legum ambigua mirè distincta, vadimoniorumqve solenni remoto, denunciandæ litis opperiendæqve ad diem, commodè jus introductum.* Scilicet actionem alteri illaturus, impetratam olim, reo denunciare seu insinuare solenniter apud acta debebat, qvæ citato per apparitores, solutis *sportulis*, reo publicabatur, & postea intra certum tempus partes allegationes suas judici proponebant, & cognitio causæ demum seqvebatur, ut apparet ex *C. Th. de denunciation.* Festi Epitome: *Condictio, est in diem certam ejus rei, qva de agitur, denunciatio.* Hæ denunciationum ambages, in Codice Justinianeo

repetitæ prælectionis, qvo utimur, sublatæ sunt; unde est, qvod in eo neqve vetus Lex condictitia, neqve qvæ ex ea emanarunt constitutiones Justiniani extant.

§. 26.

In duplum per inficiationem

Sed furti qvidem nec manifesti actio, & servi corrupti, à ceteris, de qvibus simul locuti sumus, eo differunt, qvod hæ actiones omnimodo dupli sunt: at istæ, (id est, damni injuriæ ex Lege Aquilia, & interdum depositi) inficiatione duplicantur: in confitentem autem in simplum dantur. Sed illa, qvæ de iis competit, qvæ relicta venerabilibus locis sunt, non solum infitiatione duplicatur, sed etiam si distulerit relicti solutionem usqve qvo jussu magistratuum conveniatur. In confitentem verò, anteqvam jussu magistratuum conveniatur, solventem, simpli redditur.

§. 27.

singulare in qvod m. c.

Item, actio de eo, qvod metus causa factum sit, à ceteris, de qvibus simul locuti sumus, eo differt, qvod ejus naturâ tacitè continetur, ut, qvi judicis jussu ipsam rem actori restituat, absolvatur: qvod in ceteris casibus non est ita: sed omnimodo qvisqve in qvadruplum condemnatur, qvod est & in furti manifesti actione.

IV. divisio in B. F. stricti juris & arbitrar.

XXI. Supra T. XIV. n. XI. contractus aliii bonæ fidei, alii stricti juris dicuntur: hinc actiones qvoqve duplicis generis oriuntur: cui accedit & tertium genus, Arbitrarium, *V. A. Faber*

ber C. 4, 2, 6. Divisionis hujus qvartæ fundamentum ex jure Romanorum Formulario arcessendum, in *actionibus* enim *stricti juris* judex impetratæ Formulæ præcise inhærere tenebatur, neqve ex officio qvid supplere: secus in reliqvis, *bonæ* scilicet *fidei* & arbitrariis, qvæ ita differunt, ut in his ipsa petitio principalis sit in arbitrio judicis, in illis accessorie. Regulariter autem & naturali atqve gentium jure interpretatio atqve dijudicatio cujuscunqve negotii fieri debet secundum naturam negotii; qvum porrò natura negotii qvædam per se, ut naturalia seu accidentia ἀχώρισα, contineat, qvæ non expressa, tamen insunt, idcirco *regulariter bona fide* interpretatio fit, illudqve actum gestum præsumitur, qvod natura inest, & ita condemnatio fit etiam in non expressa & incerta, ut est ℔ interesse, damna & lucra. Itaqve & naturali & civili jure etiam contractus, alterutrius causa principaliter initi, qvos *beneficos* vocat Grotius, ut mandatum, depositum, commodatum, bonæ fidei sunt, contra qvam Pufend. *J. N. 5, 2, 8.* existimat. Excipitur autem ab hâc regula primò si lex civilis naturam negotii alicujus ita restringit, ut præter essentialia eaqve expressa in conventione nihil prætererea insit, qvale est de Jure Rom. Mutuum & Stipulatio, & inde ortæ actiones stricti juris, *Condictio certi* ex mutuo, & actio ex stipulatu. Secundò, si lex civilis laxat judicis potestatem, & determinationem controversiæ instantis facti circumstantiis arbitrio judicis

fundamentum ex J. Rom.

& diff. B. F. & arbitr.

Fundam. ex J. N. & G.

Regula, de B. F. action.

(Contractus benefici)

Exc. 1. de stricti juris.

2. de arbitrariis

judicis committit. *V. Menoch. de arbitrariis judicum quæstionibus.*

§. 28.

Actionum autem quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti juris. Bonæ fidei sunt hæ: ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, communi dividundo, præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, & ea, quæ ex permutatione competit, & hereditatis petitio. Quamvis enim usque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei judicia connumeranda hereditatis petitio esset, annon: nostra tamen constitutio aperte eam esse bonæ fidei disposuit.

Vid. *l. ult. C. de her. petit.*

§. 29.

Rei uxoriæ actio in ex stipulatu transfusa.

Fuerat antea & rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei judiciis: sed, cum pleniorem esse ex stipulatu actionem invenientes, omne jus, quod res uxoria antea habebat, cum multis divisionibus, in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, transfulerimus; merito rei uxoriæ actione sublata, ex stipulatu actio, quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei judicii tantum in ea actione dotis meruit, ut bonæ fidei sit: sed & tacitam ei dedimus hypothecam: Præferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa mulier

mulier de dote sua experiatur, cujus solius providentia hoc induximus.

Vid. *d. l. un. C. de rei un. act.*

§. 30.

In bonæ fidei judiciis libera potestas permitti videtur judici ex bono & æquo æstimandi, quantum actori restitui debeat. In quo & illud continetur, ut si quid invicem præstare actorem oporteat, eo compensato, in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in stricti juris judiciis ex rescripto divi Marci, opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur. Sed nostra constitutio easdem compensationes, quæ jure aperto nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso jure minuant, sive in rem, sive in personam, sive alias quascunque: exceptæ sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sane iniquum esse credimus: ne sub prætextu compensationis depositarum rerum quis ex actione defraudetur.

de potestate & officio Judicis in his actionib. Compensatio

Vid. *l fin. C. de compens.*

§. 31.

Præterea quasdam actiones arbitrarias, id est, ex arbitrio judicis pendentes, appellamus, in quibus, nisi arbitrio judicis is, cum quo agitur, actori satisfaciat: veluti, rem restituat, vel exhibeat, vel solvat, vel ex noxali causa servum dedat, condemnari debeat. Sed istæ actiones tam in rem, quam in personam inveniuntur. In rem: veluti,

Arbitrariæ actiones.

in rem

Publi-

Publiciana, Serviana de rebus coloni, qvasi Servi-
in perso- *ana, qvæ etiam hypothecaria vocatur. In perso-*
nam *nam: veluti, qvibus de eo agitur, qvod vi aut metus causa, aut dolo malo factum est: Item, cum id, qvod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibendum qvoqve actio ex arbitrio judicis pendet. In his enim actionibus, & ceteris similibus permittitur judici ex bono & æqvo, secundum cujusqve rei, de qva actum est, naturam æstimare, qvemadmodum actori satisfieri oporteat.*

XXII. Cum itaqve duplex sit objectum, qvod in actione petitur, aut certæ qvantitatis, aut incertæ, ut in *condictionibus incerti*, in his officium judicis & bona fides versatur:

§. 32.

V. Divi- *Curare autem debet judex, ut omnino, qvan-*
sio in pe- *tum possibile ei sit, certa pecunia vel rei sententiam*
titiones *ferat; etiamsi de incerta qvantitate apud eum*
certi vel *actum est.*
incerti.

Vid. *l. C. de sent. qvæ sine certa qvantit.*

XXIII. Etsi verò incertum Peti potest, plus tamen, qvam certo debetur, peti non debet.

§. 33.

Pluspe- *Si qvis agens, intentione sua plus complexus*
titio. *fuerit, qvam ad eum pertineat, causa cadebat, id*
Reg. *est, rem amittebat: nec facile in integrum restitue-*
Ampl. *batur à Prætore, nisi minor erat viginti qvinqve annis.*

annis. Huic enim, ſicut in aliis cauſis, cauſa cognita, ſuccurrebatur, ſi lapſus juventute fuerat; ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat. Exc. 1. *Sanè, ſi tam magna cauſa juſti erroris intervenichat, ut etiam conſtantiſſimus quisque labi poſſet, etiam majori viginti quinque annis ſuccurrebatur: veluti ſi quis totum legatum petierit, poſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati ademta ſit, aut quibusdam aliis legata data ſint: quæ efficiebant, ut plus petiiſſe videretur petitor, quam dodrantem: atque ideo Lege Falcidia legata minuebantur.* Exc. 2. *Plus autem quatuor modis petitur: re, tempore, loco & cauſa. Re; veluti, ſi quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit: aut ſi is, cujus ex parte res eſt, totam eam, vel majorem partem ſuam eſſe intenderit. Tempore; veluti, ſi quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Quia enim ratione, qui tardius ſolvit, quam ſolvere deberet, minus ſolvere intelligitur; eadem ratione, qui præmature petit, plus petere videtur. Loco plus petitur, veluti, quum quis id, quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt: verbi gratia, ſi is, qui ita ſtipulatus fuerit, Epheſi dare ſpondes? Roma pure intendat ſibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia utilitatem, quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolveret, adimit ei pura intentione. Propter quam cauſam alio loco petenti arbitraria actio proponitur, in qua ſcilicet ratio habetur utilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet,* Pluspetitio quadruplex

isset, si illo loco solveret, quo se soluturum spopondit. Quæ utilitas plerumque in mercibus maxima invenitur, veluti, vino, oleo, frumento: quæ per singulas regiones diversa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus sub eisdem usuris fœnerantur. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat, in quo ut sibi detur, stipulatus est, pura actione recte agit: idque etiam Prætor monstrat: scilicet, quia utilitas solvendi salva est promissori. Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus est, qui causa plus petit: ut ecce, si quis ita à te stipuletur, Hominem Stichum: aut decem aureos dare spondes? deinde alterum petat: veluti, hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis, promissoris est electio, utrum pecuniam an hominem solvere malit. Qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit electionem adversario: & eo modo suam quidem conditionem meliorem facit, adversarii vero sui deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est actio, ut quis intendat: Hominem Stichum aut aureos decem sibi dari oportere, id est, eodem modo peteret, quo stipulatus est. Præterea, si quis generaliter homines stipulatus sit, & specialiter Stichum petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat; plus

petere

petere intelligitur, quia eâ actionem adversario tollit, cui stipulationis jure liberum fuit, aliud solvere, quam quod peteretur. Quin etiam licet vilissimum sit, quod quis petat, nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, ut promissori facilius sit illud solvere, quod majoris pretii est. Sed hæc quidem antea in usu fuerant: postea vero Lex Zenoniana & nostra rem coarctavit. Et si quidem tempore plus fuerit petitum, quid statui oporteat, Zenonis divæ memoriæ loquitur Constitutio. Sin autem quantitate, vel alio modo plus fuerit petitum; in omne, si quod forte damnum ex hac causa acciderit, ei, contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione (sicut supra diximus) puniatur.

Vid. *t. C. de plus petit.*

XXIV. Verum enim vero usu fori pœna plus petentium non solet frequentari, sed si quid interest, ad hoc & expensas tenetur actor, *Vid. Coler. Decis. 265.* Consil. Marpurg. *Vol. 4. Cons. 37, 692.* Schulz. *hic.* Sed & Actu *in causa Wurzburg contra Onolsbach, super Kizingen. A. 1629. p. 158. & 288.* usus fori

§. 34.

Si minus in intentione sua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti, si quum ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut si quum totus fundus ejus esset, partem dimidiam suam esse petierit: sine periculo agit. in reliquum enim Minus petitio

nihilominus judex adversarium eodem judicio (ei) condemnat ex constitutione divæ memoriæ Zenonis.

Emendatio libelli

XXV. Ait: *eodem judicio:* ergo post acceptum judicium *libellum emendare* licet Jure Romano. *Conf. l. 3. C. de edendo.* qvod interpretes restringunt *ad litis contestationem.* Jure Saxonico etiam usqve ad præstitam tantum Gvarandam, *J. Prov. Sax. 3, 14.* Municip. *A. 40.* Wehner. *Obs. Pr. voc.* Gewâhr / qvâ non petitâ, itidem usqve ad Litis contestationem, *Constist. El. Sax. XI. P. 1.* Ordin. *Judic. c. 5. fi.* Planè qvi postea mutat libellum, non nisi *expensas* termini refundit. *Carpz. Proc Civ. 6, 2, 22.* Conf. Vmmii *diss de Proceff. VI. §. XV.* Sed optime notat Brunneman. *de Proc. Civ. c. V. fi.* etiam post litem contestatam admittendam de jure emendationem libelli, refusis modò expensis, & dato deliberandi spatio; id qvod abbreviandæ liti conducit. Qvorsum etiam pertinet, si aliud pro alio ex errore fuit petitum.

§. 35.

Si aliud pro alio

Si qvis ALIVD pro ALIO intenderit, nihil cum periclitari placet, sed in eodem judicio, cognita veritate, errorem suum corrigere ei permittitur: veluti, si is, qvi hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si qvis ex testamento dari sibi oportere intenderit, qvod ex stipulatu debetur.

Vid. *l. 2. C. de error. Advocat.*

XXVI.

XXVI. Regulariter deniqve actio competit *in ſolidum*, qvod debetur. Quum verò caſus incidant, ubi ſolidum impetrari non poſſit hinc *ſexta actionum diviſio* interpretibus nata; rationes exceptionum Imperator allegat ſequentes: Prima eſt *privilegium rei*, ex qva ſolutio facienda, veluti *peculium*, de qvo ſupra *l.b. 3. t. 29, 1. & §. 10. h. t.* VI. diviſio in ſolidum & in qvantum facere poteſt: ex privilegio rei ut ſi de peculio

§. 36.

Sunt præterea quædam actiones, qvibus non ſemper ſolidum, qvod nobis debetur, perſeqvimur: ſed modo ſolidum perſeqvimur, modo minus: ut ecce, ſi in peculium filii ſervive agamus. Nam, ſi non minus in peculio ſit, qvam perſeqvimur, in ſolidum dominus paterve condemnatur: ſi vero minus inveniatur, eatenus condemnat judex, qvatenus in peculio ſit: Qvemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine proponemus.

XXVII. Alterum fundamentum non ſolidi exactionis eſt privilegium *perſonæ*, cum qva actor rigoroſius procedere prohibetur vel propter amorem maritalem, vel paternum ſeu filialem, vel ob amicitiam ſocialem, vel ob gratitudinem ut in donatione. vel perſonæ

§. 37.

Item ſi de dote in judicio mulier agat, placet, eatenus maritum condemnari debere, qvatenus facere poſſit: id eſt: qvatenus fa- in actione de dote

cultates ejus patiuntur. Itaque in solidum damnatur: si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas in res dotales factas, marito quasi retentio concessa est: quia ipso jure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus digestorum libris cognoscere licet.

Vid. *t. π. de impens. in rem dot.*

§. 38.

Sed & si quis cum parente suo patronove agat: item, si socius cum socio judicio societatis agat: non plus actor consequitur, quam adversarius ejus facere potest. Idem est, si quis ex donatione sua conveniatur.

propter compensationem

XXVIII. Tertium fundamentum alterius generis est, & solidum quidem in natura non impetratur, *compensationis* exceptione objectâ; in effectu tamen actori nihil abest.

§. 39.

Compensationes quoque oppositæ plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debeatur. Nam ex bono & æquo, habita ratione ejus, quod invicem actorem ex eadem causa præstare oportet, poterit judex in reliquum, eum, cum quo actum est, condemnare, sicut jam dictum est.

§. 30. *h. t.*

XXIX.

XXIX. Denique ex humanitatis lege & commiseratione quoque solidum exigi non debet, quoties debitor bonis cessit, nisi, cum ad opimiorem fortunam pervenerit. & bonorum cessionem

§. 40.

Cum eo quoque, qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id, quod facere potest, creditores experiuntur inhumanum enim erat, spoliatum fortunis suis insolidum damnari.

Conf. *t. t. π. de bonor. cess. & C. qui bon. ced. poss.* Novell. 155.

Tit. VII.

14. π. 25. 4. C. 26.

Quod Cvm Eo, Qvi In Aliena Potestate Est, Negotivm Gestvm Esse Dicitvr.

Pr.

Quia tamen superius mentionem habuimus de actione, qua in peculium filiorum servorumque agitur; opus est, ut de hac actione & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius ad moneamus: Et quia, sive cum servis negotium gestum sit, sive cum iis, qui in potestate parentum sunt, eadem fere jura servantur; ne verbosa fiat disputatio, dirigamus Transitio.

mus sermonem in personam servi dominique, idem intellecturi de liberis quoque & parentibus, quorum in potestate sunt. Nam si quid in his proprie servetur, separatim ostendemus.

Conf. *Supra lib. 3. t. 29.*

§. 1.

Quod jussu

Si igitur jussu domini cum servo negotium gestum erit, in solidum Prætor adversus dominum actionem pollicetur: scilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur.

Conf. *t. π. quod jussu.*

§. 2.

Exercitoria & Institoria

Eadem ratione Prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria, altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis servum suum magistrum navi præposuerit, & quid cum eo ejus rei gratia cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus navis quæstus pertinet. Institoria tunc locum habet, cum quis taberna forte, aut cuilibet negotiationi servum suum præposuerit, & quid cum eo ejus rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem institoria appellatur, quia, qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur. Istas tamen duas actiones

ones Prætor reddit, & ſi liberum qvis hominem, aut alienum ſervum navi aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præpoſuerit: ſcilicet, qvia eadem æqvitatis ratio etiam eo caſu interveniat.

Conf. Supra 3, 29, 2. ſeqq.

§. 3.

Tributoria

Introduxit & aliam actionem Prætor, qvæ tributoria vocatur. Namqve ſi ſervus in peculiari merce ſciente domino negotietur, & qvid cum eo ejus rei cauſa contractum erit, ita Prætor jus dicit, ut qvicqvid in his mercibus erit, qvodqve inde receptum erit, id inter dominum, ſi qvid ei debebitur, & ceteros creditores pro rata portione diſtribuatur. Et ideo tributoria vocatur, qvia ipſi domino diſtributionem Prætor permittit. Nam, ſi qvis ex creditoribus queratur, qvaſi minus ei tributum ſit, qvam oportuerit, hanc ei actionem accommodat, qvæ tributoria appellatur.

Ibid. 3, 29, 1.

§. 4.

de peculio & in rem verſo

Prætereа introducta eſt actio de peculio, deqve eo, qvod in rem domini verſum erit: ut, qvamvis ſine voluntate domini negotium geſtum erit, tamen ſive qvid in rem ejus verſum fuerit, id totum præſtare debeat: ſive qvid non ſit in rem ejus

versum, id eatenus præstare debeat, qvatenus peculium patitur. In rem autem domini versum intelligitur, qvicqvid necessario in rem ejus impenderit servus; veluti, si mutuatus pecuniam creditoribus ejus solverit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut qvaml.bet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaqve, si ex decem puta aureis, qvos servus tuus à Titio mutuo accepit, creditori tuo qvinqve aureos solverit, reliqvos verò qvinqve qvolibet modo consumserit; pro qvinqve qvidem in solidum damnari debes: pro cæteris vero qvinque eatenus, qvatenus in peculio sit. Ex qvo scilicet apparet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titium consequi posse. Licet enim una sit actio, qva de peculio, deqve eo, qvod in rem domini versum sit, agitur; tamen duas habet condemnationes. Itaq; judex, apud qvem de ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculii æstimationem transit, qvam aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum. Cum autem qværitur, qvantum in peculio sit, ante deducitur, qvicqvid servus domino, cive, qvi in potestate ejus sit, debet: & qvod superest, id solum peculium intelligitur. Aliqvando tamen id, qvod ei debet servus, qvi in potestate domini sit, non deducitur ex peculio, veluti, si is in ipsius peculio sit. qvod eo pertinet, ut, si qvid vicario suo servus debeat, id ex peculio ejus non deducatur.

§. 5.

§. 5.

Cæterum dubium non est, qvin is qvoqve, qvi jussu domini contraxerit, cuivis institoria vel exercitoria actio competit, de peculio, deqve eo, qvod in rem domini versum est, agere possit. Sed erit stultissimus, si omissa actione, qva facillime solidum ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducat probandi, in rem domini versum esse vel habere servum peculium, & tantum habere, ut solidum sibi solvi possit. Is qvoqve cui tributoria actio competit, æque de peculio, & de in rem verso agere potest. Sed sane huic modò tributoria expedit agere, modò de peculio & de in rem verso. Tributoria ideo expedit agere, qvia in ea domini conditio præcipua non est, id est, qvod domino debetur, non deducitur, sed ejusdem juris est dominus, cujus & ceteri creditores: at in actione de peculio, ante deducitur, qvod domino debetur, & in id, qvod reliqvum est, creditori dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo expedit agere, qvod in hâc actione totius peculii ratio habetur: at in tributoria, ejus tantum, qvo negotiatur. Et potest qvisqve tertia forte parte peculii, aut qvarta, vel etiam minima, negotiari: majorem autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita qvisqve vel hanc actionem, vel illam eligere debet. Certe, qvi potest probare, in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet. De earum concursu

§. 6.

de filiisf. *Quæ diximus de servo & de domino, eadem intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepte & patre avove cujus in potestate sunt.*

§. 7.

SC. Maced. *Illud proprie servatur in eorum personis: quod senatus consultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari eis, qui in potestate parentis sunt: & ei, qui crediderit, denegatur actio tam adversus ipsum filium filiamve, nepotem neptemve (sive adhuc in potestate sint, sive morte parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse cœperint) quam adversus patrem avumve, sive eos habeat adhuc in potestate, sive emancipaverit. Quæ ideo Senatus prospexit, quia sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur.*

Exceptio itaque est, si filiusfam. pecuniam in id impendit, ad quod pater aliàs obligatur, v. g. ad alimenta, ad studia & similia, *l. 7. §. 15. π. de SC. Maced. l. 5. C. eo*

§. 8.

Actio directa in patremf. *Illud in summa admonendi sumus, id quod jussu patris dominive contractum fuerit, quodque in rem ejus versum erit, directo quoque posse à patre dominove condici tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque, qui exercitoria, vel institoria actione tenetur, directo pos-*

se

se condici placet, quia hujus quoque jussu contractum intelligitur.

Tit. VIII.

9. π. 4. 3. C. 41.

De Noxalibvs Actionibvs.

I.

Connexio & fundam. ex J. Nat.

Supra *T. V. L. 3. de obligationibus quasi ex delicto*, fuit dictum, obligari dominum ex damno per servos aut animalia sua illato, idque non tantum Jure Civili, ut Grotio videtur *J. B. 2, 17, 21.* Sed & naturali ratione, quam Plato L. XI. de LL. agnoscit, *si servus vel serva alienæ rei offecerit, sive imperitia, sive immoderato aliquo usu id fecerit, nec qui damnum passus est, causam præbuerit, dominus ejus aut satisfaciat, aut servum servamve illi, qui damnum passus est, tradat.* Conf. Jus Hebr. *Exod.* XXI. *28. sqq.* Itaque Evander servum furacem Herculi noxæ dedit, cujus ille boves furatus, *S. Aurel. Victor de orig. gentis Rom.* Ratio autem non ex ficta communione primæva arcessenda, *Pufendorf. J N. 3, 1, 6.* Sed ex *facto* suo dominus obligatur, quod *retinet* servum vel animal noxium, & ex eo utilitatem capere intendit, cum alterius damno, Vnde J. Teut. sola expulsione liberatur, *J. Prov. Sax. 2, 40.* Alem nn. *c. 211.* Carpz. *Qv. crim. 13, 20.* vid. *Exerc. ad π.* XIX.

Pr.

Pr.

Ex maleficiis servorum, veluti, si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint,
Ad qvid *aut injuriam commiserint, noxales actiones proditæ sunt, qvibus domino damnato permittitur aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere.*

§. 1.

Noxa & Noxia diff. *Noxa autem est ipsum corpus, qvod nocuit id est servus: noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, injuria.*

Conf. *l. 238. §. 3. ff. de V. S.*

§. 2.

Ratio juris *Summa autem ratione permissum est, noxæ deditione fungi. Namq; erat iniqvum, neqvitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse.*

§. 3.

Effectus noxæ deditionis. *Dominus noxali judicio servi sui nomine conventus, servum actori noxæ dedendo liberatur: nec minus in perpetuum ejus servi dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei, cui deditus est, (servus) resarcierit, qvæsita pecunia, auxilio Prætoris, invito domino manumittetur.*

§. 4.

Fontes harum actionum. *Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus: veluti furti ex*

ti ex lege XII. *Tabularum, damni injuriæ ex Lege Aqvilia. Edicto Prætoris: velut, injuriarum, & vi bonorum raptorum.*

§. 5.

Omnis autem noxalis actio caput seqvitur. Qvi conveniuntur iis
Nam, si servus tuus noxam commiserit, qvam diu in tua potestate sit, tecum est actio. Si autem in alterius potestatem pervenerit, cum illo incipit actio esse. At si manumissus fuerit, directo ipse tenetur, & extinguitur novæ deditio. Ex diverso qvoq; directa actio noxalis esse incipit. Nam, si liber homo noxiam commiserit, & is servus tuus esse cœperit (qvod qvibusdam casibus effici primo libro tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, qvæ ante directa fuisset.

§. 6.

Si servus domino noxiam commiserit, actio nulla nascitur. Namq; inter dominum, & eum, qvi in potestate ejus est, nulla obligatio nasci potest. Ideoq; & si in alienam potestatem servus pervenerit, aut manumissus fuerit, neqve cum ipso, neq; cum eo, cujus nunc in potestate sit, agi potest. Vide si alius servus noxiam tibi commiserit, & is postea in potestate tua esse cœperit, interdicitur actio: qvia in eum casum adducta sit, in qvo consistere non potuit. Ideoq; licet exierit de tua potestate, agere non potes, qvemadmodum si dominus in servum suum aliqvid commiserit, nec si manumissus, qvi non

aut

aut alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest.

§. 7.

De filiis fam. *Sed veteres quidem hoc in filiis familiarum masculis & fœminis admisere; nova autem hominum conversatio hujusmodi asperitatem recte respuendam esse existimavit, & ab usu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur, filium suum, & maxime filiam, in noxam alii dari, ut pene per filii corpus pater magis, quam filius periclitetur, cum in filiabus etiam pudicitiæ favor hoc bene excludat? Et ideo placuit in servos tantummodo noxales actiones esse proponendas: cum apud veteres legum commentatores invenerimus sæpius dictum, ipsos filiosfamiliarum pro suis delictis posse convenire.*

Conf. *c. 1 ferente 2. ibi: secundum consuetudinem S. de delictis pueror.* Gail. *1. O. 36.* Moller. *3. Sem. 6. Coler. dec. 208.*

TIT. IX.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR.

I.

usus hujus act. QVanqvam actionum noxalium ex servorum noxia ortarum nulla freqventatio est in foro nostro, earum tamen, qvæ ex *animalium* noxia

noxia proficiſcuntur, & uſus eſt, & ut antea dictum in jure qvoqve naturali & gentium obligationis fundamentum.

Pr.

Animalium nomine, qvæ ratione carent, ſi qva laſcivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio Lege duodecim Tabularum prodita eſt. Qvæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem, qvia ita Lex XII. Tabularum ſcripta eſt: ut puta, ſi equus calcitroſus calce percuſſerit; aut bos cornupetere ſolitus, cornupetierit. Hæc autem actio in iis, qvæ contra naturam moventur, locum habet. Cæterum, ſi genitalis ſit feritas, ceſſat actio. Deniq; ſi urſus fugerit à domino, & ſic nocuerit, non poteſt qvondam dominus conveniri: qvia deſiit dominus eſſe, ubi fera evaſit. Pauperies autem eſt damnum ſine injuria facientis datum. Nec enim poteſt animal injuriam feciſſe dici, qvod ſenſu caret. Hæc qvidem ad noxalem pertinent actionem.

Causa

Pauperies qvid

§. 1.

Cæterum ſciendum eſt, ædilitio edicto prohiberi nos, canem, verrem, aprum, urſum, leonem ibi habere, qva vulgo iter fit; & ſi adverſus ea factum erit, & nocitum libero homini eſſe dicatur, qvod bonum & æqvum judici videtur, tanti dominus condemnetur: cæterarum verò rerum, qvanti damnum datum ſit, dupli. Præter has autem ædilitias actiones & de pauperie locum habebit.

Actio ex Edicto ædil.

bebit. Neqvam enim actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

Conf. *Constit. Crim. Carol. cap. 136.*

Jus pignorandi

II. Jus animalia noxia in fundo nostro deprehensa includendi denegatum Jure Romano, vid. *l. qvamvis 39. π. ad L. Aqvil.* ubi & ratio adjecta: *qvoniam si qvid ex ea re damnum cepit, habet proprias actiones.* At Jure & usu fori Teutonici jus illud certo modo admissum est, qvod *jus pignorandi* appellatur, ita tamen exercendum, ut animalia pignorata non privatim includantur, sed qvam primum *judici* loci insinuentur. *Jus Sax. Prov. l. 2. A. 47.* Coler. *de Proc. Execut. 1, 3, 66.* Carpz. *2, 27. def. 1.* Richt.

occidendi

Dec. 5, 30. Imò ferociora canibus abigendi & forte occidendi fas est. *J. Sax. Prov. 2, 40. fi.* vel saltem ad domum persequendi cum duobus testibus, *d. A. 47.* Ratio enim nostri juris est, ut *onus probandi* actori levius fiat per hoc medium, & lis abbrevietur; id qvod & naturalis ratio facile admittit. Conf. *& Art. 54. lib. 2. J. Prov. Sax.*

De damno infecto

III. Prætorea etiam ex rerum nostrarum *inanimatarum* damno alteri illato obligamur, ex eodem juris naturali & socialitatis fundamento, qvod tamen Jus Romanum restringit ad *damnum infectum*, de qvo qvis *cautione* sibi prospexit, ante qvam si damnum ex ædium ruina datum est, Romano jure non reparatur, *l. 6. l. 7. §. 1. π. de damn. inf.* Porro damnum, qvod

metui-

metuitur adhuc rebus noſtris, oriri ſolet vel ex opere confecto & veteri, ruinoſo plerumqve, vel ex opere noviter cœpto; illud ſpeciatim appellatur Romanis *damnum infectum*, & datur ob id actio de damno infecto ad præſtandam cautionem. *V. t. t. π. de damn. infecto.* Hoc vero *damnum novum* imminens *l. 5. §. ſi qvis 11. ſq. & vid. t. t. π. de N. O. N.* Medium autem hujus damni avertendi eſt *Nunciatio novi operis* privatim facta, *qvâ alter obligatur ad abſtinendum ab opere, aut cavendum.* V. Gail. *1. O. 16.* P. Frider. *l. 2. de mand. c. 31, 26.* Mev. *ad J. Lub. 3, 12. ſi.* Carpz. *1. Reſp. 7.* A. Fab. *C. 8. 5. def. 3.* Hahn. *ad Weſ. de N. O. N. ſi.* Tutius remedium eſt impetratio *Inhibitionis judicialis*, de qvo *vid. l. 5. §. 1. & 10. π. de N. O. N.* Conf. Exercit. *ad π.* XLII. Ex eodem fonte orta etiam eſt *actio de aqva pluvia* arcenda qvæ competit ob damnum, qvod qvis agro ſuo ab aqva pluvia metuit ex opere alterius facto, ad hoc, ut opus deſtruatur. *vid. t. t. π. de aq. & aq. pluv.*

Novi operis nunciatio

De aqva pluv. arcenda

Tit. X.

De Iis, Per Qvos Agere Possvmvs.

I.

Adhuc de Actore eſt tractatio, qvi vel per ſe agit, in propria comperens perſona coram judi-

Agens ſuo vel alieno nomine

judice, vel per alium, & qvidem vel ex nece
sitate legis, si actor aut minorennis est, aut mu
lier,, per Tutorem aut Curatorem, vel ex vo
luntate & mandato suo, veluti per Procurato
rem ad litem seu mandatarium; qvanqvam p
serius admissi in foro non tantum Romano, se
& Teutonico, Præter has *accessorias* persona
Advocati accedunt etiam *Advocati*, qvi de jure consu
lunt, actionem proponunt, & processum su
prudentia dirigunt. de his *t. π. de postulando*
C. eod. & t. t. sqq. Accedebant qvandoqve &
Cognitores *Cognitores*, qvi præsentibus qvasi procurato
res erant, qvibus causas suas agendas præsentes
præsentibus præsente judice injungebant, h. e.
qvi factum & processum dirigunt, jus non ita
callent, qvo ab Advocatis differunt. *V. Exerc.*
ad π. X. 36. sqq.

Pr.

Nunc admonendi sumus, agere posse qvemli-
bet hominem aut suo nomine, aut alieno. Alieno:
veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cum o-
lim in usu fuisset, alterius nomine agere non posse,
nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præter-
ea Lege Hostilia permissum erat furti agere, eo-
rum nomine, qvi apud hostes essent, aut Reipubli-
cæ causa abessent, qvive in eorum cujus tutela es-
sent. Sed qvia hoc non minimam incommodita-
tem habebat, qvod, alieno nomine neqve agere,
neq; excipere actionem licebat, cœperunt homines

per

per procuratores litigare. Nam & morbus & ætas, & necessaria peregrinatio, itemqve aliæ multæ (justæ) causæ sæpe hominibus impedimento sunt, qvo minus rem suam ipsi exeqvi possint.

II. De Procuratoribus aut mandatariis generatim supra *lib. 3. T. 24.* tractatum fuit. Qvod verò de Actore hîc dicitur, idem in reo obtinuit, ut & ipse per mandatarium comparere possit, nisi in certis casibus & causis lege expressis, veluti in matrimonialibus, criminalibus, mercatoriis & similibus. In qvibusdam judiciis certi Procuratores jurati sunt constituti, ex qvibus aliqvem eligere litigans tenetur. In foro Saxonico Electorali formula mandati *ad heredes* mandantis extendenda est, ad evitandum readsumendæ litis processum, defuncto mandante; idqve in aliis qvoqve judiciis observari conducit. Clausula *rati* qvoqve inseri debet, vid. *Carpz. Proc. Civ. s. 1, 77.* & Formularios Processistas.

De procuratoribus. etiam rerum. cl. heredum. cl. rati.

§. 1.

Procurator neqve certis verbis, neqve præsente semper adversario, imo & plerumq; eo ignorante constituitur. Cuicunq; enim permiseris rem tuam agere aut defendere, is tuus procurator intelligitur.

modus constituendi

§. 2.

Tutores & curatores qvemadmodum constituantur, primo libro expositum est.

tutores & curat.

qvoad legitimationem

III. Tutoriis & Curatoriis exhibitis legitimare debent personam standi in judicio etiam Tutores & Curatores, itemqve ab his constituti *actores*, exceptis Tutoribus naturalibus hoc est, Parentibus nomine liberorum suorum agentibus, qvippe, qvi abusive ita dicuntur, *V. supra tit.* XVIII. *lib. 1.* Carpz. *Proc. civ. §. 3, 6.* Similiter & Procuratores *mandata* insinuare tenentur, aliàs non admittuntur, etsi cautionem rati offerant, secus ac jure Romano, *§. 3. tit. seq.*

IV. Vniversitates, Collegia & Resp. per Syndicos comparere tenentur, & hi Syndicatus instrumentum insinuare, *t. π. qvod cujusq; univers. nomine.* vid. Exerc. *ad π. X. 50. sqq.*

TIT. XI.

2. π. 6. & 8. 2. C. 57.

DE SATISDATIONIBVS.

I.

Jus Rom.

JVre Romano etsi *actor* ad nullam satisdationem tenetur, *Procurator* tamen ejus tum tenetur satisdare *de rato*, si mandato scripto vel judicialiter nuncupato destituitur; *Reus* verò tantum *de judicio sisti* cavet: ejus autem Procurator etiam *judicatum solvi*, sicut & negotiorum gestor seu defensor absentis. De Satisdationibus & Cautionibus supra ad *tit. de Divisione Stipulationum.*

Pr.

Pr. vetus

Satisdationum modus alius [illegible]vitati placuit, alium novitas per usum amp[illegible]xa est. Olim in realibus *enim, si in rem agebatur, satisdare possessor compellebatur, ut, si victus (esset) nec rem ipsam restitueret, nec litis æstimationem; potestas esset petitori aut cum eo agendi, aut cum fidejussoribus ejus; quæ Satisdatio appellatur judicatum solvi. Vnde autem sic appellatur, facile est intelligere. Namque stipulabatur quis, ut solveretur sibi, quod fuisset judicatum. Multo magis is, qui in rem actione conveniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine judicium accipiebat. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur. Procurator verò si in rem agebat, satisdare jubebatur, rem ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores verò & curatores eodem modo, quo procuratores, satisdare debere, verba edicti faciebant. Sed aliquando his agentibus satisdatio remittebatur. Hæc ita erant, si in rem agebatur.*

§. 1.

Si verò in personam; ab actoris quidem in personalibus *parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione qua in rem agitur. Ab ejus verò parte, cum quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interveniret; omni modo satisdaret: quia nemo defensor in alienare sine satisdatione idoneus esse creditur.*

aut alienatus fuerit servus, ullam actionem contr dominum habere put. ſt.

§. 7.

De filiisfam. *Sed veteres qvidem hoc in filiis familiarun maſculis & fœminis admiſere; nova autem homi num converſatio hujusmodi aſperitatem rectè re ſpuendam eſſe exiſtimavit, & ab uſu communi ho penitus recesſit. Qvis enim patiatur, filium ſu um, & maxime filiam, in noxam alii dari, ut pe ne per filii corpus pater magis, qvam filius periclitetur, cum in filiabus etiam pudicitiæ favor hoc be ne excludat? Et ideo placuit in ſervos tantum modo noxales actiones eſſe proponendas: cum apud veteres legum commentatores invenerimus ſæpius dictum, ipſos filios familiarum pro ſuis delictis pos ſe convenri.*

Conf. *c. 1 ferente 2. ibi: ſecundum conſue tudinem S. de delictis pueror.* Gail. *1. O. 36.* Moller. *3. Sem. 6. Coler. dec. 208.*

TIT. IX.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR.

I.

uſus hujus act. QVanqvam actionum noxalium ex ſervorum noxia ortarum nulla freqventatio eſt in foro noſtro, earum tamen, qvæ ex *animalium* noxia

Digitized by Google

noxia proficiscuntur, & usus est, & ut antea dictum in jure qvoqve naturali & gentium obligationis fundamentum.

Pr.

Animalium nomine, qvæ ratione carent, si qva lascivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio Lege duodecim Tabularum prodita est. Qvæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem, qvia ita Lex XII. *Tabularum scripta est: ut puta, si eqvus calcitrosus calce percusserit; aut bos cornu petere solitus, cornupetierit. Hæc autem actio in iis, qvæ contra naturam moventur, locum habet. Cæterum, si genitalis sit feritas, cessat actio. Demiq; si ursus fugerit à domino, & sic nocuerit, nonpotest qvondam dominus conveniri: qvia desiit dominus esse, ubi fera evasit. Pauperies autem est damnum sine injuria facientis datum. Nec enim potest animal injuriam fecisse dici, qvod sensu caret. Hæc qvidem ad noxalem pertinent actionem.* Causa

Pauperies qvid

§. 1.

Cæterum sciendum est, ædilitio edicto prohiberi nos, canem, verrem, aprum, ursum, simiam ibi habere, qva vulgo iter fit; & si adversus ea factum erit, & nocitum libero homini esse dicatur, qvod bonum & æqvum judici videtur, tanti dominus condemnetur: cæterarum verò rerum, qvanti damnum datum sit, dupli. Præter has autem ædilitias actiones & de pauperie locum habebit. Actio ex Edicto ædil.

bebit. Neqvam enim actiones, præsertim p
nales, de eadem re concurrentes, alia aliam co
sumit.

Conf. *Constit. Crim. Carol. cap. 136.*

Jus pignorandi

II. Jus animalia noxia in fundo nostr deprehensa includendi denegatum Jure Roma no, vid. *l. quamvis 39. π. ad L. Aqvil.* ubi & r tio adjecta: *quoniam si qvid ex ea re damnum c pit, habet proprias actiones.* At Jure & usu fo Teutonici jus istud certo modo admissum est qvod *jus pignorandi* appellatur, ita tamen exer cendum, ut animalia pignorata non privatim includantur, sed qvam primum *judici* loci insi nuentur. *Jus Sax. Prov. l. 2. A. 47.* Coler. *d Proc. Execut. 1, 3, 66.* Carpz. *2, 27. defin.* Richt

occidendi

Dec. 5, 30. Imò ferociora canibus abigendi & forte occidendi fas est. *J. Sax. Prov. 2, 40. fi.* ve saltem ad domum persequendi cum duobus testibus, *d. A. 47.* Ratio enim nostri juris est, ut *onus probandi* actori levius fiat per hoc medium, & lis abbrevietur; id qvod & naturalis ratio facile admittit. Conf. *& Art. 54. lib. 2. J. Prov. Sax.*

De damno infecto

III. Præterea etiam ex rerum nostrarum *inanimatarum* damno alteri illato obligamur, ex eodem juris naturali & socialitatis fundamento, qvod tamen Jus Romanum restringit ad *damnum infectum*, de qvo qvis *cautione* sibi prospexit, ante qvam si damnum ex ædium ruina datum est, Romano jure non reparatur, *l. 6. l. 7. §. 1. π. de damn. inf.* Porro damnum, qvod

metui-

metuitur adhuc rebus noſtris, oriri ſolet vel ex opere confecto & veteri, ruinoſo plerumqve, vel ex opere noviter cœpto; illud ſpeciatim appellatur Romanis *damnum infectum*, & datur ob id actio de damno infecto ad præſtandam cautionem. *V. t. t. π. de damn. infecto.* Hoc vero *damnum novum* imminens *l. 5. §. ſi qvis 11. ſq. & vid. t. t. π. de N. O. N.* Medium autem hujus damni avertendi eſt *Nunciatio novi operis* privatim facta, *qva alter obligatur ad abſtinendum ab opere, aut cavendum.* V. Gail. *1. O. 16.* P. Frider. *l. 2. de mand. c. 31, 26.* Mev. *ad J. Lub. 3, 12. ſi.* Carpz. *1. Reſp. 7.* A. Fab. *C. 8. 5. def. 3.* Hahn. *ad Weſ. de N. O. N. ſi.* Tutius remedium eſt impetratio *Inhibitionis judicialis*, de qvo *vid. l. 5. §. 1. & 10. π. de N. O. N.* Conf. Exercit. *ad π.* XLII. Ex eodem fonte orta etiam eſt *actio de aqva pluvia* arcenda qvæ competit ob damnum, qvod qvis agro ſuo ab aqva pluvia metuit ex opere alterius facto, ad hoc, ut opus deſtruatur. *vid. t. t. π. de aq. & aq. pluv.*

Novi operis nunciatio

De aqva pluv. arcenda

Tit. X.

De Iis, Per Qvos Agere Possvmvs.

I.

Adhuc de Actore eſt tractatio, qvi vel per ſe agit, in propria comperens perſona coram judi-

Agens ſuo vel alieno nomine

judice, vel per alium, & qvidem vel ex ne
sitate legis, si actor aut minorennis est, aut
lier,, per Tutorem aut Curatorem, vel ex
luntate & mandato suo, veluti per Procur
rem ad litem seu mandatarium; qvanqvan
ferius admissi in foro non tantum Romano,
& Teutonico, Præter has *accessorias* perso

Advocati — accedunt etiam *Advocati*, qvi de jure co
lunt, actionem proponunt, & processum
prudentia dirigunt. de his *t. π. de postulan
C. eod. & t. t. sqq.* Accedebant qvandoqv

Cognitores — *Cognitores*, qvi præsentibus qvasi procur
res erant, qvibus causas suas agendas præse
præsentibus præsente judice injungebant,
qvi factum & processum dirigunt, jus non
callent, qvo ab Advocatis differunt. *V. Ex
ad π. X. 36. sqq.*

Pr.

*Nunc admonendi sumus, agere posse qven
bet hominem aut suo nomine, aut alieno. Alie
veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cum
lim in usu fuisset, alterius nomine agere non p
nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præ
ea Lege Hostilia permissum erat furti agere,
rum nomine, qvi apud hostes essent, aut Reipu
ea causa abessent, qvive in eorum cujus tutela
sent. Sed qvia hoc non minimam incommodi
tem habebat, qvod, alieno nomine neqve agi
neq; excipere actionem licebat, cœperunt hom

per procuratores litigare. Nam & morbus & ætas, & necessaria peregrinatio, itemqve aliæ multæ (justæ) causæ sæpe hominibus impedimento sunt, qvo minus rem suam ipsi exeqvi possint.

II. De Procuratoribus aut mandatariis generatim supra *lib. 3. T. 24.* tractatum fuit. Qvod verò de Actore hîc dicitur, idem in reo obtinuit, ut & ipse per mandatarium comparere possit, nisi in certis casibus & causis lege expressis, veluti in matrimonialibus, criminalibus, mercatoriis & similibus. In qvibusdam judiciis certi Procuratores jurati sunt constituti, ex qvibus aliqvem eligere litigans tenetur. In foro Saxonico Electorali formula mandati *ad heredes* mandantis extendenda est, ad evitandum readsumendæ litis processum, defuncto mandante; idqve in aliis qvoqve judiciis observari conducit. Clausula *rati* qvoqve inseri debet, vid. *Carpz. Proc. Civ. s. 1, 77.* & Formularios Processistas. De procuratoribus. etiam rerum. cl. heredum. cl. rati.

§. 1.

Procurator neqve certis verbis, neqve præsente semper adversario, imo & plerumq; eo ignorante constituitur. Cuicunq; enim permiseris rem tuam agere aut defendere, is tuus procurator intelligitur. modus constituendi

§. 2.

Tutores & curatores qvemadmodum constituantur, primo libro expositum est. tutores & curat.

qvoad legitimationem

III. Tutoriis & Curatoriis exhibitis legitimare debent personam standi in judicio etiam Tutores & Curatores, itemqve ab his constituti *actores*, exceptis Tutoribus naturalibus hoc est, Parentibus nomine liberorum suorum agentibus, qvippe, qvi abusive ita dicuntur. *V. supra tit.* XVIII. *lib. 1.* Carpz. *Proc. civ. p. 3.* Similiter & Procuratores *mandata* insinuare tenentur, aliàs non admittuntur, etsi cautionem rati offerant, secus ac jure Romano, *§. 3. tit. seq.*

IV. Vniversitates, Collegia & Resp. per Syndicos comparere tenentur, & hi Syndicatus instrumentum insinuare, *t. π. qvod cujusq; universs. nomine.* vid. Exerc. *ad π. X. 50. sqq.*

TIT. XI.

2. π. 6. & 8. 2. C. 57.

DE SATISDATIONIBVS.

I.

Jus Rom.

JVre Romano etsi *actor* ad nullam satisdationem tenetur, *Procurator* tamen ejus tum tenetur satisdare *de rato*, si mandato scripto vel judicialiter nuncupato destituitur; *Reus* verò tantum *de judicio sisti* cavet: ejus autem Procurator etiam *judicatum solvi*, sicut & negotiorum gestor seu defensor absentis. De Satisdationibus & Cautionibus supra ad *tit. de Divisione Stipulationum.*

Pr.

Pr. vetus

Satisdationum modus alius antiquitati placuit, alium novitas per usum amplexa est. Olim in reali-
enim, si in rem agebatur, satisdare possessor com- bus
pellebatur, ut, si victus (esset) nec rem ipsam restitueret, nec litis æstimationem; potestas esset petitori aut cum eo agendi, aut cum fidejussoribus ejus; quæ Satisdatio appellatur judicatum solvi. Vnde autem sic appellatur, facile est intelligere. Namque stipulabatur quis, ut solveretur sibi, quod fuisset judicatum. Multo magis is, qui in rem actione conveniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine judicium accipiebat. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur. Procurator verò si in rem agebat, satisdare jubebatur, rem ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores verò & curatores eodem modo, quo procuratores, satisdare debere, verba edicti faciebant. Sed aliquando his agentibus satisdatio remittebatur. Hæc ita erant, si in rem agebatur.

§. 1.

Si verò in personam; ab actoris quidem in perso-
parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione nalibus
qua in rem agitur. Ab ejus verò parte, cum quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interveniret; omni modo satisdaret: quia nemo defensor in alienare sine satisdatione idoneus esse creditur.

§. 6.

de filiisf. *Quæ diximus de servo & de domino, eadem intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepti & patre avove cujus in potestate sunt.*

§. 7.

SC. Macced. *Illud proprie servatur in eorum persona, quod senatus consultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari eis, qui in potestate parentis sunt: & ei, qui crediderit, denegatur actio tam adversus ipsum filium filiamve, nepotem neptemve (sive adhuc in potestate sint, sive morte parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse cœperint) quam adversus patrem avumve, sive eos habeat adhuc in potestate, sive emancipaverit. Quæ ideo Senatus prospexit, quia sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur.*

Exceptio itaque est, si filiusfam. pecuniam in id impendit, ad quod pater aliàs obligatur, v. g. ad alimenta, ad studia & similia, *l. 7. §. 15. π. de SC. Maced. l. 5. C. eo*

§. 8.

Actio directa in patremf. *Illud in summa admonendi sumus, id quod jussu patris dominive contractum fuerit, quodque in rem ejus versum erit, directo quoque posse à patre dominove condici tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque, qui exercitoria, vel institoria actione tenetur, directo pos-*

se

se condici placet, qvia hujus qvoqve jussu contractum intelligitur.

Tit. VIII.

9. π. 4. 3. C. 41.

De Noxalibvs Actionibvs.

I.

Connexio & fundam. ex J. Nat.

Svpra *T. V. L. 3. de obligationibus qvasi ex delicto*, fuit dictum, obligari dominum ex damno per servos aut animalia sua illato, idqve non tantum Jure Civili, ut Grotio videtur *J. B. 2, 17, 21.* Sed & naturali ratione, qvam Plato L. XI. de LL. agnoscit, *si servus vel serva alienæ rei offecerit, sive imperitia, sive immoderato aliqvo usu id fecerit, nec qvi damnum passus est, causam præbuerit, dominus ejus aut satisfaciat, aut servum servamve illi, qvi damnum passus est, tradat.* Conf. Jus Hebr. *Exod.* XXI. *28. sqq.* Itaqve Evander servum furacem Herculi noxæ dedit, cujus ille boves furatus, *S. Aurel. Victor de orig. gentis Rom.* Ratio autem non ex ficta communione primæva arcessenda, *Pufendorf. J N. 3, 1, 6.* Sed ex *facto* suo dominus obligatur, qvod *retinet* servum vel animal noxium, & ex eo utilitatem capere intendit, cum alterius damno, Vnde J. Teut. sola expulsione liberatur, *J. Prov. Sax. 2, 40.* Alem. nn. *c. 211.* Carpz. *Qv. crim. 13, 20.* vid. *Exerc. ad π.* XIX.

Pr.

Pr.

Ex maleficiis servorum, veluti, si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint,
Ad qvid *aut injuriam commiserint, noxales actiones proditæ sunt, qvibus domino damnato permittitur aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere.*

§. 1.

Noxa & Noxia diff. *Noxa autem est ipsum corpus, qvod nocuit id est servus: noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, injuria.*

Conf. *l. 238. §. 3. ff. de V. S.*

§. 2.

Ratio juris *Summa autem ratione permissum est, noxæ deditione fungi. Namq; erat iniqvum, neqvitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse.*

§. 3.

Effectus noxæ deditionis. *Dominus noxali judicio servi sui nomine conventus, servum actori noxæ dedendo liberatur: nec minus in perpetuum ejus servi dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei, cui deditus est, (servus) resarcierit, qvæsita pecunia, auxilio Prætoris, invito domino manumittetur.*

§. 4.

Fontes harum actionum. *Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus: veluti furti ex*

ri ex lege XII. Tabularum, damni injuriæ ex Lege Aquilia. Edicto Prætoris: velut, injuriarum, & vi bonorum raptorum.

§. 5.

Omnis autem noxalis actio caput sequitur. Qui conveniuntur iis
Nam, si servus tuus noxam commiserit, quam diu in tua potestate sit, tecum est actio. Si autem in alterius potestatem pervenerit, cum illo incipit actio esse. At si manumissus fuerit, directo ipse tenetur, & extinguitur novæ deditio. Ex diverso quoq; directa actio noxalis esse incipit. Nam, si liber homo noxiam commiserit, & is servus tuus esse cœperit (quod quibusdam casibus effici primo libro tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, quæ ante directa fuisset.

§. 6.

Si servus domino noxiam commiserit, actio qui non
nulla nascitur. Namq; inter dominum, & eum, qui in potestate ejus est, nulla obligatio nasci potest. Ideoq; & si in alienam potestatem servus pervenerit, aut manumissus fuerit, neque cum ipso, neq; cum eo, cujus nunc in potestate sit, agi potest. Vnde si alius servus noxiam tibi commiserit, & is postea in potestate tua esse cœperit, interdicitur actio: quia in eum casum adducta sit, in quo consistere non potuit. Ideoq; licet exierit de tua potestate, agere non potes, quemadmodum si dominus in servum suum aliquid commiserit, nec si manumissus, aut

aut alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest.

§. 7.

De filiisfam. *Sed veteres quidem hoc in filiis familiarum masculis & fœminis admisere; nova autem hominum conversatio hujusmodi asperitatem rectè respuendam esse existimavit, & ab usu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur, filium suum, & maximè filiam, in noxam alii dari, ut pene per filii corpus pater magis, quam filius periclietur, cum in filiabus etiam pudicitiæ favor hoc bene excludat? Et ideo placuit in servos tantummodo noxales actiones esse proponendas: cum apud veteres legum commentatores invenerimus sæpius dictum, ipsos filios familiarum pro suis delictis posse conveniri.*

Conf. *c. 1 ferente 2. ibi: secundum consvetudinem S. de delictis pueror.* Gail. *1. O. 36.* Moller. *3. Sem. 6. Coler. dec. 208.*

TIT. IX.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR.

I.

usus hujus act. QVanqvam actionum noxalium ex servorum noxia ortarum nulla freqventatio est in foro nostro, earum tamen, qvæ ex *animalium* noxia

noxia proficiſcuntur, & uſus eſt, & ut antea dictum in jure qvoqve naturali & gentium obligationis fundamentum.

Pr.

Animalium nomine, qvæ ratione carent, ſi qva laſcivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio Lege duodecim Tabularum prodita eſt. Qvæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem, qvia ita Lex XII. Tabularum ſcripta eſt: ut puta, ſi eqvus calcitroſus calce percuſſerit; aut bos cornupetere ſolitus, cornupetierit. Hæc autem actio in iis, qvæ contra naturam moventur, locum habet. Cæterum, ſi genitalis ſit feritas, ceſſat actio. Demiq; ſi urſus fugerit à domino, & ſic nocuerit, non poteſt qvondam dominus conveniri: qvia deſiit dominus eſſe, ubi fera evaſit. Pauperies autem eſt damnum ſine injuria facientis datum. Nec enim poteſt animal injuriam feciſſe dici, qvod ſenſu caret. Hæc qvidem ad noxalem pertinent actionem.

Cauſa

Pauperies qvid

§. 1.

Cæterum ſciendum eſt, ædilitio edicto prohiberi nos, canem, verrem, aprum, urſum, leonem ibi habere, qva vulgo iter fit; & ſi adverſus ea factum erit, & nocitum libero homini eſſe dicatur, qvod bonum & æqvum judici videtur, tanti dominus condemnetur: cæterarum verò rerum, qvanti damnum datum ſit, dupli. Præter has autem ædilitias actiones & de pauperie locum habebit.

Actio ex Edicto ædil.

bebit. Neqvam enim actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

Conf. *Constit. Crim Carol. cap. 136.*

Jus pignorandi

II. Jus animalia noxia in fundo nostro deprehensa includendi denegatum Jure Romano, vid. *l. qvamvis 39. π. ad L. Aqvil.* ubi & ratio adjecta: *qvoniam si qvid ex ea re damnum cepit, habet proprias actiones.* At Jure & usu fori Teutonici jus istud certo modo admissum est, qvod *jus pignorandi* appellatur, ita tamen exercendum, ut animalia pignorata non privatim includantur, sed qvam primum *judici* loci insinuentur. *Jus Sax. Prov. l. 2. A. 47.* Coler. *de Proc. Execut. 1, 3, 66.* Carpz *2, 27. def. 1.* Richt. *Dec. 5, 30.* Imò ferociora canibus abigendi & forte occidendi fas est. *J. Sax. Prov. 2, 40. fi.* vel saltem ad domum persequendi cum duobus testibus, *d. A. 47.* Ratio enim nostri juris est, ut *onus probandi* actori levius fiat per hoc medium, & lis abbrevietur; id qvod & naturalis ratio facile admittit. Conf. *& Art. 54. lib. 2. J. Prov. Sax.*

occidendi

De damno infecto

III. Præterea etiam ex rerum nostrarum *inanimatarum* damno alteri illato obligamur, ex eodem juris naturalis & socialitatis fundamento, qvod tamen Jus Romanum restringit ad *damnum infectum*, de qvo qvis *cautione* sibi prospexit, ante qvam si damnum ex ædium ruina datum est, Romano jure non reparatur, *l. 6. l. 7. §. 1. π. de damn. inf.* Porro damnum, qvod metui-

metuitur adhuc rebus noſtris, oriri ſolet vel ex opere confecto & veteri, ruinoſo plerumqve, vel ex opere noviter cœpto; illud ſpeciatim appellatur Romanis *damnum infectum*, & datur ob id actio de damno infecto ad præſtandam cautionem. *V. t. t. π. de damn. infecto.* Hoc vero *damnum novum* imminens *l. 5. §. ſi qvis 11. ſq. & vid. t. t. π. de N. O. N.* Medium autem hujus damni avertendi eſt *Nunciatio novi operis* privatim facta, *qva alter obligatur ad abſtinendum ab opere, aut cavendum.* V. Gail. *1. O. 16.* P. Frider. *l. 2. de mand. c. 31, 26.* Mev. *ad J. Lub. 3, 12. ſi.* Carpz. *1. Reſp. 7.* A. Fab. *C. 8. 5. def. 3.* Hahn. *ad Weſ. de N. O. N. ſi.* Tutius remedium eſt impetratio *Inhibitionis judicialis*, de qvo *vid. l. 5. §. 1. & 10. π. de N. O. N.* Conf. Exercit. *ad π.* XLII. Ex eodem fonte orta etiam eſt *actio de aqva pluvia* arcenda qvæ competit ob damnum, qvod qvis agro ſuo ab aqva pluvia metuit ex opere alterius facto, ad hoc, ut opus deſtruatur. *vid. t. t. π. de aq. & aq. pluv.*

Novi operis nunciatio

De aqva pluv. arcenda

Tit. X.

De Iis, Per Qvos Agere Possvmvs.

I.

Adhuc de Actore eſt tractatio, qvi vel per ſe agit, in propria comperens perſona coram judi-

Agens ſuo vel alieno nomine

judice, vel per alium, & qvidem vel ex necessitate legis, si actor aut minorennis est, aut mulier,, per Tutorem aut Curatorem, vel ex voluntate & mandato suo, veluti per Procuratorem ad litem seu mandatarium; qvanqvam hi serius admissi in foro non tantum Romano, sed & Teutonico, Præter has *accessorias* personas accedunt etiam *Advocati*, qvi de jure consulunt, actionem proponunt, & processum sua prudentia dirigunt. de his *t. π. de postulando. C. eod. & t. t. sqq.* Accedebant qvandoqve & *Cognitores*, qvi præsentibus qvasi procuratores erant, qvibus causas suas agendas præsentes præsentibus præsente judice injungebant, h. e. qvi factum & processum dirigunt, jus non ita callent, qvo ab Advocatis differunt. *V. Exerc. ad π. X. 36. sqq.*

Advocati

Cognitores

Pr.

Nunc admonendi sumus, agere posse qvemlibet hominem aut suo nomine, aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cum olim in usu fuisset, alterius nomine agere non posse, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea Lege Hostilia permissum erat furti agere, eorum nomine, qvi apud hostes essent, aut Reipublicæ causa abessent, qvive in eorum cujus tutela essent. Sed qvia hoc non minimam incommoditatem habebat, qvod, alieno nomine neqve agere, neq; excipere actionem licebat, cœperunt homines

per

per procuratores litigare. Nam & morbus & ætas, & necessaria peregrinatio, itemque aliæ multæ (justæ) causæ sæpe hominibus impedimento sunt, quo minus rem suam ipsi exequi possint.

II. De Procuratoribus aut mandatariis generatim supra *lib. 3. T. 24.* tractatum fuit. Quod verò de Actore hîc dicitur, idem in reo obtinuit, ut & ipse per mandatarium comparere possit, nisi in certis casibus & causis lege expressis, veluti in matrimonialibus, criminalibus, mercatoriis & similibus. In quibusdam judiciis certi Procuratores jurati sunt constituti, ex quibus aliquem eligere litigans tenetur. In foro Saxonico Electorali formula mandati *ad heredes* mandantis extendenda est, ad evitandum readsumendæ litis processum, defuncto mandante; idque in aliis quoque judiciis observari conducit. Clausula *rati* quoque inseri debet, vid. *Carpz. Proc. Civ. s. 1, 77.* & Formularios Processistas.

De procuratoribus. etiam rerum. cl. heredum. cl. rati.

§. 1.

Procurator neque certis verbis, neque præsente semper adversario, imo & plerumq; eo ignorante constituitur. Cuicunq; enim permiseris rem tuam agere aut defendere, is tuus procurator intelligitur.

modus constituendi

§. 2.

Tutores & curatores quemadmodum constituantur, primo libro expositum est.

tutores & curat.

qvoad legitimationem

III. Tutoriis & Curatoriis exhibitis legitimare debent personam standi in judicio etiam Tutores & Curatores, itemqve ab his constituti *actores*, exceptis Tutoribus naturalibus, hoc est, Parentibus nomine liberorum suorum agentibus, qvippe, qvi abusive ita dicuntur, *V. supra tit.* XVIII. *lib. 1.* Carpz. *Proc. civ. s. 3, 6.* Similiter & Procuratores *mandata* insinuare tenentur, aliàs non admittuntur, etsi cautionem rati offerant, secus ac jure Romano, *§. 3. tit. seq.*

IV. Vniversitates, Collegia & Resp. per Syndicos comparere tenentur, & hi Syndicatus instrumentum insinuare, *t. π. qvod cujusq; univers. nomine.* vid. Exerc. *ad π. X. 50. sqq.*

TIT. XI.

2. π. 6. & 8. 2. C. 57.

DE SATISDATIONIBVS.

I.

Jus Rom.

JVre Romano etsi *actor* ad nullam satisdationem tenetur, *Procurator* tamen ejus tum tenetur satisdare *de rato*, si mandato scripto vel judicialiter nuncupato destituitur; *Reus* verò tantum *de judicio sisti* cavet: ejus autem Procurator etiam *judicatum solvi*, sicut & negotiorum gestor seu defensor absentis. De Satisdationibus & Cautionibus supra ad *tit. de Divisione Stipulationum.*

Pr.

Pr. vetus

Satisdationum modus alius antiquitati placuit, alium novitas per usum ampliavit est. Olim in realibus *enim, si in rem agebatur, satisdare possessor compellebatur, ut, si victus (esset) nec rem ipsam restitueret, nec litis æstimationem; potestas esset petitori aut cum eo agendi, aut cum fidejusoribus ejus; quæ Satisdatio appellatur judicatum solvi. Vnde autem sic appellatur, facile est intelligere. Namque stipulabatur quis, ut solveretur sibi, quod fuisset judicatum. Multo magis is, qui in rem actione conveniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine judicium accipiebat. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur. Procurator verò si in rem agebat, satisdare jubebatur, rem ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores verò & curatores eodem modo, quo procuratores, satisdare debere, verba edicti faciebant. Sed aliquando his agentibus satisdatio remittebatur. Hæc ita erant, si in rem agebatur.*

§. 1.

Si verò in personam; ab actoris quidem in personalibus *parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione qua in rem agitur. Ab ejus verò parte, cum quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interveniret; omni modo satisdaret: quia nemo defensor in alienare sine satisdatione idoneus esse creditur.*

tur. Quod si proprio nomine aliqvis judicium accipiebat in personam; judicatum solvi satisdare non cogebatur.

§. 2.

J. Rom. novum qvoad principalem

Sed hodie hæc aliter observantur. Sive enim qvis in rem actione convenitur, sive personali, suo nomine, nullam satisdationem pro litis æstimatione dare compellitur: sed pro sua tantum persona, qvod in judicio permaneat usq; ad terminum litis: vel committitur suæ promissioni cum jurejurando, qvam juratoriam cautionem vocant: vel nudam promissionem, vel satisdationem pro qualitate personæ suæ dare compellitur.

§. 3.

qvoad procuratorem actoris

Sin autem per procuratorem lis vel infertur, vel suscipitur; in actoris qvidem persona, si non mandatum actis insinuatum est, vel præsens dominus litis in judicio procuratoris sui personam confirmaverit, ratam rem dominum habiturum satisdationem procurator dare compellitur: eodem observando, & si tutor, vel curator, vel aliæ tales personæ, qvæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem qvibusdam per aliam inferunt.

§. 4.

rei præsentis

Si verò aliqvis convenitur; si qvidem præsens procuratorem dare paratus est, potest vel ipse

ipse in judicium venire, & sui procuratoris personam per judicatum solvi (satisdationem solennistipulatione) firmare, vel extra judicium satisdationem exponere, per quam ipse sui procuratoris fidejussor existat pro omnibus judicatum solvi satisdationis clausulis: ubi & de hypotheca suarum rerum convenire compellitur: sive in judicio promiserit, sive extra judicium caverit: ut tam ipse, quam heredes ejus obligentur. Alia insuper cautela, vel satisdatione propter personam ipsius exponenda quod tempore sententiæ recitandæ in judicium veniet; vel, si non venerit, omnia dabit fidejussor, quæ in condemnatione continentur, nisi fuerit provocatum.

§. 5.

Si verò reus præsto ex quacunque causa non absentia *fuerit, & alius velit defensionem ejus subire, nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda, potest hoc facere: ita tamen, ut satisdationem judicatum solvi pro litis æstimatione præstet. Nemo enim secundum veterem regulam (ut jam dictum est) alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur.*

§. 6.

Quæ omnia apertius & perfectius quotidiano judiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent.

§. 7.

Qvam formam non solum in hac regia urbe, sed etiam in omnibus nostris provinciis (etsi propter imperitiam forte aliter celebratur) obtinere censsimus: cum necesse sit, omnes provincias, caput omnium nostrarum civitatum, id est, hanc regiam urbem, ejusq; observantiam seqvi.

Jus novissimum Justin. qvoad actorem

II. At jus istud Justinianus *Novell. 96. c. 1.* & Auth. *libellum de Litis conteſt.* itemqve *Novell. 112. c. 2.* & Auth. *generaliter. de Episc. & Cler.* qvoad actorem sustulit, eumqve ad cautionem per fidejussoriam aut juratoriam obligavit, judicio sisti, intra duos menses litem conteſtari, victum decimam litis partem sumtuum nomine solvi.

Jus Germanor.

Qvod tamen in foro *Teutonico* peræqve receptum non est. V. Carpz. *2. Resp. 76.* Zanger. *de Except. 2, 21, 8. & 16.* Brunneman. *Prov. Civ. c. 8.* Dn. Andler. *JPrud. l. 12, 3.* præstare tamen actor cautionem tenetur, si non possidet immobilia in illo territorio, ubi agit, *Ordin. Camer. 3, 49. fi.* Dn. Andler. *JPr. l, 12.* qvæ in foro Saxonico dicitur *pro reconventione & expensis.* J. Sax. *Prov. 2, 5.* Coler. *dec. 205.* Constit. *El. S. 1, 5. Ord.* Jud. *El S, t. 13.* Porro immobilibus comparantur mobilia pretiosa, bibliothecæ, merces in tabernis, *Zanger. de Except. 2. 2, 37.* Jac. Schulz, *I. O. 19, 13.*

Cautio juris qvo utimur.

III. Cautio hæc vel per fidejussores fit vel per pignora, *Dn. Andler. JPrud. 1, 12, 11. sq.* qvorum neutrum habens ad juratoriam cautionem admittitur, qva de credulitate jurat, actu tamen cor-

corporali, *Wesenb. π. qui satisd. cog. n. 10.* Carpz. *Proc. Civ. 9, 5.* Hering. *de Fidej. c. 18, 125.* Brunnem. *Proc. Civ. c. 8, 13.* Dn. Andler. *JPr. l. 12, 14. seq.*

IV. Qvantitas cautionis arbitrio judicis constituenda est, *Ord. Jud. El. S. d. t. 13. §.* wie hoch aber / Moller. *l. Sem. 2.* Heig. *hic.* Zanger *de Except. 2, 21, 43.* Carpz. *Proc. Civ. 9, 5, 47.* Resolut. *Grav. Prov. Elect. S. P. 2. §. 17.* Brunnem. *Proc. Civ. 8, 17.* ad qvod etiam pertinet, an in omnibus causis cautio exigenda sit, etiam levissimis, *Vid. Exerc. ad π. VII. 5.* Ketler. *Dec.* *25, 47. Dec. 28. & 29, 39.* Mev. *4. Dec. 22. & 166.* qvantitas — qvibus in causis

V. Præter illam cautionem tenetur actor etiam ad *cautionem de lite prosequenda*, ex contumacia, etsi immobilia possidet; *Conf. de Auth. libellum de litis contest.* & Auth. *generaliter de Episc. & Cler.* cap. *actor. de dolo & contum. in 6.* Teuber. *Proc. Civ. cap. 10. d.* Exerc. *ad π. VII, 17.* Cautio de lite prosequ.

VI. In foro Saxonico actor etiam ad præstationem *Guarandæ* tenetur, h. e. evictionis, ne aut ipse libellum & actionem mutet, aut tertius eandem instituat, *J. Sax. Prov. 2, 15. & 3, 14.* Municip. *c. 40.* Constit. *El. S. 1, 4.* Ge. Schulz. *ad J. de action. lit. Z.* Carpz. *1. 4. def. 3.* Vid. Resolut. *Gravam. Elect. Sax. 1662. P. 2. §. 17. ibi.* und der geschworne Actuarius die Gewähr angeloben lassen / damit dieser exception alsobald vor Ausfertigung der citation abgeholffen werde. Guarandæ praestatio

Qvomodo caveat procurator actoris

VII. *Procurator actoris* proprio nomine cautionem realem non præstat, sed nomine Principalis, si hic immobilia non possidet; alias enim uterqve immunis est à cautione. *Wesenb. ad π. qui satisd. cog. n. 3.* Const. *Elect. Sax. 1, 5.* Brunnem. *Proc. Civ. c. 8, 8.* Vide tamnn *Resol. Gravam. El. S. 1662. P. 2. §. 17.*

Cautio rati

Atqve de rato cavet principalis in ipso mandato regulariter: Si ista clausula aut alia reqvisita in mandato omissa sunt, procurator cavet *de rato sub hypotheca bonorum*, & obligatur eo ipso postea mandatum perfectius insinuare actis. Persona qvoqve *cognata* admittitur absqve mandato, si de rato cavet, & mandatum postea exhibet, *Carpz. Proc. Civ. 5, 6.*

Reus qvatenus caveat

VIII. *Reus* usu fori nostri regulariter nullam cautionem præstare tenetur, nisi de *fuga* sit suspectus, *Carpz. 1, 5. def. 30.* Zanger *de Except. 2, 21, 48.* Dn. Andler. *JPrud. 1, 12, 4. & 10.* Procurator verò si defectus est in mandato, aut est persona cognata absqve mandato, de rato cavet. *Wurmser. 1. O. 3. tit. 10.*

TIT. XII.

DE PERPETVIS ET TEMPORALIBVS ACTIONIBVS, ET QVÆ AD HEREDES ET IN HEREDES TRANSEVNT.

I.

Connexio

ORiginem, species, & rationem proponendi admittendiqve actiones vidimus, reliqvum

liqvum eſt, ut de *duratione* earum diſpiciamus. Hæc verò qvum dependeat ab ipſius obligationis duratione, absqve qva nullum jus agendi competere per naturam rei poteſt; naturali qvidem jure nulla obligatio tempore tollitur, qvum tempus per ſe in res morales ejusmodi vim perimendi habere non videatur. Diſtinguunt qvidem Juris naturalis interpretes *Obligationem* in *perpetuam* & *temporalem*, illamqve eſſe, qvæ tolli neqveat, qvamdiu exiſtat perſona, cui inhæreat: hanc vero, qvæ tolli poſſit, vivo adhuc illo, cui inhæret. *Pufend. J. N. 3, 4, 7.* Sed hæc partitio ad perſonales tantum obligationes pertinet, non ad univerſum genus, de qvo qværimus, & primariam cumprimis ſpeciem, qvæ ad heredes transmittitur, qvalis qvælibet regulariter præſumitur. Qvare jure *naturali* nulla obligatio nullaqve actio tempore ſolo finitur ſine paciſcentium facto: arbitrio tamen legislatorum & voluntario *gentium* juri commiſit, an & qvatenus obligationes & actiones certi temporis ſpatio intermori vellent, idqve ex præſumto actoris conſenſu, atqve ut lites forenſes non infinitæ ſint; atqve ſic etiam obligationes & actiones per *Præſcriptionem* finiuntur. *Vid. ſupra de uſucap. n. 1. & Qvib. mod. tollitur oblig. n. 2.*

Duratio obligationum & actionū J. Naturali

Jure Gent. & civili

Pr.

Hoc loco admonendi ſumus eas qvidem actiones, qvæ ex lege, Senatusve conſulto, ſive ex facris Con-

Jus vet.

J. Nov. *Constitutionibus proficiscuntur, per, et uo solere antiquitus competere; donec sacræ constitutiones tam in rem, qvam in personam actionibus certos fines dederunt: eas vero, qvæ ex propria Prætoris jurisdictione pendent, plerumqve intra annum vivere: nam & ipsius Prætoris intra annum erat imperium. Aliqvando tamen & in perpetuum extenduntur, id est, usq; ad finem ex constitutionibus introductum: qvales sunt eæ, qvas bonorum possessori, ceterisqve, qvi heredis loco sunt, accommodat. Furti qvoqve manifesti actio, qvamvis ex ipsius Prætoris jurisdictione proficiscatur; tamen perpetuo datur. Absurdum enim esse existimavit anno eam terminari.*

Conf. *l. in honorariis. 35. π. de O. & A. & t. t. C. de præscr. long. temp.* itemqve *de præscr. 30.*

Perpetuæ secundū qvid

II. Atqve sic omnes qvidem sunt temporales, & nullæ perpetuæ, qvia tamen Prætoriæ sunt tantum annales, respectu longioris temporis *perpetuarum* nomen civiles retinuerunt. Cæterum regulariter actiones tolluntur præscriptione decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, *t. t. C. de præscript. longi temp.* Præsentes autem dicuntur, qvando uterqve habet domicilium in eadem provincia, licet non in eadem civitate, *l. fi. d. t.* Tandem omnes actiones, qvæ minori tempore non sunt limitatæ, XXX. annorum spatio ex constitutione Theodosiana, & deniqve XL. annis omnes, etiam

Præsentes qvi

Etiam perpetuæ præscribuntur

etiam jus publicum concernentes, ex L. Anastasiana tolluntur, *l. 3. & 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Conf. *Novell. CX. 1. & CXXXI, 6.* Quod si verò actor rei præscriptionem allegantis *malam fidem* probat, actio etiam personalis adhuc viget, longissimo licet tempore elapso, per Jus Canonicum, *cap. fi. X. de præscript. c. 2. de Reg. Jur in 6.* Gail. *2. O. 18, 7.* nisi M.E. probetur

III. Hæc de duratione actionum: sequitur de transmissione ad heredes sive actoris, sive rei. de transmissione

§. 1.

Non autem omnes actiones, quæ in aliquem aut ipso jure competunt; aut à Prætore dantur; & in heredem æque competunt, aut dari solent. Est enim certissima juris regula, ex maleficiis pœnales actiones in heredem rei non competere: veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum damni injuria. Sed heredibus hujusmodi actiones competunt, nec denegantur, exceptâ injuriarum actione, & si qua alia similis inveniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit, cum testator dolose versatus sit, & ad heredem ejus nihil ex eo dolo pervenit. Pœnales autem actiones, quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ, & heredibus dantur, & contra heredes transeunt.

IV. Di-

Reg. IV. Distinctius paulo hæc ita haberi debent: Omne jus & omnis obligatio regulariter heredes qvoqve comprehendit & ad eos transmittitur; tum ut dominium rerum corporalium sua natura perpetuum est, & in heredes transmittitur, *Tiraqv. de retract. gentil. §. 1. gl. 14. n. 88.* ita etiam contractus & inde ortæ obligationes regulariter ad heredes perpetuantur, *l. 44. §. 1. π. de O. & A. l. si pactum 9. π. de probat. l. veteris 15. C. de contrab. stip. t. t. C. de hereditariis actionibus. & t. C. ut actiones & ab heredibus & contra.* Bertachin. *Repert. voc. Tempus. v. 23.* Gl. *in l. fine præfinito. π. de pœn.* Bart. *& Dd. in l. sufficit π. de condict. indeb.* Color. *Consil. 29, 33.* Carpz. *Qv. Crim. 130, 16.* qvare regulariter obligatio & actio ad heredes tam actoris qvam rei transmittitur, & *in rem* non in personam concepta intelligitur, ut *personalitas* ab allegante sit probanda, *Brunnem. in l. 8. §. pen π. de pign. act.* Exerc. *ad π.* VIII, *13.*

Exc. qvo-ad pœnales V. Sed patitur hæc regula exceptionem in obligatione ex delictis ad pœnam & actione pœnali, qvantum ad rei seu *delinqventis heredem*, qvi ab ea immunis est, qvod *commentitio* jure receptum ait Paulus *L. si pœna 20. de pœnis* h. e. prudentum & commentatorum Juris interpretatione. Etiam Jure Sax. *lib. 2. A. 17.* & Gl. *l. 3. A. 31.* non qvidem ex ea ratione, qvod *pœna constituitur in emendationem hominum, qvæ mortuo eo, in qvem constituitur videtur, desinit*, ut eidem videtur, & qvam H. Grotius *de J. B. 2. 21, 12.* recte

Ratio

recte reprehen lit, non tantum, qvod exemplum ſtatui poſſit etiam extra perſonam delinqventis, in ea qvæ ipſum tangit, *Joſ 7, 15. 24.* Sed & qvod plures pœnarum fines ſunt, qvam emendationis: verior autem, qvam Grotius *d. §. 12. & 19.* explicat, eſt, qvod obligatio ad pœnam ex merito oritur, meritum autem perſonale eſt, ex voluntate ortum, unde heres in meritis talibus defuncti perſonam non refert, ſed in bonis tantum, qvibus ut cohærerent debita ex ipſa rerum æqvalitate, qvam intendit juſtitia, introductum fuit.

VI. Qvæ tamen exceptio iterum limitatur & obligatio heredis ad *pœnam pecuniariam* & actio pœnalis verſus heredem competit, ſi alia obligandi cauſa accedit, veluti *conventio* de pœna contractui adjecta, qvalis etiam tacite in *litis conteſtatione* continetur, *l. 35. π. de O. & A. l. 83. π. de V. O. l. 11. §. 1. l. 29. π. de novat. l. 3. C. de uſur. rei jud.* Jus Sax. *Prov. l. 2. A. 17.* Gl. *ad l. 3. A. 31.* Brunnem. *ad l. un. C. ut act. & ab hered. & contr. hered.* Ziegler. *ad Lancell. 3, 11, 5.* In actione injuriarum ſola *citatio* ſufficit, uſu fori Teutonici, *Harprecht ad §. 12. J. de injur.* Ge. Schulz. *h. c.* aut ſi qvid ex delicto defuncti pervenerit ad heredem, ne cum damno alterius locupletetur, *l. 28 fi. π. de dolo. l. 23. §. 8. ad L. Aqvil.* Jus Sax *Prov. l. 3. A. 31* Gl. *ad l. 2. A. 17* Brunnem, *ad l. un. C. ex delictis defunctor.* Exc. Exc.

VII. Pla-

obligationis ex maleficio partes

VII. Planè qvum ex maleficio duplex obligatio oriatur, una ad reparationem damni rei familiari illati, altera ad pœnam ex dolo vel culpa; prior utiqve una cum bonis delinqventis ad heredem transit, ex naturali æqvitate, etsi ex ipso maleficio nihil ad heredem pervenerit. *Pufendorf. de J. N. 3, 1, 11. Præstationes personales ex obligatione pœnali solvit mors, non debita, quæ bonis velut inhærent, eaqve ad qvosvis possessores comitantur. quale est hoc debitum damni reparandi.* Hinc *jus tacitæ hypothecæ* in bonis furis usu fori nostri obtinet furtum passus, *Carpz. Dec. 190, 15.* Atqve ita responsum à Sede Romana, *cap. ult. X. de sepult. & c. 5. X. de Raptor. cap. tua nos X. de usur.* Conf. *cau 16. q. 6. can. 4.* & approbant J. Clar. *lib. 5. §. fi q. 51. 16.* Finckelth. *Obs. 59.* Brunnem. *in l. 23. §. 8. π. ad L. Aqvil. & in l. 3. π. 3. π. si mensor falsi. mod. dix.* & in *l. 9. π. de publicanis.* D. Struv. *JPrud. 3, 23, 7.* Dissentit *Decis. Elect. 86.* Vid. Exerc. *ad π. XIX, 75.*

Ad agend. nemo cogitur

IIX. Deniqve de actore notandum, qvod nemo invitus agere cogitur *l. un. C. ut nemo invit. agere.* etsi injuriis affectus, neqve enim infamia ob id contrahitur, *Exerc. ad. π. XLIX, 30.*

Exc.

Plane provocari actor alternative potest, ut aut agat, aut sileat, qvoties de actione aut prætensione contra alterum cum diffamatione gloriatus, Condictione ex *L. diffamari. C. de ingen. manumis.* aut sine diffamatione, *Exerc. l. si contendat C. de fidej.* Carpz. *3. Resp. 34. & 64. Proc. Civ. t. 20.*

§. 2.

§. 2.

Superest, ut admoneamus, qvod si ante rem judicatam is, cumqvo actum est, satisfaciat actori, officio judicis convenit eum absolvere; licet in eâ causâ fuisset judicii accipiendi tempore, ut damnari deberet. Et hoc est, qvod antea vulgo dicebatur, omnia judicio absolutoria esse.

Tit. XIII.

44. π. 1. seqq. 8. C. 36. 2. x. 25.

De Exceptionibvs.

I.

DE REO videamus, h. e. eo, contra qvem invitum actio instituitur ex obligatione sive circa personam sive ex re sive personali. Reusqvis

Proprium ejus est, defendere se exceptione, qva eludere conatur petitionem actoris, respondendo vel ad factum, vel ad jus, qvæ duo fontes exceptiones pariunt duplicis generis, qvatum aliæ *ipso jure* tollunt actionem facto tantum probato, aliæ per *modum exceptionis*, qvibus contenditur aut obligationem & actionem de jure esse *extinctam*, ut exceptione rei judicatæ, jurisjurandi, præscriptionis, transactionis, pacti de non petendo; aut ex æqvitate *rescindendam*, ut doli, metus, ætatis, absentiæ, læsionis enormis; de utriusqve generis natura supra egimus *tit. qvib. mod. toll. obligatio.* Hic de posterioris generis speciebus tractatur. Exceptio qvid. qvotuplex

Pr.

Fundamentum exceptionum.

Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ autem sunt exceptiones defendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut licet ipsa persecutio, qua actor experitur, justa sit; tamen iniqua sit adversus eum, cum quo agitur.

§. 1.

Verbigratia, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti, quod non debueras promittere; palam est, jure civili te obligatum esse: & actio, qua intenditur, dare te oportere, efficax est: sed iniquum est te condemnari: Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut doli mali, aut in factum composita, ad impugnandam actionem.

Restitutio in integrum

II. De his exceptionibus tractatur in π. *de Exceptionibus*, & speciatim *de dolo & met. except.* Sed notandum, posse eas quoque *per modum actionis* institui, & generatim vocantur *Restitutiones* in integrum, *t. t. π. & C. de in integr. restit. de dolo malo. Quod metus causa, de minoribus. Ex quibus caus. maj.* quibus ex factâ læsione petitur rescisio obligationis summo jure contractæ & causæ in pristinum statum ex æquitate restitutio; idque intra *quadriennium* continuum, *l. ult. C. de temporibus in integr. restitution.* confer. Exerc. *ad π.* XI, 27. Fundamen-

mentum restitutionum *læso* est, & hactenus cum Actione rescissoria contractuum ex *L. 2. C. de rescind. emt.* conveniunt illæ, sed qvantitate læsionis differunt; si qvidem in rescissoria læsio ultra dimidium justi pretii sit oportet, sed in restitutionibus qvævis læsio admittitur, modo *ne* sit *minima*, & majori rei aut summæ præjudicet, *l. 4. π. de in integr.* potissimum vero attenditur læsionis causa consensui & obligationi contraria, qvalis est dolus, vis aut metus, imbecillitas ætatis, itemqve sexûs, error item & absentia. diff. à Rescissoria ex l. 2. de resc. vend.

III. Non omnis *Metus*, sed *justus*, h. e. respectu ejus, cui licet injuste infertur, & qvi in hominem constantem cadit, restitutionem parit; non item *vanus*, seu injustus, qvi in qvemlibet meticulosum cadit, *l. 3. seqq. π. Qvod met. caus.* Atqve datur restitutio hæc non tantum contra eum, qvi vim metumve intulit, sed & contra qvosvis possessores rei vi metuve ablatæ, unde *actio in rem scripta* dicitur, *l. 9. §. fi. l. 14. §. 3. π. eo.* Qvod si metu promissum postea extra metum constitutus solvit, non restituitur, novo & libero consensu accedente, *d. l. 9. §. 3. l. 2. & 4. C. eod.* Conf. H. Grot. *J. B. 2, 7, 2.* & Exerc. *ad π.* XI, *12. seqq.* Qvod met. caus.

IV. Dolus qvum difficilioris sit probationis, subsidiaria actio *in factum* præterea suppetit, & qva tutius utimur in foro, ab illo in eo tantum differens, qvod doli nulla fiat mentio, Exceptio & Actio de dolo & in factum

Qvomodo caveat procurator actoris

VII. *Procurator actoris* proprio nomine cautionem realem non præstat, sed nomine Principalis, si hic immobilia non possidet; alias enim utervqve immunis est à cautione. *Wesenb. ad π. qui satisd. cog. n. 3.* Const. *Elect. Sax. 155.* Brunnem. *Proc. Civ. c. 8, 8.* Vide tamnn *Resol. Gravam. El. S. 1662. P. 2. §. 17.* Atqve de rato cavet principalis in ipso mandato regulariter: Si ista clausula aut alia reqvisita in mandato omissa sunt, procurator cavet *de rato sub hypotheca bonorum*, & obligatur eo ipso postea mandatum perfectius insinuare actis. Persona qvoqve *cognata* admittitur absqve mandato, si de rato cavet, & mandatum postea exhibet, *Carpz. Proc. Civ. 5, 6.*

Cautio rati

Reus qvatenus caveat

VIII. *Reus* usu fori nostri regulariter nullam cautionem præstare tenetur, nisi de *fuga* sit suspectus, *Carpz. 1, 5. def. 30.* Zanger *de Except. 2, 21, 48.* Dn. Andler. *JPrud. 1, 12, 4. & 10.* Procurator verò si defectus est in mandato, aut est persona cognata absqve mandato, de rato cavet. *Wurmser. l. O. 3. tit. 10.*

TIT. XII.

DE PERPETVIS ET TEMPORALIBVS ACTIONIBVS, ET QVÆ AD HEREDES ET IN HEREDES TRANSEVNT.

I.

Connexio

ORiginem, species, & rationem proponendi admittendiqve actiones vidimus, reliqvum

liqvum eſt, ut de *duratione* earum diſpiciamus. Hæc verò qvum dependeat ab ipſius obligationis duratione, absqve qva nullum jus agendi competere per naturam rei poteſt; naturali qvidem jure nulla obligatio tempore tollitur, qvum tempus per ſe in res morales ejusmodi vim perimendi habere non videatur. Diſtinguunt qvidem Juris naturalis interpretes *Obligationem* in *perpetuam* & *temporalem*, illamqve eſſe, qvæ tolli neqveat, qvamdiu exiſtat perſona, cui inhæreat: hanc vero, qvæ tolli poſſit, vivo adhuc illo, cui inhæret. *Pufend. J. N. 3, 4, 7.* Sed hæc partitio ad perſonales tantum obligationes pertinet, non ad univerſum genus, de qvo qværimus, & primariam cumprimis ſpeciem, qvæ ad heredes transmittitur, qvalis qvælibet regulariter præſumitur. Qvare jure *naturali* nulla obligatio nullaqve actio tempore ſolo finitur ſine paciſcentium facto: arbitrio tamen legislatorum & voluntario *gentium* juri commiſit, an & qvatenus obligationes & actiones certi temporis ſpatio intermori vellent, idqve ex præſumto actoris conſenſu, atqve ut lites forenſes non infinitæ ſint; atqve ſic etiam obligationes & actiones per *Præſcriptionem* finiuntur. *Vid. ſupra de uſucap. n. 1.* & *Qvib. mod. tollitur oblig. n. 2.*

Duratio obligationum & actionū J. Naturali

Jure Gent. & civili

Pr.

Hoc loco admonendi ſumus eas qvidem actiones, qvæ ex lege, Senatusve conſulto, ſive ex ſacris Con-

Jus vet.

J. Nov. *Constitutionibus proficiscuntur, per, etuo solere antiqvitus competere; donec sacræ constitutiones tam in rem, qvam in personam actionibus certos fines dederunt: eas vero, qvæ ex propria Prætoris jurisdictione pendent, plerumqve intra annum vivere: nam & ipsius Prætoris intra annum erat imperium. Aliqvando tamen & in perpetuum extenduntur, id est, usq; ad finem ex constitutionibus introductum: qvales sunt eæ, qvas bonorum possessori, ceteriqve, qvi heredis loco sunt, accommodat. Furti qvoqve manifesti actio, qvamvis ex ipsius Prætoris jurisdictione proficiscatur; tamen perpetuo datur. Absurdum enim esse existimavit anno eam terminari.*

Conf. *l. in honorariis. 35. π. de O. & A. & t. t. C. de præscr. long. temp.* itemqve *de præscr. 30.*

Perpetuæ secundū qvid

II. Atqve sic omnes qvidem sunt temporales, & nullæ perpetuæ, qvia tamen Prætoriæ sunt tantum annales, respectu longioris temporis *perpetuarum* nomen civiles retinuerunt. Cæterum regulariter actiones tolluntur præscriptione decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, *t. t. C. de præscript. longi temp.* Præsentes autem dicuntur, qvando uterqve habet domicilium in eadem provincia, licet non in eadem civitate, *l. fi. d. t.* Tandem omnes actiones, qvæ minori tempore non sunt limitatæ, XXX. annorum spatio ex constitutione Theodosiana, & deniqve XL. annis omnes, etiam

Præsentes qvi

Etiam perpetuæ præscribuntur

etiam jus publicum concernentes, ex L. Anastasiana tolluntur, *l. 3. & 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Conf. *Novell. CX. 1. & CXXXI, 6.* Quod si verò actor rei præscriptionem allegantis *malam fidem* probat, actio etiam personalis adhuc viget, longissimo licet tempore elapso, per Jus Canonicum, *cap. fi. X. de præscript. c. 2. de Reg. Jur in 6.* Gail. *2. O. 18, 7.* nisi M.F. probetur

III. Hæc de duratione actionum: sequitur de transmissione ad heredes sive actoris, sive rei. de transmissione

§. 1.

Non autem omnes actiones, quæ in aliquem aut ipso jure competunt; aut à Prætore dantur; & in heredem æque competunt, aut dari solent. Est enim certissima juris regula, ex maleficiis pœnales actiones in heredem rei non competere: veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum damni injuria. Sed heredibus hujusmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta injuriarum actione, & si qua alia similis inveniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit, cum testator dolose versatus sit, & ad heredem ejus nihil ex eo dolo pervenit. Pœnales autem actiones, quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ, & heredibus dantur, & contra heredes transeunt.

IV. Di-

Reg. IV. Distinctius paulo hæc ita haberi debent: Omne jus & omnis obligatio regulariter heredes qvoqve comprehendit & ad eos transmittitur; tum ut dominium rerum corporalium sua natura perpetuum est, & in heredes transmittitur, *Tiraqv. de retract. gentil. §. 1. gl. 14. n. 88.* ita etiam contractus & inde ortæ obligationes regulariter ad heredes perpetuantur, *l. 44. §. 1. π. de O. & A. l. si pactum 9. π. de probat. l. veteris 15. C. de contrab. stip. t. t. C. de hereditariis actionibus. & t. C. ut actiones & ab heredibus & contra.* Bertachin. *Repert. voc. Tempus. v. 23.* Gl. *in l. fine præfinito. π. de pœn.* Bart. & *Dd. in l. sufficit π. de condict. indeb.* Color. *Consil. 29, 33.* Carpz. *Qv. Crim. 130, 16.* qvare regulariter obligatio & actio ad heredes tam actoris qvam rei transmittitur, & *in rem* non in personam concepta intelligitur, ut *personalitas* ab allegante sit probanda, *Brunnem. in l. 8. §. pen π. de pign. act.* Exerc. *ad π.* VIII, *13.*

Exc. qvo-ad pœnales V. Sed patitur hæc regula exceptionem in obligatione ex delictis ad pœnam & actione pœnali, qvantum ad rei seu *delinqventis heredem*, qvi ab ea immunis est, qvod *commentitio* jure receptum ait Paulus *L. si pœna 20. de pœnis* h. e. prudentum & commentatorum Juris interpretatione. Etiam Jure Sax. *lib. 2. A. 17.* & Gl. *l. 3. A. 31.* non qvidem ex ea ratione, qvod *pœna constituitur in emendationem hominum, qvæ mortuo eo, in qvem constitui videtur, desinit*, ut eidem videtur, & qvam H. Grotius *de J. B. 2. 21, 12.* Ratio

rectè

recte reprehen lit, non tantum, qvod exemplum ſtatui poſſit etiam extra perſonam delinqventis, in ea qvæ ipſum tangit, *Joſ 7, 15. 24.* Sed & qvod plures pœnarum fines ſunt, qvam emendationis: verior autem, qvam Grotius *d. §. 12. & 19.* explicat, eſt, qvod obligatio ad pœnam ex merito oritur, meritum autem perſonale eſt, ex voluntate ortum, unde heres in meritis talibus defuncti perſonam non refert, ſed in bonis tantum, qvibus ut cohærerent debita ex ipſa rerum æqvalitate, qvam intendit juſtitia, introductum fuit.

VI. Qvæ tamen exceptio iterum limitatur & obligatio heredis ad *pœnam pecuniariam* & actio pœnalis verſus heredem competit, ſi alia obligandi cauſa accedit, veluti *conventio* de pœna contractui adjecta, qvalis etiam tacite in *litis conteſtatione* continetur, *l. 35. π. de O. & A. l. 83. π. de V. O. l. 11. §. 1. l. 29. π. de novat. l. 3. C. de uſur. rei jud.* Jus Sax. *Prov. l. 2. A. 17.* Gl. *ad l. 3. A. 31.* Brunnem. *ad l. un. C. ut act. & ab hered. & contr. hered.* Ziegler. *ad Lancell. 3, 11, 5.* In actione injuriarum ſola *citatio* ſufficit, uſu fori Teutonici, *Harprecht ad §. 12. J. de injur.* Ge. Schulz. *h. c.* aut ſi qvid ex delicto defuncti pervenerit ad heredem, ne cum damno alterius locupletetur, *l. 28 fi. π. de dolo. l. 23. §. 8. ad L. Aqvil.* Jus Sax *Prov. l. 3. A. 31* Gl. *ad l. 2. A. 17* Brunnem, *ad l. un. C. ex delictis defunctor.* Exc. Exc.

VII. Pla-

obligationis ex maleficio partes

VII. Planè qvum ex maleficio duplex obligatio oriatur, una ad reparationem damni rei familiari illati, altera ad pœnam ex dolo vel culpa; prior utiqve una cum bonis delinqventis ad heredem transit, ex naturali æqvitate, etsi ex ipso maleficio nihil ad heredem pervenerit. *Pufendorf. de J. N. 3, 1, 11. Præstationes personales ex obligatione pœnali solvit mors, non debita, quæ bonis velut inhærent, eaqve ad qvosvis possessores comitantur. qvale est hoc debitum damni reparandi.* Hinc *jus tacitæ hypothecæ* in bonis furis usu fori nostri obtinet furtum passus, *Carpz. Dec. 190, 15.* Atqve ita responsum à Sede Romana, *cap. ult. X. de sepult. & c. 5. X. de Raptor. cap. tua nos X. de usur.* Conf. *can 16. q. 6. can. 4.* & approbant J. Clar. *lib. 5. §. fi q. 51. 16.* Finckelth. *Obs. 59.* Brunnem. *in l. 23. §. 8. π. ad L. Aqvil. & in l. 3. n. 3. π. si mensor falsum. mod. dix.* & in *l. 9. π. de publicanis.* D. Struv. *JPrud. 3, 23, 7.* Dissentit *Decis. Elect. 86.* Vid. Exerc. *ad π. XIX, 75.*

Ad agend. nemo cogitur

IIX. Deniqve de actore notandum, qvod nemo invitus agere cogitur *l. un. C. ut nemo invit. agere.* etsi injuriis affectus, neqve enim infamia ob id contrahitur, *Exerc. ad. π. XLIX, 30.*

Exc.

Plane provocari actor alternative potest, ut aut agat, aut fileat, qvoties de actione aut prætensione contra alterum cum diffamatione gloriatus, Condictione ex *L. diffamari. C. de ingen. manumis.* aut sine diffamatione, *Exerc. l. si contendat C. de fidej.* Carpz. *3. Resp. 34. & 64. Proc. Civ. t. 20.*

§. 2.

§. 2.

Superest, ut admoneamus, qvod si ante rem judicatam is, cum qvo actum est, satisfaciat actori, officio judicis convenit eum absolvere; licet in eâ causâ fuisset judicii accipiendi tempore, ut damnari deberet. Et hoc est, qvod antea vulgo dicebatur, omnia judicio absolutoria esse.

Tit. XIII.

De Exceptionibvs.

44. π. 1. seqq. 8. C. 36. 2. x. 25.

I.

DE REO videamus, h. e. eo, contra qvem invitum actio instituitur ex obligatione sive circa personam sive ex re sive personali. Reusqvis

Proprium ejus est, defendere se exceptione, qva elidere conatur petitionem actoris, respondendo vel ad factum, vel ad jus, qvæ duo fontes exceptiones pariunt duplicis generis, qvarum aliæ *ipso jure* tollunt actionem facto tantum probato, aliæ per *modum exceptionis*, qvibus contenditur aut obligationem & actionem de jure esse *extinctam*, ut exceptione rei judicatæ, jurisjurandi, præscriptionis, transactionis, pacti de non petendo; aut ex æqvitate *rescindendam* ut doli, metus, ætatis, absentiæ, læsionis enormis; de utriusqve generis natura supra egimus *tit. qvib. mod. toll. obligatio.* Hic de posterioris generis speciebus tractatur. Exceptio qvid qvotuplex

Pr.

Fundamentum exception.

Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ autem sunt exceptiones defendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut licet ipsa persecutio, qua actor experitur, justa sit; tamen iniqua sit adversus eum, cum quo agitur.

§. 1.

Verbigratia, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti, quod non debueras promittere; palam est, jure civili te obligatum esse: & actio, qua intenditur, dare te oportere, efficax est: sed iniquum est te condemnari: Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut doli mali, aut in factum composita, ad impugnandam actionem.

II. De his exceptionibus tractatur in π. *de Exceptionibus*, & speciatim *de doli & met. except.* Sed notandum, posse eas quoque *per modum actionis* institui, & generatim vocantur

Restitutio in integrum

Restitutiones in integrum, *t. t. π. & C. de in integr. restit. de dolo malo. Quod metus causa, de minoribus. Ex quibus caus. maj.* quibus ex factâ læsione petitur rescisio obligationis summo jure contractæ & causæ in pristinum statum ex æqvitate restitutio; idqve intra *quadriennium* continuum, *l. ult. C. de temporibus in integr. restitution.* confer. Exerc. *ad π.* XI, 27. Fundamen-

mentum restitutionum *læsio* est, & hactenus cum Actione rescissoria contractuum ex *L. 2. C. de rescind. emt.* conveniunt illæ, sed qvantitate læsionis differunt; si qvidem in rescissoria læsio ultra dimidium justi pretii sit oportet, sed in restitutionibus qvævis læsio admittitur, modo *ne* sit *minima*, & majori rei aut summæ præjudicet, *l. 4. π. de in integr.* potissimum vero attenditur læsionis causa consensui & obligationi contraria, qvalis est dolus, vis aut metus, imbecillitas ætatis, itemqve sexûs, error item & absentia. diff. à Rescissoria ex l. 2. de resc. vend.

III. Non omnis *Metus*, sed *justus*, h. e. respectu ejus, cui licet injuste infertur, & qvi in hominem constantem cadit, restitutionem parit; non item *vanus*, seu injustus, qvi in qvemlibet meticulosum cadit, *l. 3. seqq. π. Qvod met. caus.* Atqve datur restitutio hæc non tantum contra eum, qvi vim metumve intulit, sed & contra qvosvis possessores rei vi metuve ablatæ, unde *actio in rem scripta* dicitur, *l. 9. §. fi. l. 14. §. 3. π. eo.* Qvod si metu promissum postea extra metum constitutus solvit, non restituitur, novo & libero consensu accedente, *d. l. 9. §. 3. l. 2. & 4. C. eod.* Conf. H. Grot. *J. B. 2, 7, 2.* & Exerc. *ad π.* XI, *12. seqq.* Qvod met. caus.

IV. Dolus qvum difficilioris sit probationis, subsidiaria actio *in factum* præterea suppetit, & qva tutius utimur in foro, ab illo in eo tantum differens, qvod doli nulla fiat mentio, Exceptio & Actio de dolo & in factum

sed qvod bonæ fidei non conveniat, locupletari cum damno alterius. *V. Termine. Proc. cap. III.* Sichard. *ad l. 5. C. de dolo malo* Brunnem. *ad l. non debet. 11. π. eo.* & habet hæc actio etiam præactione doli prærogativam, qvod non biennio, sed 30. annis demum præscribatur. *l. 28. ff. π. h. t.* Conf. *d. Exerc.* XI, *20. seqq.*

Restitutio minorum

V. Minores ob ex ætate factam læsionem etiamsi tutores aut curatores & vel judicialiter interveniisse probantur, restituantur. *t. t. π. A. C. de minor.* A. Faber. *C. 5, 39. def. 2.* H. Pist. *1. qv. 12, 7.* Plane denegatur hoc beneficium si minor juramento gestum firmavit. *Auth. Sacrament. puber. C. si adv. vendit.* aut veniam ætatis impetravit, *t. t. C. de his, qvi ven. æt.* si major factus ratum habuit, *t. t. C. si maj. fact.* si dolose se majorem dixerit, *t. t. C. si minor se maj. dixer.* sed neqve in causis artis, qvam minor profitetur, *Brunnem. ad l. 1. C. qvi & adverf. qvos.* neqve minori contra parentes, *l. fi. C. qvi & adv. qvos. & ibi Brunnem. l. ult. §. 6. C. de bon. qva lib. in potest.* Novell. *155. c. 1.* Vid. tamen *Exerc. ad π.* XI, *13.* neqve semel denegata iterum impetrari potest ex eadem causa, *t. C. si sæpius restit. in integr. post.* Ad exemplum Minorum datur etiam Reip. *t. C. de jure Reip. L. 4. C. ex qvib, cauf. maj.* itemqve Ecclesiæ *cap. 1. seqq.* X. *de restit.* deniqve

& mulierum

& *mulieres* jure nostro, qvippe sub curatela viventes, restituuntur, si sine curatore contraxerint, *Carpz. 2, 15. def. 33.* qvanqvam & *nullitatis*

tatis actio competat, *Wibel. de contract. mulier. c. ult. n.* concurſus cum act. nullitatis.

VI. Tandem etiam *abſentia*, eaqve juſta h. e. non affectata aut malitioſa; ignorantia item probabilis aut *error*; vel aliud impedimentum perſeqvendi juris ſui, veluti *paupertas*, & *ſi qva alia judici juſta cauſa eſſe videbitur*, reſtitutio etiam majoribus *ex clauſula generali* datur, de qva *t. t. π. ex qvib. cauſ. maj.* Conf. *cap. 8.* X. *de appell.* Sfortia Oddus *Tr. de reſtit. in integr.* Reſtit. ob abſentiam & ſimili cauſa

VII. Porrò, qvum reſtitutio *actione* impetranda intra qvadriennium concludatur, par ratio eſt, ſi *exceptione* proponitur. Etſi enim exceptiones hæ *perpetuæ* dicuntur, §. *9. h. t.* non hoc tamen ſenſu, ſed qvod in perpetuum perimant litem, non differant ut dilatoriæ. *Oddus P. 1. qv. 35. art. 7. n. 41.* Mevius *P. 3. dec. 333.* Brunnem. *ad l. pure π. de except. doli. & ad l. 9. §. 4. π. de jurej. n. 40. itemqve ad l. ult. C. de temp. in integr.* Ratio eſt, qvia qvandocunqve libuerit per modum actionis beneficio hoc uti poterat, *d. l. purè 5. C. de exc. doli.* P. Coſtal. *Adverſar. ad π. P 2. tit. de inoffic. teſt. §. ſi filius.* Diſſentit Carpz. *Proc. Civ. 19, 2. 16.* Vid. Exerc. *ad π.* XI, 31. Actio & exceptio qvamdiu proponi poſſit

§. 2.

Idem juris eſt, ſi qvis qvaſi credendi cauſa pecu- Exc. non numeratæ pecuniæ

pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numeraverit. Nam eam pecuniam à te petere posse eum certum est. dare enim te oportet, cum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari, placet exceptione non numeratæ pecuniæ te defendi debere, cujus temporanos (secundum quod jam superioribus libris scriptum est) constitutione nostra coarctavimus.

Conf. supra t. de liter. oblig. & l. In contractib. C. de non num. pec.

§. 3.

Exc. pacti

Præterea debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto convento obligationes non omnino dissolvuntur. Qua de causa efficax est adversus eum actio, quam actor intendit, si apparet eum dare oportere: sed quia iniquum est, contra pactionem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conventi.

§. 4.

Exc. juris.

Æque si debitor, creditore deferente, juraverit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet: sed quia iniquum est de perjurio queri, defenditur per exceptionem juri-jurandi. In iis quoque actionibus, quibus in rem agitur, æque necessariæ sunt exceptiones: veluti, si petitore deferente possessor juraverit eam rem suam esse, & nihilominus petitor eandem

eandem rem vindicet. licet enim verum sit, qvod intendit, i. e. rem ejus esse, iniqvum tamen est, possessorem condemnari.

Conf. *t. t. π. & C. de jurej.*

§. 5.

Item, si in judicio tecum actum fuerit, sive in rem, sive in personam; nihilominus obligatio durat: & ideo ipso jure de eadem re postea adversus te agi potest; sed debes per exceptionem rei judicatæ adjuvari. Exc. rei judicat.

Conf. *t. π. de except. rei jud.*

§. 6.

Hæc exempli causa retulisse sufficiat. Alioqvi qvam ex multis variisqve causis exceptiones necessariæ sint, ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris intelligi potest.

§. 7. I. divis. Except. in civiles & Prætorias.

Qvarum qvædam ex legibus, velex iis qvæ legis vicem obtinent, velex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt.

IIX. Antea diximus Exceptiones Jure Romano in *perpetuas* sive peremtorias, & in *temporales* sive dilatorias dividi, sed alio respectu, qvam mox §. 11. Fundamentum istius divisionis est *res* ipsa, qvæ *principaliter* in lite versatur, ejusqve petitionis & solutionis exclusio: porro II. divis. in perpetuas & temp.

hæc vel in *perpetuum* tendit, & totam obligationem semel perimit, vel *ad tempus* exactionem differt obligatione salva. Vnde intelligitur *perpetuam* exceptionem non ideo dici, qvod in æternum possit opponi, nec unqvam præscriptioni perimi; sed qvod intra tempus lege definitum proposita obligationem & actionem, exactionemqve non in tempus, veluti *Exceptio Moratoria* in qvinqvennium, differat, sed totam statim perimat, non ad tempus suspendat. Falso autem pro fundamento hujus divisionis venditatur *præscriptio*, qvasi perpetuæ dicantur, non præscriptibiles, temporales contra. *Conf. P. Busii lib. 1. Subtilit. Jur. c. 1.* Ex his jam facile intelligitur, qvid Justinianus in seqventibus doceat.

§. 8.

sive peremtorias & dilatorias

Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ.

§. 9.

perpetuæ qvæ

Perpetuæ & peremptoriæ sunt, qvæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qva agitur, perimunt: qvalis est exceptio doli mali, & qvod metus causa factum est, & pacti conventi, cum ita convenerit, ne omnino pecunia peteretur.

§. 10.

§. 10.

Temporales atqve dilatoriæ ſunt, qvæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qvalis eſt pacti conventi, cum ita convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra qvinqvennium: nam finito eo tempore, non impeditur actor rem exeqvi. Ergo ii, qvibus intra certum tempus agere volentibus objicitur exceptio aut pacti conventi, aut alia ſimilis, differre debent actionem, & poſt tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ iſtæ exceptiones appellantur. Alioqvi, ſi intra tempus egerint, objectaq; ſit exceptio; neqve ex judicio qvicqvam conſeqvebatur propter exceptionem, neqve poſt tempus olim agere poterant, cum temere rem in judicium deducebant & conſumebant, qva ratione rem amittebant. Hodie autem non ita ſtricte hoc procedere volumus: ſed eum, qvi ante tempus pactionis vel obligationis, litem inferre auſus ſit, Zenoniana conſtitutioni ſubjacere cenſemus, qvam ſacratiſſimus Legislator de iis, qvi tempore plus petierint protulit: ut & inducias, qvas ipſe actor ſponte indulſerit, vel qvas natura actionis continet, ſi contemſerit, in duplum habeant ii, qvi talem injuriam paſſi ſunt: & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti tempora litium doceantur obſervare. temporales qvæ

§. 33. J. de act.

Catalogum & formulas harum exceptionum vid. apud Zanger. Oldendorpium & noviſſime Dn. Rivinum.

Dilatoriæ alio sensu

IX. Præterea dantur & aliæ dilatoriæ v. g. ex persona procuratoris & similes, qvæ non ipsam *causam* in judicium deductam afficiunt, sed *judicium*, eiusqve personas, ut Exceptio declinatoria fori, seu incompetentis judicis, *l. pen. & ult. C. de judic.* t. t. X. *de foro compet.* item *primæ instantiæ*, prævention is, litis pendentis, judicis suspecti aut inhabilis: Revocandi domum, aut de non evocando; cautionis, contumaciæ justi inpedimenti; aut *modum procedendi*, ut libelli inepti, ineptæ cumulationis, subreptionis, non sufficientis citationis, feriarum, loci non tuti, & similes, de qvibus Autores modo allegati, & §. seq.

Declinatoriæ

§. II.

Exc. procuratoriæ

Præterea etiam ex persona sunt dilatoriæ exceptiones: qvales sunt procuratoriæ: veluti, si per militem, aut mulierem agere qvis velit. Nam militibus nec pro patre, vel matre, vel uxore, nec ex sacro rescripto, procuratorio nomine experiri conceditur: suis vero negotiis superesse sine offensa militaris disciplinæ possunt. Eas vero exceptiones, qvæ olim procuratoribus propter infamiam, vel dantis, vel ipsius procuratoris opponebantur; cum in judiciis frequentari nullo modo perspeximus, conquiescere sancimus: ne, dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio protelatur.

Conf. *L. 1. ff. de postul.*

X. Re-

X. Receptum tamen est jus, qvod olim *Exceptio legitimationis* propter *infamiam procuratoribus* opponebatur, in foro Germanico, præsertim in superioribus judiciis, ubi aut certi ac jurati sunt procuratores, aut alias officium eorum honoratius, *Ordin. Camer. 1, 18.* Gail. *1. Obs. 43, 7.* Heig. h. Jus Sax. *Prov. 3, 16.* Zanger. *2. 8, 123.* Jus hodiern.

XI. Differunt prioris generis *dilatoriæ* ab his, qvod qvia *causam* ipsam & præstationem petitam adficiunt peremtoriis comparentur, & & ante litem contestatam opponi qvidem possint, sed *probari* demum, *post intentionem actoris* probatam, debeant. *l. 19. C. de probat.* Posterioris verò generis exceptiones, qvæ constitutionem tantum *judicii* concernunt, judicium cœptum sequi non possunt, sed sunt ante litis contestationem & proponendæ & probandæ, *l. pen & ult. C. de except.* atqve constitutum est, ut simul in eodem termino opponantur sub pœna præclusionis, & cum eventuali litis contestatione, *Ord. Cam. 3, 24.* Recess. *Imp. 1654.* §. und hat der Beklagte. Carpz. *Proc. civ. 9. 1, 73.* Brunnemann. *Proc. Civ. 7, 28. & 35.* nisi si postea demum extiterunt, aut in notitiam rei pervenerunt, *l. 4. π. de except.* Carpz. *Proc. Civ. 7, 38.* Peremtoriæ omnes usqve ad sententiam opponi possunt, *l. 2. C. sentent. rescindi non poss.* qvædam etiam ante litis contestationem cum hoc effectu, ut probatæ in continenti litis ingressum & contestationem cum tota causa statim perimant, Diff. utriusqve generis

Exc. litis ingressum impedientes

mant, qvæ *litis ingressum impedientes* appellantur, veluti rei judicatæ, transactæ, jurisj. aliæqve. *cap. 1. de litis contest. 6.* V. Brunnem. *Proc. Civ. 16. 5.* Qvod non tantum de Litis contestatione in ordinario Processu, sed & de qvavis responsione in Processu summario, aut Recognitione in Executivo habendum est, qvia par ratio. *Carpz. Proc. Civ. 9, 7, 25. & 22. 3, 14.* qvædam etiam post sententiam & rem judicatum, & vel ad impediendam executionem, ex toto vel ex parte, ut Solutionis, Compensationis, competentiæ, SC. Vellej. aut Macedoniani & similes ex natura negotii oriundæ & in continenti probandæ, per instrumenta vel confessionem, *Carpz. Proc. Civ. 22. 4.* vel ad cassandum saltem processum, ut Exceptio Restitutionis in integrum & Nullitatis, *Carp. Proc. civ. 19, 4.*

Impedientes executionē

TIT. XIV.

DE REPLICATIONIBVS.

Pr.

Replicatio

INterdum evenit, ut exceptio, qvæ prima facie justa videtur, tamen iniqve noceat. qvod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi actoris gratia: qvæ Replicatio vocatur: qvia per eam replicatur atqve resolvitur jus exceptionis: veluti cum pactus est aliqvis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat; deinde postea in contrari-

trarium pacti sunt, id est, ut creditori petere liceat; si creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnetur, si non convenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio, convenit enim ita. namqve nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sint. Sed qvia iniqvum est, creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto convento.

§. 1.

Rursus interdum evenit, ut replicatio, qvæ prima facie justa est, iniqve noceat. qvod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi rei gratia: qvæ Duplicatio vocatur. Duplicatio

§. 2.

Et si rursus ea prima facie justa videatur, sed propter aliqvam causam actori iniqve noceat; rursus alia allegatione opus est, qva actor adjuvetur: qvæ dicitur Triplicatio. Triplicatio

§. 3.

Qvarum omnium exceptionum usum interdum ulterius, qvam diximus, varietas negotiorum introducit, qvas omne apertius ex Digestorum latiore volumine facile est cognoscere. & ulteriores

V. l. 2. ff. de except.

I. Vltra triplicationem ulterius exceptiones pro re nata admitti hodieqve, tum ex natura rei & æqvitate naturali conficitur, qvam Impera-

perator expoſuit, tum qvod nullibi interdictum eſt. Nam qvod uſu fori in dilatoriis ultra duplicam, in peremtoriis ultra triplicam procedi non debet, de *productis*, uti vocant, qvæ ad formam & modum proponendi pertinent, intelligendum, non de meritis cauſæ, & jure excipiendi ex re ipſa oriundo.

Qvibus proſint exc. & replic.

II. In univerſum de Exceptionibus, qvæ & Replicationes & ſic deinceps comprehendunt, habendum, eas regulariter non tantum ipſis litigantibus principalibus utiles eſſe, ſed etiam *fidejuſoribus*, niſi ſint perſonales.

§. 4.

Reg.

Exceptiones autem, qvibus debitor defenditur, plerumq; accommodari ſolent etiam fidejuſoribus ejus: & rectè. qvia qvod ab iis petitur, id ab ipſo debitore peti videtur: qvia mandati judicio redditurus eſt eis, qvod ii pro eo ſolverint. Qva ratione, & ſi de non repetenda pecunia pactus qvis cum eo fuerit, placuit, perinde ſuccurrendum eſſe per exceptionem pacti conventi illis qvoqve, qvi pro eo obligati ſunt, ac ſi etiam cum ipſis pactus eſſet, ne

Exc.

ab eis ea pecunia peteretur. Sane qvædam exceptiones non ſolent his accommodari. Ecce enim debitor, ſi bonis ſuis ceſſerit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem, ſi bonis ceſſerit. Sed hæc exceptio fidejuſoribus non datur, ideo ſcilicet, qvia, qvi alios pro debitore obligat, hoc maxime proſpicit, ut, cum facultatibus

bus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, qvos pro eo obligavit, suum consequi.

III. Deniqve contra exceptionem *jurisjurandi*, itemqve *doli*, replicatio non admittitur, in productis tamen sive positionibus rem usqve ad triplicam deduci potest. Qvodautem contra Exceptionem doli actoris, actor vicissim excipere seu replicare de dolo rei non potest, ratio est, qvod *iniqvum sit, communem malitiam petitori qvidem præmio esse*, si replicatione doli exceptionem doli elideret & vinceret, *ei verò, cum qvo ageretur, pœnæ esse, qvum longè æqvius sit, ex eo qvod perfide gestum est, actorem nil consequi, l. apud Celsum 4. §. Marcellus. 13. π. de doli except.* & Prætorem neutri succurrere, ab utraqve parte dolo compensando, *l. ult. §. 3. π. de eo per qvem fact. er. l. 36. π. de dolo.* De *jurejurando* autem à parte *delato* regula tantum intelligenda, qvia delatione & præstatione de lite transactum fuit, igitur exceptio doli aut perjurii non datur hoc casu, ubi Prætor id agere debet, ne de jure cujusqvam qværatur, *l. 15. π. de except. r. t. π. qvar. rer. actio non datur.* In aliis juramentis legalibus cessat hæc ratio, adeoqve exceptiones & probationes ex instrumentis noviter repertis admittuntur, *Carpz. Proc. Civ. 12. 2, 99.* Imo etiam in delato, si instrumenta noviter reperta non sint dubia, sed evidentia; ne jurans ex delicto lucrum capiat. *A. Fab. C. 4, t. def. 2.* Carpz. *Proc. Civ. 11. 7, 46.*

Exc. jurisj. & doli cur replicationem non admittant.

si instrumenta noviter reperta.

Tit.

TIT. XV.

DE INTERDICTIS.

43. π. 1. 8. §. 1.

I.

NOndum absolvimus de actore & reo tractationem. Etsi enim de actionibus & exceptionibus dictum, qvia tamen agendi duplex genus, ut supra attigimus *tit.* X. *de act. n.* XI. vel circa ipsum *jus* rerum, vel circa *possessionem*, itaqve hactenus de *actionibus* & exceptionibus *petitoriis* potissimum, dictum seqvuntur jam *possessoriæ* seorsim ex Interdictis & pro iis competentes. Est autem *Possessio* propriè actus, qvo qvis res corporalem vel incorporalem (unde possessio alia *vera*, alia vel *qvasi* oritur) jure vel injuria apprehensam (hinc possessio alia *bonæ fidei*, alia *malæ*) detinet, corpore insistens & animo (qvæ *plena* atqve naturalis & civilis est) vel animo tantum (qvæ *civilis* dicitur) sibi vel alteri habendi; prior dicitur *qvalificata*, rectius formalis, ex ea enim demum qvis *possidere* dicitur & *habere*: posterior cum intentione alteri habendi dicitur *nuda* & simplex, melius materialis dici videtur, qvalis est servi, filiifam. custodis, conductoris, administratoris qvi tantùm *tenere* aut *in possessione esse* dicuntur, *l.* 49. π. *de A. P.* In universum igitur Possessio duobus essentialiter constat, *insistentia* rei occupatæ, & eatenus possessio est facti, & facultate morali insi-

Actiones vel petitoriæ vel possessoriæ

Possessio qvid qvotuplex

Essentia ejus

iuſiſtentiam actualem continuandi præ alio qvovis, & hactenus poſſeſſio *juris* eſt. *conf. Exerc. ad π.* XLVII. *19.*

II. De *acqviſitione* poſſeſſionis veræ & qvaſi, eaqve & vera & ficta, ſupra dictum, *lib. 2. t. 1. n. 49. ſqq. & t. 3. n. 9.* & vid. *t. π. de A. P.* ejus *effectus* eſt, ut eâ nemo ſine cauſæ cognitione ſit privandus, etiamſi *injuſtâ*, qvoniam hoc poſſeſſionis commodum habetur, ut in ea defendatur, donec alius vel in petitorio vel in poſſeſſorio potiora jura oſtendat, *l. 6. C. unde vi. l. 29. §. 1. π. ad L. Aqvil.* Hinc igitur remedia juris pro poſſeſſione acqvirenda, retinenda & recuperanda prodita ſunt, de qvibus inſtar omnium *Jac. Menochius*, & poſt eum *P. Friderus* ſcripſit. Itaqve

acqviſitæ effectus

Remedia poſſeſſoria

Pr.

Seqvitur, ut diſpiciamus de interdictis, ſeu actionibus, qvæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atqve conceptiones verborum, qvibus Prætor aut jubebat aliqvid fieri, aut fieri prohibebat, qvod tunc maxime fiebat, cum de poſſeſſione aut qvaſi poſſeſſione inter aliqvos contendebatur.

Interdictum qvid

III. Interdicta Edictis Prætorum regulariter prodita ſunt Præcepta ſeu *Mandata*, uti hodie vocantur *ſine clauſula* de poſſeſſione impetrantis tuenda, acqvirenda vel recuperanda. Ejusdem cenſus ſunt *Inhibitiones* itemqve *Mo-*

Mandatum ſine clauſula

notoria Curiarum Provincialium. Illud tamen usu fori additum, qvod non promiscue sine

& cum ci. Reg. Exc. clausula emanare soleant, sed regulariter *cum clausula* justificationis: *si preces veritate nitun-tur; si paret ita esse*; nec non cum eventuali ci-tatione & præfixione termini. Nisi in notoriis aut factum nullo jure justificari potest: si de damno irreparabili agitur; si de securitate publica: si periculum est in mora; qvæ dicuntur Mandata de *qvatuor* casibus, *Ord. Cam. 2, 23*

usus interdictor Vide *P. Frider. de Mandatis c.* XI. Vnde patet Interdictorum usum in nostro foro re ipsa re-ceptum esse. Sed Justiniani ævo in desvetudi-nem abierat Interdictorum impetratio, propter plura incommoda, qvibus ea ob ambages & so-lennitates Juris Romani subjacuit, de qvibus in *Exerc. ad π.* XLVII. *3. 4.* atqve absqve inter-dicti seu mandati impetratione statim *actio ex-traordinaria* hoc est, ab ipso magistratu cogno-scenda summariter, libello summario edita, & cognita causa *decretum* aut sententia lata fuit ad litem abbreviandam. In nostro foro & interdictis seu mandatis, ut dictum, utimur & actionibus ex iis, qvæ etiam *in factum* uti-les vocantur, de qva re plura in *d. Exerc.* XLVII. Observandum & hoc, qvod dupli-ci modo in causis possessoriis procedatur, aut *summariter* informando judicem de præsenti possessione, aut *ordinarie* de possessione ju-sta, etsi antiqviori, hinc Possessorium aliud summarium seu summariissimum seu momen-

Possessorium summarissimum vel ordinarium

tane-

taneum, aliud ordinarium, de qvibus infra plura.

§. 1.

Summa autem divisio interdictorum hæc est, Interdictorum divisio
qvod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, qvibus Prætor vetat aliqvid fieri: veluti vim sine vitio possidenti. vel mortuum inferenti, qvo ei jus erat inferendi: vel in sacro loco ædificari, vel in flumine publico ripave ejus aliqvid fieri, qvo pejus navigetur. Restitutoria sunt, qvibus restitui aliqvid jubet: veluti bonorum possessori possessionem eorum, qvæ qvis pro hærede, aut pro possessore possidet ex ea hereditate: aut cum jubet, si qvi vi de possessione dejectus sit, restitui possessionem. Exhibitoria sunt, per qvæ jubet exhiberi: veluti, eum, cujus de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos, qvi it potestate ejus sunt. Sunt tamen, qvi putent, proprie interdicta ea vocari, qvæ prohibitoria sunt, qvia interdicere sit denunciare & prohibere: restitutoria autem & exhibitoria proprie decreta vocari. Sed tamen obtinuit, omnia interdicta appellari; qvia inter duos dicuntur.

IV. Fundamentum divisionis hujus consistit in fine & forma mandatorum judicialium. Vsu fori ita solent distingvi ejusmodi Mandata in *Inhibitiones*, huc t. t. π. Ne qvid in loco sa- ejus fundamentum

co sacro. t. de locis & itin. publ. t. ne qvid in loco publ. t. de loco public. fruendo. t. de via publica. t. t. de flum. t. de ripa; & *Mandata Compulsorialia*, & hæc porrò vel de edendo aut exhibendo, vel de præstando, vel de restituendo, qvò pertinet *t. t. π. de tabulis exhib.* vid. *P. Frid. de Mand. P. 2. & 3.*

II, divisio

V. Seqvitur altera divisio ex objecto & ipsa possessione vel acqvirenda, vel retinenda, vel recuperanda, prioris duas species recenset Imperator *Qvorum bonorum*, à verbis initialibus Edicti ita appellatum, & *Salvianum*, de possessione rerum coloni pignoris taciti loco acqvirenda. Cui adde Interdictum *qvasi Salvianum* ad possessionem cujusvis hypothecæ tacitæ vel expressæ impetranda: etiam contra *tertium* possessorem, ex interpretum sententia. *Tessaur. decis. 175.* V. *t. t. π. de Salvian. Interd.*

Q. Salvianum

§. 2.

Seqvens divisio interdictorum hæc est, qvod qvædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, qvædam retinendæ, qvædam recuperandæ.

§. 3.

Adipsc. Qvorum bonorum

Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, qvod appellatur Qvorum bonorum; ejusqve vis & potestas

ſtas hæc eſt, ut qvod ex iis bonis qvisqve, qvorum poſſeſſio alicui data eſt, pro herede aut pro poſſeſſore poſſideat, id ei, cui bonorum poſſeſſio data eſt, reſtituere debeat. Pro herede autem poſſidere videtur, qvi putat ſe heredem eſſe. Pro poſſeſſore is poſſidet, qvi nullo jure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, ſciens ad ſe non pertinere, poſſidet. Ideo autem adipiſcendæ poſſeſſionis vocatur interdictum, qvia ei tantum utile eſt, qvi nunc primum conatur adipiſci rei poſſeſſionem. Itaqve ſi qvis adeptus poſſeſſionem, amiſerit eam, hoc interdictum ei inutile eſt. Interdictum qvoqve, qvod appellatur Salvianum, adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt, eoqve utitur dominus fundi de rebus coloni, qvas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigiſſet. Salvianum

Conf. *t. t. π. & C. qſor. bonor.* Exerc. *ad π. XLVII. 23.*

VI. Simile eſt remedium ex *l. fin. C. de Edict. Hadrian. toll.* qvo teſtamento publicato & vitio viſibili carente, heres ſcriptus impetrat, ſummariter cauſâ cognitâ, miſſionem in poſſeſſionem rerum omnium hereditatis tempore mortis relictæ. *V. Brunnem. ad d. t. C. de Edict. Hadrian.* Remed. ex l. fin. C. de Ed. d. Hadr. toll.

Item huc pertinet Interdictum *Qvod Legatorum*, qvo heres poſſeſſionem legati à legatario propria auctoritate in fraudem L. Falcidiæ occupati repetit, *t. t. π. qvod legat.* qvod uſu fori ad donationes M. C. extenditur, *V. Exerc. ad π. XLVII. 28. ſqq.* Qvod legatorum

Apprehensio possessionis propr. autorit.

VII. Deniqve potest etiam vacua possessio *privatâ auctoritate*, ab herede, aut successore Vasallo, vel etiam creditore ex conventione, apprehendi, sociis adscitis, vel apparitoribus judicis, aut notario & testibus, ac desuper mandatum manutenentiæ impetrari, *vid. supra post tit. 13. l. 2. de persequ. hered. §. 4.*

§. 4.

Retinendæ uti possideris & utrubi

Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta, Vti possidetis, & Vtrubi: cum ab utráque parte de proprietate alicujus rei controversia sit, & ante quæratur, uter ex litigatoribus possidere & uter petere debeat. Namque nisi antè exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio institui, quia & civilis & naturalis ratio facit, ut alius possessideat, & alius à possidente petat. Et quia longe commodius est (& potius) possidere, quampetere: ideò plerumque & fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum autem possidendi in eo est, quod etiamsi ejus res non sit, qui possidet si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet in suo loco possessio: propter quam causam, cum obscura sunt utriusque jura, contra petitorem judicari solet. *Sed interdicto quidem Vti possidetis, de fundi vel ædium possessione contenditur: Vtrubi vero interdicto, de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habeba-*

commod possessionis

Na

Nam Vti possid. tis interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat: si modo, nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab adversario possessionem: etiamsi alium vi expulerat, aut clam arripuerat alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquem, ut sibi possidere liceret. Vtrubi vero interdicto is vincebat, qui majore parte ejus anni, nec vi nec clam, nec precario ab adversario possidebat. Jus vet. *Hodie tamen aliter observatur. Nam utriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata est, ut ille vincat, & in re soli, & in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestatæ tempore detinet.* J. Nov.

V. l. un. ff. utrubi.

VII. Quod si vero uterque solum litis contestatæ tempore possessionem suam æqualiter probavit, utrumque Judex in possessorio *momentaneo* tuetur: probationem anterioris possessionis, ex qua posterior turbativa præsumitur, ad Possessorium ordinarium remittens. Si verò statim alteruter antiquiorem quoque probavit, tunc obtinet is etiam in summario, multò magis in ordinario. Quod si uterque & præsentem & antiquam possessionem probat, alteruter tamen aut antiquiorem aut justum titulum, tunc in utraque vincit posterior, *vid. cap. licet 9. X. de probat.* antiquiori enim possessione probatâ, actus possessorii ab altero allegati præsumuntur turbatorii, nisi contrarium partes judicis

um per justum titulum probetur, *Menoch. de retin. poss. Remed. 3. n. 733.* Brunneman. *ad l. 3. π. Vti possid.* inprimis Oldendorpii *Class. 2. Act. 4. §. Qvid spectandum judici in his actionibus.* & Menoch. *Rem. ult. de retin. poss.*

§. 5.

Modi possidendi

Possidere autem videtur qvisqve non solum si ipse possideat, sed & si ejus nomine aliqvis in possessione sit, licet is ejus juri subjectus non sit: qvalis est colonus & inqvilinus. Per eos qvoqve apud qvos deposuerit qvis, aut qvibus commodaverit, ipse possidere videtur. Et hoc est, qvod dicitur, retinere possessionem posse aliqvem per qvemlibet, qvi ejus nomine sit in possessione. Qvin etiam animo qvoqve solo retineri possessionem placet: id est, ut, qvamvis neqve ipse sit in possessione, neqve ejus nomine alius; tamen, si non relinqvendæ possessionis animo, sed postea reversurus inde decesserit, retinere possessionem videatur. Adipisci verò possessionem per qvos aliqvis potest, secundo libro exposuimus. Nec ulla dubitatio est, qvin animo solo adipisci possessionem nemo possit.

Jure nostro possessionem acqviri etiam ipso Jure sine apprehensione, adeoqve solo animo, supra monitum *lib. 2. t. de hered. qual. n. 5.*

IIX. Præter hæc duo interdicta generalia dantur etiam ſpecialia certarum rerum turbationes cöercentes, ùt ſuperficiario *de ſuperficie* qvietè fruenda, *t. π. de ſuperficie.* Ei qvi ſervitute itineris, viæ actusqve privati præſenti anno uſus ne vis ei fiat. Itemqve Reficienti iter viam habenti ne vis fiat, *t. π. de itin. actuqve priv.* Similiter & *aqvam* qvi duxit hoc anno vel una die aut nocte, ad qvemcunqve uſum, *t. π. de aqva qvot. & æſt.* ut ducat, aut ducendi cauſa rivum, ſpecum, ſepta reficiat, purget. *t. ϖ. de rivis;* Aqvam æſtivam qvi priore æſtate duxit: Aqvam publicam ex caſtello ducendi impetranti, *d. t. π. de aqva qvot. & æſtiva.* Ei qvi ſervitutem aqvæ hauſtus habet, ne impediatur neqve in uſu, neqve in refectione, *t. π. de fonte.* De *Cloacis*, h. e. canalibus, incilibus, locis, per qvæ colluvies fluit, Abzucht / tam publicis, qvam privatis, eas reficienti purganti ne vis fiat, *t. π. de Cloacis.* In his autem omnibus, exceptis cloacis, tenetur agens de indemnitate cavere, & ſuccumbit, ſi adverſarius poſſeſſionis vitium probat, vi clam vel precario poſſidere eum. Interdicta ſpecialia.

IX. Refertur etiam ad hanc claſſem Interdictum *ne vis fiat* ei, qvi in poſſeſſionem mittitur, *t. π. ne vis fiat.* Menoch. *Rem. I. de Retin.* Itemqve *qvod vi aut clam* factum eſt, ut reſtituatur, qvod Nunciationi novi operis ſuccenturiatur. *t. t. π. Qvod vi aut clam.* Qvanqvam illud etiam ad adipiſcendæ; hoc ad recuperandæ poſſeſ- Ne vis fiat ei qvi. Qvod vi aut cl. Interdicta mixta

possessionis remedia referri poterunt, *mediæ* in
N. O. N. star mixtæve naturæ. Ipsa autem *novi operis nunciatio* magis ad tuendam possessionem pertinet, quæ est prohibitio privati, cui damnum ex vicini opere novo metuitur, jure concessa. Quam judex cautione oblatâ potest pro rerum circumstantiis iterum tollere. Fit talis prohibitio etiam per ipsum judicem, si in mora eum adeundi non est periculum. *Vid. t. π. de N. O. N.* & Exerc. *ad π.* XLII.

§. 6.

Recuperandæ. *Recuperandæ possessionis causa solet interdici, si quis ex possessione fundi, vel ædium, vi dejectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum*

Vnde vi *Vnde vi, per quod is, qui dejecit, cogitur ei restituere possessionem, licet is ab eo, qui vi dejicit vi, vel clam, vel precario possideat. Sed ex Constitutionibus sacris, (ut supra diximus) si quis rem*

§. 1. J. de vi bon. rapt. *per vim occupaverit, si quidem in bonis ejus est, dominio ejus privatur: si aliena, post ejus restitutionem, etiam æstimationem rei dare vim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim dejecerit, tenetur Lege Julia de vi privata, aut de vi publica, sed de privata, si sine armis vim fecerit: sin autem armis eum de possessione vi expulerit, de vi publica tenetur. Armorum autem appellatione non solum scuta, & gladios, & galeas, sed & fustes & lapides significari intelligimus.*

Vid

Vid. *t. π. de vi & vi armat.* & *C. unde vi.* & X. *de reſtit. ſpoliat.* item *2. F. 7. fi.*

X. Præter hoc remedium, qvod contra ipſum dejicientem ſeu ſpoliatorem ejusve procuratorem datur, ex jure Canonico alia tuo remedia ſuppetunt, unum ex *cap. ſæpe* X. *de reſtit. ſpol.* contra qvemvis etiam tertium ſed *ſcientem:* alterum ex *can. redintegranda. cau. 3. q. 1.* contra qvemvis poſſeſſorem etiam *ignorantem* vim aut ſpolium ab auctore aut auctoris auctore factum fuiſſe, qvanqvam hoc non ex textu, ſed interpretum commentitio jure originem trahit, atqve à pragmaticis præ reliqvis omnibus uſurpari ſolet. *Mynſing. 3. O. 8, 6.* Menoch. *Rem. 15. de recup.* V. Engel. *J. Can. 3, 5. 23. n. pen.* Exerc. *ad π.* XLVII, *53. ſeqq.* De cæteris actionibus civilibus, qvarum Imperator obiter mentionem facit, ſuo loco. & Vid. *Exerc. ad π.* XI, *13* Illud adhuc addendum, qvum non omnes caſus his Interdictis comprehendantur, æqvitas tamen poſtulet, ut ad alios qvoqve extendantur, ad officium judicis pertinet, ad exemplum interdictorum implorantem defendere, docente Papiniano, *l. Aqvilius 27. de donat.* cap. *judicis 2.* X. *de off. jud.* datur itaqve generaliſſimum in his talibus caſibus remedium, *Implorati officii judicis*, qvod ipſum Menochius ſingulis his tribus claſſibus adjecit. *Conf. Exerc. ad π.* XLVII, *12 ſeqq.* Dn. Andler. *J Prud. 2, 1, 2. n. 75.* Vocatur hæc ſpecies officium Judicis nobile,

Remed. ex can. redintegr.

Officium judicis ejusqve Implorat. tio

bile, contradistinctum Mercenario, de qvo infr
ad tit. *de off. Jud.*

§. 7.

III. divisio in simplicia & duplicia

Tertia divisio interdictorum hæc est, qvod aut simplicia sunt, aut duplicia. Simplicia sunt veluti in qvibus alter actor, alter reus est: qualia sunt omnia restitutoria, aut exhibitoria. Nam actoris est, qvi desiderat aut exhiberi, aut restitui: reus autem is, à qvo desideratur, ut restituat aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cum Prætor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico, ripave ejus aliqvid fieri. Nam actor est, qvi desiderat, ne qvid fiat: reus est, qvi aliqvid facere conatur. Duplicia sunt, veluti Vti possidetis interdictum, & Vtrubi. Ideo autem duplicia vocantur, qvia par utriusqve litigatoris in his conditio est: nec qvisqvam præcipue reus vel actor intelligitur: sed unusqvisqve tam rei, qvam actoris partes sustinet.

Conf. *supr. t. de action. n. 10.*

§. 8.

De ordine & vetere exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere. Nam qvoties extra ordinem jus dicitur, qvalia sunt hodie omnia judicia, non est necesse reddi interdictum: sed perinde judicatur sine interdictis, ac si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

XI. Or-

XI. Ordo & vetus exitus interdictorum fuit per ambages denunciationum & dilationum, qvas primus Arcadius amputavit, *l. fi. C. de Interd. l. 6. C. Th. de denunc.* remanserunt impetrationes Interdictorum, h. e. mandatorum sine clausula: his si non paritum, regulariter impetranda actionis in factum utilis ex Edicto formula, vicissim exceptionis formula & judicis pedanei datio. Tandem usu fori & constitutione Justiniani, & istæ ambages succisæ, ac processus à libelli actione incipit, & cognita causa summariè atqve extra ordinem, h. e. ab ipso Prætore sive judice, non datis pedaneis, loco Interdicti olim antecedentis decretum sive sententia seqvitur. Nostro tamen in foro, Interdicta h. e. Inhibitiones & Compulsoriales præcedere causæ cognitionem & sententiam possunt, ut antea expositum. *Conf. Dn. Andler Jurisprud. 2, 3.* Ordo procedendi in interdictis vetus. Hodiern.

Tit. XVI.

De Poena Temere Litigantivm.

I.

ETsi juris naturalis & æqvitatis regula nemi- J.N.& G.
nem à jure suo persequendo excludit; vult tamen prudentiæ civilis norma, ut Legislatoria potestas ob corruptos civium mores temeritatem litigandi cöerceat. Exinde Romana Le- J. Civ.

gis-

gislatio, vetus inprimis, parca fuit in actionibus dandis, qvem tamen nimium rigorem Jus Prætorium & constitutiones Principum, Prudentumqve interpretatio, corruptioribus jam civium moribus, necessario laxavit: Cæteroqvin verò aliis modis prurigínem litigandi cöercuit, utpote primò juramento calumniæ & pœna inficiationis, itemqve in genere actionibus *pœnalibus*, qvippe qvarum exitum reus temere exspectat.

modi cöercendi

Pr.

Nunc admonendi sumus, magnam curam egisse eos, qvi jura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent: qvod & nobis studio est. Idqve eo maxime fieri potest, qvod temeritas tam agentium, qvam eorum, cum qvibus agitur, modo pecùniaria pœna, modo jurisjurandi religione, modo infamiæ metu cöerceatur.

§. 1.

Juram. calumniæ l. 2. C. de jurej. propt. calumn.

Ecce enim, jusjurandum omnibus, qvi conveniuntur, ex Constitutione nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi prius juraverit, qvod putans se bona instantia uti, ad contradicendum pervenit. At adversus inficiantes ex qvibusdam causis dupli vel tripli actio constituitur: veluti, si damni injuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. Statim autem ab initio pluris, qvam simpl

Pœna inficiationis

ſimpli eſt actio: veluti, furti manifeſti, quadrupli; nec manifeſti dupli. Nam ex his & aliis quibusdam cauſis, ſive quis neget, ſive fateatur, pluris quam ſimpli eſt actio. Item, actoris quoque calumnia cœrcetur. Nam etiam actor pro calumniâ jurare cogitur, ex Noſtra Conſtitutione, quod non calumniandi animo litem moviſſet, ſed exiſtimando, ſe bonam cauſam habere. Utriusque etiam partis advocati jusjurandū ſubeunt, quod alia Noſtra conſtitutione comprehenſum eſt. Hæc autem omnia pro veteri calumniæ actione introducta ſunt, quæ in deſuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores mulctabat, quod nusquam factum eſſe invenimus: ſed pro his introductum eſt, & præfatum jusjurandum, & ut improbus litigator & damnum & impenſas litis inferre adverſario ſuo cogatur. l. 14. §. 1. C. de judic. Refuſio impenſarum

II. Primo *Juramentum calumniæ* eſt, quod præſtant, qui ſuo vel alieno nomine litigant, quod non animo calumniandi, ſed bonâ fide petant vel excipiant. Idque vel in totâ cauſâ, quomodo præſtatur *Juramentum calumniæ generale*; vel in aliqua judicii parte & ſpeciali poſtulato, quod *ſpeciale*, itemque *juramentum malitiæ* appellatur. *Vid. t. C. de jurej. propter calumn.* Novell. *49. c. 3.* Et *t.* X. *de juram. calumn.* Et in *lib. 6. eod.* Ordin. *Camer. P. 1. t. 65.* In foro *Saxonico* juramentum calumniæ generale non obſervatur, *Gloſſ. Jur. Prov. 3, 88.* & Gl. *Jur. Feud. c. 68, n. 19.* Coler. *Dec. 117, 15.* Ord. *Jud.* Juram. calumn. quotuplex J. Sax.

Jud. Elect. t. 33. Carpz. *1, 12. def. 21.* adjectis ra-
tionibus; qvas tamen impugnat Brunnem
Proc. Civ. 15, 6. optans receptionem Juris Justi-
J. Comm nianei. Planè Jure novissimo *Rec. Imp. 1654*
§. 43. juramentum calumniæ, etiam generale
idqve in qvavis judicii parte & peti & ex officio
potest imponi, etiam Advocatis. *Dn. Eyben ad*
Perez. C. de jurej. p. cal. Juramentum *malitiæ*
verò Jure Justiniani non reqviritur; at Jure for
Germanici & à parte peti potest, & à judice ex
officio injungi, *d. Rec. Imp. 1654. §. 43. & §. 117*
seq. ubi de juramento *de non frivolè appellando*
J. Feud. Conf. *Mynsing. 3. O. 56.* De *jure feudali* jura-
mentum calumniæ etiam locum habet, præter
qvam si causa inter dominum & vasallum agi-
tur, *2. F. 33. §. in qvib. 1.* ob reveverentiam; ita
qve nec in allodiis inter Parentes & liberos
Carpz. 1, 12. def. 24. Brunnem. *Proc. Civ. 15, 13*
modus præstandi Potest deniqve juramentum calumniæ per *pro-*
curatorem speciale mandatum habentē præstari,
sed & in suam & principalis animam, *Rec. Imp.*
1654. §. 43. Conf. *cap. in appellationis 2. §. pro-*
curatores 1. de jur. cal. in 6. Dn. Eyben *ad d. t.*
C. de jurej. p. cal. Brunnem. *ad l. t. n. 16.*

Inficiationis pœna III. Pœna inficiationis in duplum vel tri-
plum *§. 24. J. de act.* etsi non frequentatur in fo-
ro nostro, ad abusus tamen hoc pertinere vide-
tur, & utiqve una cum qvolibet actionis genere
recepta intelligitur, præsertim qvum veteri jure
Salico etiam sancita sit, Vid. *Brunnem. ad l. 25. π.*
ad L. Aqvil. n. 20. Exerc. *ad π.* XIX, *53. 64. 67.*

IV. A-

IV. Alia coërcendæ temeritatis litigandi qvoad reum ratio ac pœna est *infamia*, in certis tamen judiciis seu actionibus. Actiones famosæ

§. 2.

Ex qvibusdam judiciis damnati, ignominiosi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo: item tutelæ, mandati, depositi, directis, non contrariis actionibus. Item pro socio, qvæ ab utraqve parte directa est: & ob id qvilibet ex sociis eo judicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti qvidem, aut vi bonorum raptorum, aut injuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed & pacti: & recte: plurimum enim interest, utrum ex delicto aliqvis, an ex contractu debitor sit.

§. 3.

Omnium autem actionum instituendarum principium ab ea parte Edicti proficiscitur, qva Prætor edicit de in jus vocando. Vtiqve enim in primis adversarius in jus vocandus est, id est, ad eum vocandus, qvi jus dicturus sit. Qva parte Prætor parentibus & patronis, item parentibus liberisqve patronorum & patronarum, hunc præstat honorem, ut non aliter liceat liberis libertisqve eos in jus vocare, qvam si id ab ipso Prætore postulaverint, & impetraverint. Et si qvis aliter vocaverit, in eum pœnam solidorum qvinqvaginta constituit. Venia de in jus vocando certas personas pœna

Conf. *t. t. ff. de in jus vocando. & sqq.*

V. Scilicet ſpecies cöercendarum litium inter eos, qvi in ſocietate inæqvali conſtituti, & ad reverentiam exhibendam obligati, eſt *veniæ impetratio* de in jus vocando eum, cui ita obligatus qvis eſt. Ratio juris civ. Ratio eſt, qvod modus in jus vocandi reverentiam lædebat, qvippe à privato tellibus advocatis, aut per apparitores injuſſu tamen judicis fieri ſolitus ante *Novell. 53. &* Jus Hod. *112. c. 2.* Sed qvum hodie in jus vocatio fiat per citationem judicialem, qvæ vi ſua continet veniam, regulariter impetratione opus non eſt, ut pluribus expoſitum *Exerc. ad π. 7, 4. ſeqq.*

Mulcta in caſum ſuccumbentiæ ſportularum origo

VI. Eſt deniqve & alia ratio cöercendi temeritatem inprimis appellandi, hodie non inuſitata, ut certa ſumma deponatur, qvæ in caſu ſuccumbentiæ judici commiſſa eſt: eodemqve ex fonte ſportulæ introductæ, qvarum prænumeratio qvibusdam in judiciis propterea exigitur. *Vid. H. Giſebert. Juſtin. Harmon. ad §. tripli. 24. J. de Act.* Facit huc etiam Tiraqvell. *de cauſis exigui momenti.* Hæc de litigantibus tam ipſis principalibus, qvam acceſſoriis & minus principalibus, nam qvæ ſupra Tit. X. de actoris procuratore aliisqve acceſſoriis perſonis dicta ſunt, ad reum æqve applicanda ſunt.

Interveniens principaliter

VII. Addendum tamen eſt aliqvid de *Interveniente*, h. e. tertio aliqvo, qvi liti motæ ſeſe immiſcet, idqve vel *principaliter* pro ſuo

ſuo intereſſe, qvo caſu ut tertia pars habetur, & in ſententia tertio loco ponitur: vel *acceſſoriè*; aſſiſtendo & adhærendo actori vel reo, ſub ratione tamen proprii intereſſe. *Vid. Vmm. de Proc. D. XI. 1. ſeqq.* Carpz. *Proc. 4, 2.* Reo verò accedit qvandoqve aliqvis per litis denunciationem, auctor ſcilicet v. g. venditor, à qvo rem, de qva reus convenitur, habet, ut liti aſſiſtat, cauſamqve defendat, ex obligatione evictionis, de qva ſupra. *Vmm. d. D. XI. §. 5.* Carpz. *d. t. 4, 3.* Seqvitur igitur ut & de Judice ipſo videamus.

vel acceſſoriè actori

reo

Tit. XVII.

De Officio Judicis.

I. ff. 21. 2. ff. 1. 3. C. 13. 1. X. 29. 31. ſeq.

I.

JVdex generatim eſt, qvi habet poteſtatem judiciariam in Republ. ſeu *jurisdictionem* latius & gentium uſu acceptâ voce, id qvod verò dupliciter fieri poteſt, vel independenter, & ut ea eſt pars Majeſtatis ſive ſummæ Reipubl. poteſtatis, vel dependenter ab ea & participative: hinc alius judex eſt *ſummus*, ſubjectum ſcilicet proprium Majeſtatis, alius inferior, *Magiſtratus*: itaqve & Judicium aliud eſt ſummum, ad qvod ultimò appellatur, aliud inferius aut ſubordinatum, à qvo appellatur,

Jurisdictionis natura

qvod sub se porrò alia inferiora & gradibus
Species distincta habere potest. Porro participatio illa jure nostro non fit uno modo, neqve solo *jure Magistratus* administratorio, ut apud Romanos, sed etiam jure proprio & *patrimoniali*, & qvidem vel jure allodii, vel jure feudi. Vnde jurisdictio hodie etiam patrimonialis facta est.

Partes II. Jurisdictio tribus constat partibus, causæ cognitione, sententia, & executione: prior in cognoscenda facti veritate versatur, altera in applicando jure ad factum, & utraqve *notionis* vocabulo Romanis venit, & *regulariter*
Notio. Pedanei. non ab ipso magistratu, sed à *judice pedaneo* ab ipso dato, qvem *commissarium* dixeris, expedita fuit: in certis verò causis, ob harum favorem, ipsi Magistratus cognoscebant, & jus dicebant, qvæ propterea *extraordinariæ cognitiones* appellatæ, *t. π. de extraord. cognit.* Ordinarie verò ipsi Magistratus, veluti Prætores & Præsides, litigantibus dabant *formulam actionis & exceptionis*, eosqve ad datos judi-
In jure ces mittebant; atqve hæc dicebantur *in jure* fieri: qvò etiam stipulationes & cautiones nonnullæ pertinebant, de qvibus supra. Cæterum cognitio causæ, probationes, senten-
In judicio tia, *in judicio* fieri dicta. Sed hoc discrimen juris & judicii Justiniani jam tum ævo sublatum, ipsiqve Magistratus causam cognoscere & sententiam ferre debent; unde Imp. *§. fi. J. de*

de Interdict. dicit; *hodie omnia judicia esse extraordinaria*, juxta stylum veterem, revera autem ordinaria novissimo fori usu. *Vid. Exerc. ad π. VII, 3.* Eoqve jure ac stylo utimur, neqve facile, præsertim inferiores judices, commissarios dare debent, sed ipsi cognoscere, nisi ad inspectiones oculares, ad rationes examinandas, ad testium examen & similiter. *Vid. Resol. Prov. Elect. Sax. 1662. P. 2. §. 39.*

III. Etsi verò jure gentium jurisdictio in tres partes ante expositas dividatur, tam in causis civilibus, qvàm criminalibus: placuit tamen Romanis JCtis ex statu Reipubli illius temporis, primò separare causas *civiles* & criminales, atqve illas *jurisdictioni* speciatim dictæ, has *imperio* adsignare; deinde cognitionem & dijudicationem *civilium* ab earum executione: atqve illam *jurisdictioni* propriè, executionem verò & cöercitionem *imperio* vindicare; sed ut à priori causarum criminalium imperio, qvod etiam cognitionem causæ continet, distingveretur, illud *merum*, hoc *mixtum*, h. e. jurisdictioni presse dictæ annexum appellarunt. Est itaqve ille *Jure Jurisdictio* potestas judiciaria causarum civilium, primariò consistens in iure citandi, cognoscendi, statuendi. Imperium *mixtum*, potestas in iisdem causis jubendi, cöercendi, exseqvendi. Imperium *merum*, sive jus gladii, pote-

Divis. J. Rom. Imperium & Jurisdict.

Jurisdictio qvid

Imperium qvotuplex

stas in causis criminalibus cognoscendi, judicandi, exsequendi. atque hoc non jure magistratus competebat, sed ex speciali concessione, *l. 1. π. de off. ejus cui mand.* Conf. *Exerc. ad π. VI, 6.*

Div. J. Hod. IV. Sed usus fori nostri à simplicitate juris gentium non recessit, dividens *jurisdictionem* generatim in *civilem* & *criminalem*, sive inferiorem & superiorem, bassam & altam. Erb- und Ober- oder Hals-Gerichte; alicubi Vogtheiligkeit und Zent-Gerichte/ atque utraque competit vel jure magistratus, vel jure proprio, ut antea dictum. *Vid. d. Exerc. ad π. VI, 7. seq.* Quæ verò causæ ad hanc & illam regulariter pertineant in foro Saxonico exposuit sententia Scabinorum Lipsiensium *adjecta, Juri Sax. Provinc. p. 206.* & Carpz. *Quæst. Crim. 109.*

Idictio volunt. V. Jurisdictio regulariter quidem datur in invitum, sunt tamen casus, ubi civilis etiam inter volentes exercetur, itaque dividitur ea in *contentiosam & voluntariam*; illa in dubio regulariter præsumitur, *Sichard. ad C. rubr. de jurisd. n. 5.* hæc fit utrinque à non invitis, & sponte judicem adeuntibus, *Gl. in l. 2. π. de Off. pro Conf.* veluti de confirmandis contractibus, insinuationes testamentorum, donationum & similium. Est tamen quædam hîc differentia, alii enim actus nullam causæ cognitionem, sed solam

lam judicis auctoritatem reqvirunt, & hi coram qvovis judice, etiam alias *incompetente* fieri possint; alii vero aliqvam causæ cognitionem postulant, ut alienatio bonorum pupillarium. *Vid. Lauterbach. de Jurisdict. volunt.*

VI. Non sufficit porro ad judicium recte constituendum, ut judex habeat jurisdictionem in genere, sed reqviritur, ut etiam respectu causæ & actionis introducendæ, adeoqve adversus reum invitum, jurisdictio fundata sit, & forum competens, ut communiter loqvimur, qvippe in qvo solo jurisdictio exerceri potest, *l. 239. §. 8. de V. S. t. t. C. de jurisd. omn. judic.* & *de foro comp. & t. t. seqq. specialibus.* nec non *t. π. de judiciis & ubi qvisqve agere & conveniri debeat.* item *t. t.* X. *de foro competente.* Cum enim actor forum rei seqvi teneatur naturaliter, h. e. eum judicem qvi reum vi jurisdictionis suæ compellendi jus habet; itaqve competentia fori ex persona rei æstimatur, *l. 2. C. de jurisd. l. fi. C. ubi in rem.* Porro regulariter fortitur reus forum ex obligatione communi, qva teneatur magistratui, cujus jurisdictionem cum concivibus suis agnoscit, qvod vocant *forum commune:* potest tamen ex privilegio exemtionis alio gaudere, qvod *forum privilegiatum* appellant. Forum compet.

VII. Commune forum diversas iterum habet species. Primò ac regulariter ex jure *domicilii forum* ac jurisdictio dependet. Est autem Domicilii.

autem domicilium locus ubi qvis habitat permanendi animo. *l. 190. de V. S. l. 7. C. de incolis.* Qvod si dubium sit, ubi qvis peregrinationibus distentus habitet, præsumitur domicilium paternum atqve originis retentum, Carpz. *Dec. 1.* Franzk. *1. Resol. 16, 18.* Brunnem. *ad l. Roma. 33. §. π. ad Municip.* unde domicilium dividitur in *originis* & *habitationis*: prius tamen cessat hodie, posteriori alibi constituto, *Gail. 2. O. 36.* Accedit & tertia species, *Domicilium Bonorum*, h. e. qvod ibi qvis habere dicitur, ubi bona sua aut maximam eorum partem sitam habet, ut qvoties velit, ibi habitare actu ipso possit, & velle præsumatur, Franzk. *d. Resol. 16, 15. & 30.* Carpz. *2. Resp. 22.* præsertim si, ut fieri solet, *homagium* præstitit, *Zahn. Jchnograph. Munic. 14, 16.* Huc pertinet etiam forum *Investituræ simultaneæ* in Curia Domini investientis, *Carpz. 6. Resp. 115. Proc. Civ. 3, 6.* qvippe qva jus in feudo & condominium acqviritur. *Conf. Exerc. ad π.* XIII, *22. seqq.* Deniqve foro hoc domicilii non sola patrisfamil. persona continetur, sed & tota familia, ipsaqve uxor eidem subjecta est, etsi jus domicilii originarii retinere potest, bonis ibi retentis, *Vid. Exerc. ad π. ult. §. 19.* Qvi verò nullo domicilio ne qvidem originario gaudet, conveniri potest, ubi deprehenditur, aut per edictalem citationem, si latitat, *Carpz. 2. Resp. 15.* Gail. *1. O. 57.*

IIX. Præter forum domicilii ordinarium, speciatim qvoqve forum qvis sortitur ex jure

rei

rei sitæ, de qva convenitur actione reali, etsi extra forum & territorium domicilii sita sit. *t. t. C, ubi in rem actio. t. C. ubi de possess.* Huc pertinet & forum *Aresti* impetrati *Mev. de Arest. c. 15.* atqve electio est actoris in utro actionem instituere velit, alterutro tamen electo, variare amplius non potest, *Carpz. Proc. Civ. 3. 1, 46. & 3. 3, 12.* qvanqvam tutius est forum rei sitæ eligere, *Andler. J Prud. 1. 10, 20.* Rei sitæ.

IX. Similiter etiam ex jure ad rem & obligatione personali potest qvis speciale forum sortiri, qvod *forum contractus* appellatur, ut extra ordinarium domicilii forum in loco ubi contraxit, aut solutionem saltem promisit, conveniri possit, *l. 19. §. 1. l. 42. π. de judic.* si tamen ibi reperiatur. *c. 1. §. contrahentes. de foro compet. in 6.* Carpz. *2. Resp. 29. sq. Decis. 78. & 216.* imò qvi certo loco promisit, & ibi & alibi ubicunqve reperitur conveniri potest actione utili, *l. un. C. ubi conven. qvi certo.* Carpz. *Proc. Civ. 3. 2, 28.* Vmm. *D. 4, 1, 5.* Lauterbach. *de eo qvod certo loco. §. 7.* Deniqve etiam de rationibus reddendis recte qvis convenitur in loco administrationis, etsi ibi non reperiatur, *t. C. ubi de ratiociniis. l. 45. π. de judic. l. 51. §. 1. π. de procur,* Carpz. *2. Resp. 33, 19.* Berlich, *Dec. 273.* Richt. *Dec. 13, 21.* Franzk. *2. Resol. 26.* Conf. *Christinæi Decis. Vol. 3, 162.* Contractus

X. Pariter etiam ex *delicto* forum competens est contra delinqventem in loco delicti commissi, *t. C. ubi. de crim. cau. 2. q. 1. can. si pec-* Delicti

caverit. si ibi deprehenditur, *Carpz. 2. Resp. 2*
Decis. *Elect. Saxon. 89.* sicuti & ubicunqve alia
deprehenditur conveniri potest, *d. t. C. ubi a*
crim. remittendus ad forum delicti, *Novell. 134*
c. 5. secus jure nostro, nisi ex speciali conventio
ne; aut datis reversalibus, *Richt. Dec. 15.* Carpz
Dec. 191. Knich. *de J. Territ. 3, 556.* Consil. *Mar*
burg. 1, 16.

Prorogatæ Judicat.

XI. Deniqve extenditur qvandoqve ju
risdictio vel Lege vel ex *conventione* partium im
primis Rei, qva agnoscit hic judicem pro com
petente in certa causa, qvi aliàs jurisdictionem
in ipsum vel in causa illa non habet, id qvod
prorogare jurisdictionem appellant, fitqve ve
expressa conventione, *l. 15. l. 18. π. de jurisd. l. 1*
sq. π. de judic. l. 1. C. de Episc. aud. Vel *tacit*
consensu, qvoties reus litem contestatur exce
ptione fori incompetentis omissâ, *l. 4. C. de ju*
risd. Conf. Berlich. *1. concl. 5, 31. sqq.* Carpz. 2
Resp. 38. Klock. *Consil. 9, 71. & T. 2. Consil. 84*
Exerc, *ad π. VI, 22.*

Reconventionis

XII. Lege fit prorogatio primò per *Recon*
ventionem, qvâ reus vicissim coram eodem ju
dice actorem convenit, & utraqve causa simu
ventilatur, *l. 11. § 1. l. 22. π. de jurisd. l. 34. π. d*
procur. l. 1. §. ult. π. de extraord. cognit. t. t. X
de mutuis petition. Ord. *Cam. 3, 30.* Jure Sa
xonico restringitur reconveniendi facultas ac
causas *connexas*, & ita ut conventione finita re
conventio ventiletur. *J. Provinc. Saxon. 1, 61. &*
3, 12. & 79. Constit. *Elect. Saxon. 1, 7.* Ord. *ju*
dic

dic. t. 6. Secundò per *causæ continentiam, l. 2. C. de judiciis.* Accidit enim, ut contra diversos reos diversis foris subjectos simul agendum sit, ex eadem causa, quo casu ob causæ continentiam, ut loquuntur, aut cohærentiam actio coram eodem judice institui potest; similiter etiam si causæ quidem diversæ, sed connexæ sunt, ut altera ab altera dependeat, quod variis modis fieri potest, *Vid. t. π. de quib. reb. ad eund. jud.* Frider. *lib. 3, de Proceſſ.* Vmm. *de Proc. 4, 18. ſqq.* Continentiæ

XIII. Forum privilegiatum & singulare est, quo persona vel causa foro communi exemta peculiare forum ex privilegio adepta est. Tale privilegium ordo *clericorum* est adeptus, in causis Ecclesiasticis & civilibus, *Novell. 79. & 83. Auth. Statuimus. C. de Episc.* Duaren. *l. 7. de S. Eccl. minister.* Carpz. *2. def. Eccl. 308. & 3. def. Eccl. 3.* cui tamen renunciari potest, *l. siquis. 29. C. de pact. l. 51. C. de Episc.* Grævæ, *concl. pract. 37, 14.* Vid. Instit. *Jur. Can. 1, 17.* similiter & *Academici* cives proprio foro gaudent, *Auth. Habita. C. ne fil. pro patre*, itemque *Milites* suo, *l. 2. C. de off. mag. milit.* Sed & Principum *officiales* & Præfecti in civitate habitantes exemti sunt à foro domicilii, *Heig. 2. q. 25.* Mev. *ad J. Lubec. qv. prælim. 3, 30.* Carpz. *Resp. 2, 13.* Deniqve & forum *Austregarum* huc pertinet de qvo superius. For. privileg. personæ

Porro & *causæ* qvædam peculiare forum sortiuntur, ut non attentâ jurisdictione in personam rei, actor forum causæ non rei seqvatur, causæ

ut

ut causa status libertatis, *t. t. C. ubi caus. stat.* causæ fiscales seu Camerales, *t. t. C. ubi fiscal. caus.* Constit. *Friderici II. Imp. 1, 64.* Causæ *Feudales* coram domino feudi & Paribus Curiæ vel Curia feudali, *c. 6.* X. *de for. compet. cap. 5.* X. *de judic.* Lib. *feud. 2. 4 55. §. ult.* itemqve *causæ* Ecclesiasticæ coram judicio Ecclesiastico, veluti de jure personarum aut rerum Ecclesiasticarum, etsi reus laicus est. *Novell. 83. & 123, 21.* cap. *3.* X. *de judic. Vid. d. Inst. J. Can. 1. 5, 6.*

Instantiæ 1. & 2.

XIV. Hæc de foro competente, in qvo qvum certi gradus dentur, ab uno judice subordinato ad superiorem usqve summum & independentem, qvæ *Instantiæ* appellantur. *V. l. & post. 73. §. 2. π. de judic.* & in *primam* & *secundam* dividitur, ita ut sub hac etiam tertia & qvarta pro renata intelligatur: observanda est regula, qvâ actor ad attendendas instantias est obligatus æqvè ac superior, neqve inferior potest præteriri aut reo beneficium *primæ instantiæ* inverti, *t. C. ut lite pend. Can. pervenit. 13. cau. 11. q. 1.* Ord. Provinc. Saxon. Elect. 1555. tit. Daß niemand unerjucht der ordentlichen Gerichte &c. Knich. *de pact. Vestit. P. 3. c. 2, 157.* Moller. *2. Sem. 30.* Rauchb. *1. q. 13, 29.*

Privileg. personar miserabil.

XV. Excipiuntur *Personæ miserabiles*; ut sunt orphani, viduæ, & similes, qvi privilegio hoc gaudent, ut possint convenire reos præteritis inferioribus judiciis statim coram Summo, cujusqve Territorii, *l. un. C. qvand. Imp. inter pupill.* Carpz. *2. Resp. 19.* Exerc. *ad π.* XIII, *21.*

Secun-

Secundò adiri potest superior, si inferior administrationem justitiæ protrahit aut denegat, vel aliàs *suspectus* est ob corruptionem, aut ob interesse aliqvod ipsius causæ, *l. C. si qvis in sua caus.* ob amicitiam aut inimicitiam cum alterutra partium, *l. 17. π. de judic. l. 16. & Auth. C. eo.* Carpz. *Proc. Civ. 3, 4.* Gail. *l. O. 33.* Zanger. *de Except. 2, 4.* Solet autem in his casibus aut suspecto commissarius adjungi, *Covarruv. Qvæst. pract. 26.* aut causa avocari & commissariis committi, aut ab ipso superiore cognosci.

de Officio judicis

XVI. De Judicis jure ac potestate vidimus: consequens est, ut de ejus obligatione & officio qvoqve dispiciamus, qvod vel in meritis causæ versatur, vel in processu dirigendo; qvæ divisio in rei ipsius natura & objecti varietate fundata est, adeoqve & Nat. & Gent. juri convenit. Interpretes dividunt in *Nobile* & *Mercenarium*, istud. Oldend. *præfat. ad Class. Act.* rectius *merum* dici ait, definiens: *Qvod judex suâ, h. e. jurisdictionis auctoritate exercet, etiamsi nulla proponetur actio, & interdum motu proprio, nemine petente.* ut in Inqvisitione. Ex qvo oritur *Imploratio officii Judicis*, de qva supra de *Interdict. aph.* X. At *Mercenarium*, qvod actioni deservit, eáqve cessante cessat. *V. l. ædiles. 25. §. item sciend, 8. π. de ædil. edict.* Etsi autem hæc distinctio magis ad officium judicis superioris hoc est, magistratus & huic contradistincti, pedanei, primariò pertinet, in foro nostro ignota, usurpatur tamen nihilominus suo modo.

qvid sit,

ejus Imploratio

modo. *conf. P. Frider de Mandat. c. 58, 7. sq.* V
triqve autem communis est divisio in causarum
merita & formalia processus. In causarum me
Officium circa cau far. merita ritis *in universum* qvoad jus hanc regulam tra
dit Imp

Pr.

Reg. qvoad jus *Superest, ut de officio judicis dispiciamu*
Et qvidem in primis illud observare debet Judex, n
aliter judicet, qvam legibus, aut Constitutionibu
aut moribus proditum est.

Conf. *l.* 14. *C. de judic. & Auth. hodie. eo.* Ore
Cam. *t.* 13. §. 1. *P.* 1.

qvoad factum XVII. Qvantum ad *factum*, tenetur jude
secundum acta & probata judicare, ita tamen, u
veritas rerum, erroribus gestorum non vitietu
sed erroris probatio ex aliis gestis, documentis
testibus admittatur, *l. veritas, 6. §. 1. π. de of*
Præs. in foro nostro saltem per modum Recon
ventionis. *V. Exerc. ad π. V, 19. sq.* Qvod si ve
ritas rerum falsis testimoniis ita vitiata sit, ut so
Judici illa cognita sit, judicis personam hacte
nus deponat, & testis adsumat, ne contra con
scientiam judicet, *Cujac. 12. O. 19.* conf. AGel
l. XIV. 2. C. Horne. *Phil. Mor. 4. 4. 10.* Dn. Zig
ler. *Dict. ast. concl. 35.*

Regulæ speciales XVIII. In *specie* verò officium judicis in
singulis causarum generibus atqve judiciis vari
um cernitur, qva de re suo cujusqve loco, hi
tamen per exempla Imperatori agere placuit

qva

qvæ porrò ad certas regulas reduci poterunt. Qvarum prima est, Vt judex regulariter intra libelli fines in causæ decisione persistat, ut *sententia libello sit conformis*, qvippe decisio actioni 1.
institutæ, nec enim judex supplere potest, qvando plus est probatum fortè, qvàm petitum, *Carpz. Proc. Civ. 16. 2, 21. sqq.* Qvoties ergo *alternative* peti potest, ita ut electio sit penes *reum*, toties & sententia ita ferri poterit, veluti in noxali judicio.

§. 1.

Ideoq; si noxali judicio aditus est, observare debet, ut, si condemnandus videtur dominus, ita debet condemnare: Publium Mævium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere.

conf. supra. *t.* VIII. *de noxal. act.* Vmm. *Proc. Jud. 19, 31.* Termin. *Proc. cap. 192.* Prax. *Art. Analyt. in Jur. P. 1. c. 5, 6.*

XIX. Altera regula est, qvod qvædam *tacite petita* intelliguntur, veluti in actione reali, 2.
Rei vindicatione & Hereditatis petitione, fructus post judicium acceptum percepti, qvia si res statim restituta fuisset, fructus petitori venissent, *l. 2. π. de usur. l. 35. §. 1. π. de R. V.* & in vindicatione rerum singularium percepti post litem contestatam, in hereditatis verò petitione post oblatum libellum adjudicantur, *l. etsi. 25, §. si ante. 7. π. de H. P.* Heig. *ad J. h. t.*

§. 2.

§. 2.

Et si in rem actum sit coram judice: sive contra petitorem judicaverit, absolvere debet possessorem: sive contra possessorem, jubere ei debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor neget, in præsenti se restituere posse, & sine fustratione videbitur tempus restituendi causa petere: indulgendum est ei, ut tamen de litis æstimatione caveat cum fidejussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituerit. Et, si hereditas petita sit, eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire de singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit, sive illorum, quos perceperit, in utraq; actione eadem ratio pene habetur, si prædo fuerit. Si verò bonæ fidei possessor fuerit, non habetur ratio neque consumtorum, neque perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumti sunt.

tempus restituendi

restitutio fructuum

Conf. supra *lib. II. tit. 1. §. 35.* Vmm. *Proc 19, 31.*

Restitutio cum omni causa

XX. Similiter in actione præparatoria Rei vindicationis *Ad exhibendum*, si in mora restituendi est reus, judex eum condemnare potest ad restitutionem non rei tantum ipsius, sed & cum omni causa: *restituere* enim is videtur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controversia ei facta non esset. *l. restituere. 75. de V.S.*

§. 3. *Si*

§. 3.

Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is, cum quo actum est: sed opus est, ut etiam rei causam debeat exhibere, id est, ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset si, cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideoq; si inter moras exhibendi usucapta sit res à possessore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medii temporis, id est, ejus quod post acceptum ad exhibendum judicium, ante rem judicatam interceſſerit, rationem habere debet judex. Quod si neget reus, cum quo ad exhibendum actum est, in præsenti se exhibere posse, & tempus exhibendi causa petat, idq; sine fruſtratione postulare videatur, dare ei debet, ut tamen caveat se reſtituturum, quod si neque statim jussu judicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat, condemnandus sit in id, quod actoris interest, si ab initio res exhibita esset. Ad exhibend.

conf. *l. Julianus. 9. ff. ad exhib.* & supra *n. 1. 56.*

XXI. Pariter etiam in judiciis duplicibus, ubi de divisione rerum communium agitur, officium judicis etiam ad non expreſsè petita extenditur:

§. 4.

Si familiæ erciscundæ judicio actum sit, singulas res singulis heredibus adjudicare debet. & si in alterius persona prægravare videatur adjudicatio, Famil. ercisc.

tio, debet hunc in vicem coheredi certa pecunia, sicut jam dictum est, condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruperit, aut consumserit. Quæ quidem similiter inter plures quoque, quam duos heredes subsequuntur.

§. 5.

Commu. ni divid. *Eadem interveniunt, & si communi dividundo de ea pluribus rebus actum sit. Quod si de unare: veluti, de fundo: si quidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat, partes ejus singulis adjudicare debet, & si unius pars prægravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quod si commode dividi non possit; veluti, si homo forte, aut mulus erit, de quo actum sit, tunc totus uni adjudicandus est, & is invicem alteri certa pecunia condemnandus est.*

§. 6.

Fin. regund. *Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet judex, an necessaria sit adjudicatio, quæ sane uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quam olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari, quo casu conveniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoq; nomine condemnandus est quisq; hoc judicio, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit: verbi gratia,*

tia, qvia lapides finales furatus est, vel arbores finales excidit. Contumaciæ qvoq; nomine qvisqve eo judicio condemnatur: veluti si qvis jubente judice metiri agros passus non fuerit.

§. 7.

Qvod autem istis judiciis alicui adjudicatum fuerit, id statim ejus sit, cui adjudicatum est.

conf. supra *Lib. III. tit. 28, §. 6. & 10.*

XXII. Hæc de Judicis persona & officio tum in genere, tum in specie circa causarum merita consequens esset, ut de eodem circa formalia Processus videremus; sed commodius fuerit ad hæc postea melius explicanda, interjicere & eas judicii personas, qvæ Judici accedunt, qvæ triplicis generis potissimum sunt, *Adsessores, Scribæ, & apparitores.* De *jure* Adsessorum observandum est, illud duplex esse, pro duplici Judicem constituendi ratione; aut enim ille ita constituitur, ut ipse solus potestate judiciariâ & jure Magistratus gaudeat, tunc ejus adsessores sunt duntaxat consiliarii, non participes Magistratus, tales erant Magistratuum Roman. Assessores, *t. π. de offic. Assess. t. C. de Assessor.* Novell. *82. c. 2.* & qvia Magistratus Rom. pleriqve erant prudentiæ militari magis, qvam Juri Civili dediti, Adsessores erant JCti, *Gell. 12, 13.* Rævard. *2. Conj. 10.* Qvod si verò Judex ita constituitur, ut ipse solus non sit Ma- De Adsessorum jure

giſtratus, ſed totum Judicium, ejus autem *Director* tantùm Judex ſit; tunc Adſeſſores participant de poteſtate judiciaria & gaudent jure ſuffragii, qvæ ratio aliis gentibus placuit, itaqve Ariſtoteles *3. Pol.* VII. ait: ὁ δὲ δικαστὴς ἄρχων ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ δικαστήριον. μόριον δὲ τοῦ δικαστηρίου ὁ δικαστής. *Judex aut Judicii adſeſſor non eſt Magiſtratus, ſed Judicium ipſum. pars autem judicii qvilibet aſſeſſor eſt.* Atqve hæc ratio Germanis qvoqve recepta. Tacit. *de M. G. c.* XII. *Eliguntur in iisdem conciliis & Principes, qvi jura per pagos vicosqve reddunt. Centeni ſingulis ex plebe comites, conſilium ſimul & auctoritas, adſunt.* Saxonibus *Scabini* vocantur, qvi olim hereditarii, *J. Sax. Prov. 2. A. 12. Feud. c. 79.* Gudelin. *de J. Noviſſ. 5, 7.* Exerc. *ad π. V. ſi.* Brummer. *de Scabinis.* Guzmer. *de Aſſeſſoribus.* Zahn. *Jchnograph. c. 80.* Beſold. *Theſ. pract. voce, Aſſeſſor.*

& officio XXIII. Deniqve *Officium* Aſſeſſorum in genere verſatur in cauſarum *cognitionibus* habendis, Advocatorum *poſtulationibus* auſcultandis, & *decretis* faciendis, aut relationibus, *l. 1. π. de off. Aſſeſſ.* Conſt. Ordin. *Cam. P. 1. t. 13. & 57.* In *Relationibus* actorum attendendum ipſis eſt I. ad litigantium legitimationem. II. ad dilatorias exceptiones, an & qvatenus admittendæ. III. Facti ſpecies conſtituenda. IV. Genus actionis ex libelli petitione eruendum. V. an L. Conteſtatio vel reſponſio ad libellum recte facta. VI. an actoris intentio probata. VII. an

VII. an exceptiones rei probatæ, iisqve actio eliſa. VIII. qvomodo ſententia concipienda, tum in cauſa principali, tum in acceſſoriis, veluti fructibus, damnis, impenſis, & ſumtibus litis. Eadem in Actis *ſecundæ inſtantiæ* obſervanda, præterqvam qvod ad Formalia & Matẽrialia appellationis ante omnia attendendum. Id qvod etiam in *Leuterratione* Saxonica haud negligendum eſt. *V. Stypmann. de Referendariis. Gylmanni Symphoremata.* Si ſuffragia adſeſſorum diſſona ſunt, naturaliter *major pars concludit*, & habet jus integri; iniqvum enim eſſet, ut pars major ſeqverctur minorem, *Grot. J. B. 2. 5, 17. l. duo 39. π. de re jud.* Carpz. *Dec. 82.* ſi pares ſunt ſententiæ, *pro reo* concluditur, *l. inter. 38. π. eo.* & Grot. *d. c. 5, 18.*

XXIV. Aſſeſſores ſeqvuntur *Scribæ* judiciorum, qvi ſcribendis & ſervandis Actis, protocollis, relationibus, ſententiis, mandatis, cæterisqve conſtituti; qvorum diverſi ordines, & alii in ipſo etiam Secretario Judicis & Aſſeſſorum locum obtinent, ut *Secretarii*, *Protonotarii*, & *Actuarii*, Protocolliſtæ, Concipiſtæ, Notarii, Tabellarii & Tabelliones; alii tantum in loco huic proximo *cancellis* ſeu reticulis clauſo, unde cancellarii, *t. C. de aſſeſſor. & cancellar.* hodie Cancelliſtæ, Copiſtæ, & ſimiles. *t. C. de proxim. ſacror. ſcrinior.* Ordin. *Cam. P. t. t. 31. t. 59. t. 79.* Ord. *Judic. Elect. Sax. t. 2.* & aliarum Curiarum. *Deciſ. Elect. Sax. 38.* Actuarius.

ut causa status libertatis, *t. t. C. ubi caus. stat.* causæ fiscales seu Camerales, *t. t. C. ubi fiscal. caus.* Constit. *Friderici II. Imp. 1, 64.* Causæ *Feudales* coram domino feudi & Paribus Curiæ vel Curia feudali, *c. 6.* X. *de for. compet. cap. 5.* X. *de judic.* Lib. *feud. 2. 4 55. §. ult.* itemqve *causæ* Ecclesiasticæ coram judicio Ecclesiastico, veluti de jure personarum aut rerum Ecclesiasticarum, etsi reus laicus est. *Novell. 83. & 123, 21.* cap. *3.* X. *de judic. Vid. d. Inst. J. Can. 1. 5, 6.*

Instantiæ 1. & 2.

XIV. Hæc de foro competente, in qvo qvum certi gradus dentur, ab uno judice subordinato ad superiorem usqve summum & independentem, qvæ *Instantiæ* appellantur. *V. l. & post. 73. §. 2. π. de judic.* & in *primam* & *secundam* dividitur, ita ut sub hac etiam tertia & qvarta pro renata intelligatur: observanda est regula, qvâ actor ad attendendas instantias est obligatus æqvè ac superior, neqve inferior potest præteriri aut reo beneficium *primæ instantiæ* inverti, *t. C. ut lite pend. Can. pervenit. 13. caus. 11. q. 1.* Ord. Provinc. Saxon. Elect. 1555. tit. Daß niemand unerfucht der ordentlichen Gerichte &c. Knich. *de pact. Vestit. P. 3. c. 2, 157.* Moller. *2. Sem. 30.* Rauchb. *1. q. 13, 29.*

Privileg. personar miserabil.

XV. Excipiuntur *Personæ miserabiles*; ut sunt orphani, viduæ, & similes, qvi privilegio hoc gaudent, ut possint convenire reos præteritis inferioribus judiciis statim coram Summo, cujusqve Territorii, *l. un. C. qvand. Imp. inter pupill.* Carpz. *2. Resp. 19.* Exerc. *ad π.* XIII, *21.*

Secun-

Secundò adiri potest superior, si inferior administrationem justitiæ protrahit aut denegat, vel aliàs *suspectus* est ob corruptionem, aut ob interesse aliqvod ipsius causæ, *t. C. si qvis in sua caus.* ob amicitiam aut inimicitiam cum alterutra partium, *l. 17. π. de judic. l. 16. & Auth. C. eo.* Carpz. *Proc. Civ. 3, 4.* Gail. *1. O. 33.* Zanger. *de Except. 2, 4.* Solet autem in his casibus aut suspecto commissarius adjungi, *Covarruv. Qvæst. pract. 26.* aut causa avocari & commissariis committi, aut ab ipso superiore cognosci.

de Officio judicis

XVI. De Judicis jure ac potestate vidimus: consequens est, ut de ejus obligatione & officio qvoqve dispiciamus, qvod vel in meritis causæ versatur, vel in processu dirigendo; qvæ divisio in rei ipsius natura & objecti varietate fundata est, adeoqve & Nat. & Gent. juri convenit. Interpretes dividunt in *Nobile* & *Mercenarium*, illud. Oldend. *præfat. ad Class. Act.* rectius *merum* dici ait, definiens: *Qvod judex suâ, h. e. jurisdictionis auctoritate exercet, etiamsi nulla proponetur actio, & interdum motu proprio, nemine petente.* ut in Inqvisitione. Ex qvo oritur *Imploratio officii Judicis*, de qva supra de *Interdict. aph.* X. At *Mercenarium*, qvod actioni deservit, eáqve cessante cessat. *V. l. ædiles. 25. §. item sciend, 8. π. de ædil. edict.* Etsi autem hæc distinctio magis ad officium judicis superioris hoc est, magistratus & huic contradistincti, pedanei, primariò pertinet, in foro nostro ignota, usurpatur tamen nihilominus suo modo.

qvid sit,

ejus Imploratio

modo. *conf. P. Frider de Mandat. c. 58, 7. sq.* Vtriqve autem communis est divisio in causarum merita & formalia processus. In causarum meritis *in universum* qvoad jus hanc regulam tradit Imp

Officium circa causar. merita

Pr.

Reg. qvoad jus

Superest, ut de officio judicis dispiciamus. Et qvidem in primis illud observare debet Judex, ne aliter judicet, qvam legibus, aut Constitutionibus, aut moribus proditum est.

Conf. *l. 14. C. de judic. & Auth. hodie. eo.* Ord. Cam. *t. 13. §. 1. P. 1.*

qvoad factum

XVII. Qvantum ad *factum*, tenetur judex *secundum acta* & probata judicare, ita tamen, ut veritas rerum, erroribus gestorum non vitietur, sed erroris probatio ex aliis gestis, documentis, testibus admittatur, *l. veritas, 6. §. 1. ff. de off. Præs.* in foro nostro saltem per modum Reconventionis. *V. Exerc. ad ff. V, 19. sq.* Qvod si veritas rerum falsis testimoniis ita vitiata sit, ut soli Judici illa cognita sit, judicis personam hactenus deponat, & testis adsumat, ne contra conscientiam judicet, *Cujac. 12. O. 19.* conf. AGell. *l.* XIV. *2.* C. Horne. *Phil. Mor. 4. 4. 10.* Dn. Zigler. *Dicast. concl. 35.*

Regulæ speciales

XVIII. In *specie* verò officium judicis in singulis causarum generibus atqve judiciis variorum cernitur, qva de re suo cujusqve loco, hîc tamen per exempla Imperatori agere placuit, qvæ

qvæ porrò ad certas regulas reduci poterunt. Qvarum prima eſt, Vt judex regulariter intra libelli fines in cauſæ deciſione perſiſtat, ut *ſententia libello ſit conformis*, qvippe deciſio actioni inſtitutæ, nec enim judex ſupplere poteſt, qvando plus eſt probatum fortè, qvàm petitum, *Carpz. Proc. Civ. 16. 2, 21. ſqq.* Qvoties ergo *alternative* peti poteſt, ita ut electio ſit penes *reum*, toties & ſententia ita ferri poterit, veluti in noxali judicio. 1.

§. 1.

Ideoq; ſi noxali judicio aditus eſt, obſervare debet, ut, ſi condemnandus videtur dominus, ita debet condemnare: Publium Mævium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere.

conf. ſupra. *t.* VIII. *de noxal. act.* Vmm. *Proc. Jud. 19, 31.* Termin. *Proc. cap. 192.* Prax. *Art. Analyt. in Jur. P. 1. c. 5, 6.*

XIX. Altera regula eſt, qvod qvædam *tacite petita* intelliguntur, veluti in actione reali, Rei vindicatione & Hereditatis petitione, fructus poſt judicium acceptum percepti, qvia ſi res ſtatim reſtituta fuiſſet, fructus petitori veniſſent, *l. 2. π. de uſur. l. 35. §. 1. π. de R. V.* & in vindicatione rerum ſingularium percepti poſt litem conteſtatam, in hereditatis verò petitione poſt oblatum libellum adjudicantur, *l. etſi. 25, §. ſi ante. 7. π. de H. P.* Heig. *ad J. h. t.* 2.

§. 2.

§. 2.

Et si in rem actum sit coram judice: sive contra petitorem judicaverit, absolvere debet possessorem: sive contra possessorem, jubere ei debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor neget, in præsenti se restituere posse, & sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere: indulgendum est ei, ut tamen de litis æstimatione caveat cum fidejussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituerit. Et, si hereditas petita sit, eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire de singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit, sive illorum, quos perceperit, in utraq; actione eadem ratio pene habetur, si prædo fuerit. Si verò bonæ fidei possessor fuerit, non habetur ratio neque consumtorum, neque perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumti sunt.

tempus restituendi

restitutio fructuum

Conf. supra *lib. II. tit. 1. §. 35.* Vmm. *Proc 19, 31.*

Restitutio cum omni causa

XX. Similiter in actione præparatoria Rei vindicationis *Ad exhibendum*, si in mora restituendi est reus, judex eum condemnare potest ad restitutionem non rei tantum ipsius, sed & cum omni causa: *restituere* enim is videtur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controversia ei facta non esset, *l. restituere. 75. de V.S.*

§. 3. *Si*

§. 3.

Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is, cum quo actum est: sed opus est, ut etiam rei causam debeat exhibere, id est, ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si, cum primum ad exhibendum cgisset, exhibita res fuisset. Ideoq; si inter moras exhibendi usucapta sit res à possessore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medii temporis, id est, ejus quod post acceptum ad exhibendum judicium, ante rem judicatam interceſſerit, rationem habere debet judex. Quod si neget reus, cum quo ad exhibendum actum est, in præsenti se exhibere posse, & tempus exhibendi causa petat, idq; sine frustratione postulare videatur, dare ei debet, ut tamen caveat se restituturum, quod si neque statim jussu judicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat, condemnandus sit in id, quod actoris interest, si ab initio res exhibita esset. Ad exhibend.

conf. *l. Julianus. 9. ff. ad exhib.* & supra 11. 1. 56.

XXI. Pariter etiam in judiciis duplicibus, ubi de divisione rerum communium agitur, officium judicis etiam ad non expressè petita extenditur:

§. 4.

Si familiæ erciscundæ judicio actum sit, singulas res singulis heredibus adjudicare debet. & si in alterius persona prægravare videatur adjudicatio, Famil. ercisc.

tio, debet hunc in vicem coheredi certa pecunia, sicut jam dictum est, condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruperit, aut consumserit. Quæ quidem similiter inter plures quoque, quam duos heredes subsequuntur.

§. 5.

Commu. ni divid. *Eadem interveniunt, & si communi dividendo de ea pluribus rebus actum sit. Quod si de unare: veluti, de fundo: si quidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat, partes ejus singulis adjudicare debet, & si unius pars gravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quod si commode dividi non possit; veluti, si homo forte, aut mulus erit, de quo actum sit, tunc totus uni adjudicandus est, & is invicem alteri certa pecunia condemnandus est.*

§. 6.

Fin. regund. *Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet judex, an necessaria sit adjudicatio, quæ sane uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quam olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari, quo casu conveniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoq; nomine condemnandus est quisq; hoc judicio, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit: verbi gratia,*

tia, qvia lapides finales furatus est, vel arbores finales excidit. Contumaciæ qvoq; nomine qvusqve eo judicio condemnatur: veluti si qvis jubente judice metiri agros passus non fuerit.

§. 7.

Qvod autem istis judiciis alicui adjudicatum fuerit, id statim ejus sit, cui adjudicatum est.

conf. supra *Lib. III. tit. 28, §. 6. & 10.*

XXII. Hæc de Judicis persona & officio tum in genere, tum in specie circa causarum merita consequens esset, ut de eodem circa formalia Processus videremus; sed commodius fuerit ad hæc postea melius explicanda, interjicere & eas judicii personas, qvæ Judici accedunt, qvæ triplicis generis potissimum sunt, *Adsessores, Scribæ, & apparitores.* De *jure* Adsessorum observandum est, illud duplex esse, pro duplici Judicem constituendi ratione; aut enim ille ita constituitur, ut ipse solus potestate judiciariâ & jure Magistratus gaudeat, tunc ejus adsessores sunt duntaxat consiliarii, non participes Magistratus, tales erant Magistratuum Roman. Assessores, *t. π. de offic. Assess. t. C. de Assessor.* Novell. *82. c. 2.* & qvia Magistratus Rom. pleriqve erant prudentiæ militari magis, qvam Juri Civili dediti, Adsessores erant JCti, *Gell. 12, 13.* Rævard. *2. Conj. 10.* Qvod si verò Judex ita constituitur, ut ipse solus non sit Magistra- De Adsessorum jure

gistratus, sed totum Judicium, ejus autem *Director* tantùm Judex sit; tunc Adsessores participant de potestate judiciaria & gaudent jure suffragii, qvæ ratio aliis gentibus placuit, itaqve Aristoteles *3. Pol.* VII. ait: ὁ μὲν οὖν δικαστὴς ἄρχων ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ δικαστήριον. μόριον δὲ τοῦ δικαστηρίου ὁ δικαστής. *Judex aut Judicii adsessor non est Magistratus, sed Judicium ipsum. pars autem judicii qvilibet assessor est.* Atqve hæc ratio Germanis qvoqve recepta. Tacit. *de M. G. c.* XII. *Eliguntur in iisdem conciliis & Principes, qvi jura per pagos vicosqve reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas, adsunt.* Saxonibus *Scabini* vocantur, qvi olim hereditarii, *J. Sax. Prov. 2. A. 12. Feud. c. 79.* Gudelin. *de J. Noviss. 5, 7.* Exerc. *ad π. V. si.* Brummer. *de Scabinis.* Guzmer. *de Assessoribus.* Zahn. *Jchnograph. c. 80.* Besold. *Thes. pract. voce, Assessor.*

& officio XXIII. Deniqve *Officium* Assessorum in genere versatur in causarum *cognitionibus* habendis, Advocatorum *postulationibus* auscultandis, & *decretis* faciendis, aut relationibus, *l. 1. π. de off. Assess.* Conf. Ordin. *Cam. P. 1. t. 13. & 57.* In *Relationibus* actorum attendendum ipsis est I. ad litigantium legitimationem. II. ad dilatorias exceptiones, an & qvatenus admittendæ. III. Facti species constituenda. IV. Genus actionis ex libelli petitione eruendum. V. an L. Contestatio vel responsio ad libellum recte facta. VI. an actoris intentio probata. VII. an

VII. an exceptiones rei probatæ, iisqve actio elisa. VIII. qvomodo sententia concipienda, tum in causa principali, tum in accessoriis, veluti fructibus, damnis, impensis, & sumtibus litis. Eadem in Actis *secundæ instantiæ* observanda, præterqvam qvod ad Formalia & Materialia appellationis ante omnia attendendum. Id qvod etiam in *Leuterratione* Saxonica haud negligendum est. *V. Stypmann. de Referendariis. Gylmanni Symphoremata.* Si suffragia adsessorum dissona sunt, naturaliter *major pars concludit*, & habet jus integri; iniqvum enim esset, ut pars major sequeretur minorem, *Grot. J. B. 2. 5, 17. l. duo 39. π. de rejud.* Carpz. *Dec. 82.* si pares sunt sententiæ, *pro reo* concluditur, *l. inter. 38. π. eo.* & Grot. *d. c. 5, 18.*

XXIV. Assessores sequuntur *Scribæ* judiciorum, qvi scribendis & servandis Actis, protocollis, relationibus, sententiis, mandatis, cæterisqve constituti; qvorum diversi ordines, & alii in ipso etiam Secretario Judicis & Assessorum locum obtinent, ut *Secretarii*, *Protonotarii*, & *Actuarii*, Protocollistæ, Concipistæ, Notarii, Tabellarii & Tabelliones; alii tantum in loco huic proximo *cancellis* seu reticulis clauso, unde cancellarii, *t. C. de assessor. & cancellar.* hodie Cancellistæ, Copistæ, & similes. *t. C. de proxim. sacror. scrinior.* Ordin. *Cam. P. t. t. 31. t. 59. t. 79.* Ord. *Judic. Elect. Sax. t. 2.* & aliarum Curiarum. *Decis. Elect. Sax. 38.* Actuarius.

& 39. 45. 73. Berlich. *1. concl. 8.* Mynſing. *& Dd. alii in cap. quoniam. II. X. de probat.* Rosbach. *Proc. Jud. t. 8.* Carpz. *Dec. 148. & 201* Gothofr. *Prax. Civ. t. de ſinator. p. 504. b.* Exerc. *ad. π.* XXXIIX, *36. Addend.*

Apparitores.

XXV. Apparitores deniqve ſunt nuncii judicum qvi etiam Viatores & Executores litium, qvi citationes & mandata exſeqvuntur & inſinuant, ſuper qvos & magiſter conſtitui ſolet in majoribus judiciis. De qvibus diverſi tituli in *Cod. de apparitoribus.* itemqve *t. C. de ſportul. & execut. lit.* Ord. *Cam. 1. t. 32. & ſqq.* Horum *relationes* de inſinuatis citationibus Actuarius diligenter actis inſcribere debet, *Gail. 1. O. 54.* Mynſing. *1. O. 78. fi.*

Offic. jud in dirigendo proceſſu. ejus I. Diviſ.

XXVI. Accedimus tandem ad alteram officii judicis poſitionem, qvæ cernitur in dirigendo proceſſu, ſive per viam actionis agatur, ſive per implorationem officii judicis meri. Modus itaqve procedendi in judicio duplex eſt, *Summarius* & *Ordinarius*, unde ille & *Extraordinarius* dicitur. Cujus diviſionis fundamentum eſt dive ſitas reqviſitorum & partium Proceſſus, qvædam enim ſunt ſubſtantiales & eſſentiales ex natura rei, qvæ & Jure naturæ, gentium & civili reqviruntur, qvibus *Summarius* conſtat, qvi ob id & Proceſſus Juris naturalis aut gentium dici poſſit; aliæ ſunt accidentales, & ſolennitates tantum à Jure Civili adjectæ, *Ordinarium* conficientes.

XXVII.

XXVII. Summarii partes sunt, actoris petitio simplex & imploratio officii, judicis citatio, rei responsio & exceptio, utriusqve probatio, sententia, ejusqve executio. Hæ in ordinario processu itidem habentur, sed adjectis solemnitatibus qvibusdam & reqvisitis civilibus, unde & nomina peculiaria, veluti, Libellus actionis: citatio sufficiens: Litis Contestatio: Exceptiones dilatoriæ & peremtoriæ: Probationes & Reprobationes, per productia & disputationes attestationum, conclusio in causa & similes. Præterea & dilationes sunt freqventiores & termini prolixiores, sed & remedia suspensiva & devolutiva facilius indulgentur. *Vid. cap. sæpe. Clementin. de V. S.* in summarium & Ordinarium.

XXVIII. Cum igitur Summarius Processus sit juris naturalis & gentium, adeoqve is, qvi regulariter in omnibus causis obtinere debet, consequens est, jure naturæ & gentium omnes causas hoc ordine procedendi tractari posse: & fallit hactenus Brocardicum. *omnem causam regulariter esse ordinariam.* qvod ex *l. 3. §. 13. π. ad exhib.* perperam colligitur, & tandem ad judices pedaneos illud pertinet, qvi regulariter & ordinariè olim dati cognoscebant: At hodie verum est, omnia judicia esse extraordinaria, *§. fi. J. de interdict.* hoc est, summaria. Atqve rectè ex *d. cap. sæpe. de V. S. in Clementin.* observant: Principem posse qvamlibet causam summarie tractandam committere. *Zanger. de Except.* Summarius est J N. & G. & omnium causarum

cept. l. 1, 58. Imo & Judici inferiori id licitum, *Carpz. de Proc. Civ. l. 1, 62.* Menoch. *l. Arbitr. 9.* Sed & per Constitutionem aut statutum regulariter hoc introduci posse recte asserunt, Natta *in d. c. sæpe.* Bald. *in tract. Statutorum. verbo: Arbitrium.* Vid. Brunnemann. *de Proc. Civ. l. 22.* Exerc. *ad π.* XIII, *8.* Interea sunt *certæ* causæ communi usu & lege publicâ expressæ, qvæ ob favorem singularem ad Processum summarium referuntur, *V. Ord. Cam. 3, 2.* Zanger. *de Except. l. 1, 60.* Plane Summarius Processus aliter etiam is dicitur, qvi *non* habet *plenam* causæ cognitionem, sed *præparatoriam* tantum, ut in actione ad exhibendum, *d. l. 3. §. 13. ad exhib.* itemqve in *Possessorio* Summarissimo seu momentaneo, in *Executivo* reservante Reconventionem, & similibus, ubi plena cognitio ad alium processum principalem remittitur: de tali verum est, eum regulariter non obtinere. *d. Exerc.* XIII, *8. & Brunnem. d. l.*

Causæ summariæ specialim

Summarius aliter dicitur

II. Divisio in Possess. & Petit.

XXIX. Porrò enim dividitur Processus ex objecto & *causarum* differentia, in civilem & criminalem, civilis in possessorium & petitorium: Possessorius in Summarium & Ordiniarium. *V. supra tit. de act. a. XI.* Hic est ille Summarius seu Summarissimus, qvem dixi, qvo de *possessione* tantum *momentanea* seu præsente, eaqve *retinenda*, non vero acqvirenda vel rerecuperanda disceptatur, non item de veteri &

Possessorius summarissimus

cum

cum titulo, adeoqve non plenè causa cognoscitur, sed tantum judex ad informationem sui, uter de præsenti sit in possessione, recipit utrinqve testes aut testium alibi examinatorum attestata clausa, nec adversæ parti communicanda; id qvod *colorare possessionem* vocant. Sententia porro de præsenti possessio: e in hoc processu latâ, remittitur plenior cognitio ad *Possessorium Ordinarium*, vel *Petitorium*, in illo possessio antiqvior probanda, in hoc ipsum dominium & titulus. Horum tamen utrumqve potest *summariè* tractari, eo qvo diximus modo *aph. præced.* Habet hæc species Possessorii fundamentum etiam in Jure naturali & gentium, secus ac putat Grot. *J. B. 3, 20, 48.* ut saltem cognitione pleniore susceptâ nihil interim attendetur, & petitore nō probante secundum possessorem pronuncietur, docente Pufendorff. *J. N. G. 5, 13, 6.* Conf. Zaleuci Legem *apud. Polyb. l. 12.* Exexc. *ad π.* XIII, *11.* & XVI, *6.* De cognoscendo in utro processu versentur litigantes consule Brunnem, *Conf. 72.* & *158.* Ordinarius

XXX. Tertia Processus divisio resultat ex causarum differentia ratione *probationis*, qvâ aliæ dicuntur *liqvidæ*, aliæ *altioris indaginis* sive illiqvidæ; Liqvidæ porro dicuntur, qvarum fundamentum probari potest *in continenti*: illiqvidæ, secus. *In continenti* vero probari dicitur, qvod fit per *instrumenta*, aut per *confessionem* adversarii propriam: secus qvæ probanda demum sunt per *testes*, vel per *jusjurandum*. III. Divisio in Ordinar. Executiv. & Arrest.

Liqvidæ igitur probationis ſpecies ſunt: Res judicata in forma probante producta, Acta publica, Matricula ſeu Regeſtum publicum, Teſtamentum, Inſtrumentum, Chirographum, qvæ in genere *inſtrumenta gvarentigiata* appellari ſolent. Effectus hujus eſt, ut ejus productione *recognitio* aut jurata diffeſſio peti & facta recognitione executio impetrari ſtatim poſſit, niſi exceptiones ex natura contractûs, ut ſolutionis, compenſationis & ſimiles oppoſitæ in continenti itidem probentur: unde oritur *Proceſſus Executivus*, qvum reliqvæ cauſæ minus liqvidæ ad Ordinarium pertineant. *Vid. P. Frider. de Mandat. cap. 58. ſeqq.* Carpz. *de Proc. Civ. t. 22.* Exerc. *ad π.* XIII, *15. ſeqq.* Conf. Brunnem. *ad l. 38. n. 9 π. de jurej. & de Proc. Civ. 1, 50.* Eſt vero vel ſimplex vel *Arreſtatorius*, qvo pignus Prætorium ſ. judiciale & jus prioritatis trinâ petitione impetratur contra creditores alios. *Vid. Carpz. Proc. Civ. 21.* Mevius *de Arreſt.*

Executivus

Arreſtatorius

XXXI. Hactenus de ſpeciebus Proceſſus, videamus de partibus ejusdem in utroqve Proceſſus genere; qvarum prima eſt actoris aut implorantis petitio vel libellus. Ejus partes tres ſunt: Narratio facti, fundamentum juris, & inde deducta petitio. Genus actionis non exprimitur, ſed clauſula, de *Officio judicis nobili deſuper implorato* adjici ſolet, ut ſi genus actionis Jure Civili nullum ſit proditum, tamen ex æqvitate naturali officium judicis impertiri debeat,

Proceſſus partes. Libellus.

beat, de qvo antea. Dividi solet libellus in libellum supplicationis & actionis, qvi petitione differunt, illo citatio petitur, hoc qvod in actione est. Sed melius utrumqve eodem libello sive supplicatione petitur, atqve in termino repetitur posterius. *Vid. Rec. Imp. 1654. §. 34.* Vmm. *ad Proc. Judic. D. V. 1. seqq. & D. VI. §. 8. seqq.* P. Frider. *de Process. cap. 2.* Carpz. *de Proc. Civ. t. 6.* Brunnem. *de Proc. Civ. 2. & 5.* In judiciis inferioribus aut in causis levioribus intentio etiam *oretenus* fieri potest, & à judice protocollo inseri *Jac. Schulz. Obs. 1, 6.* In termino verò Saxonico in foro repetitio & ulterior propositio utrinqve viva voce fieri debet, *Constit. Elect. Sax. 1, 2.*

XXXII. Citatio est actus judicis jubentis reum ad certum diem, (qvi in foro Saxonico terminum Saxonicum, h. e. sex septimanarum & trium dierum continet, Jure communi pro arbitrio judicis, *c. qvoad. 15. X. de sent. & re jud.* Gail. *1. O. 4, 58.* qvæ *peremtoria* dicitur, opposita simplici, angustiori termino coarctata *Vid. l. 68. seqq. π. de judic.* Vmm. *D. V. n. 67.* Btunnem. *Proc. Civ. 3, 21.*), comparere & respondere ad libellum, qvi una cum descriptis documentis transmittitur. Insinuanda est reo, vel eo absente saltem ad domum & domesticis, per nuncium juratum, ejusqve relatio ad acta registranda est, ut de contumacia constare possit. Regulariter citatio fit per scripturam, & Actori datur Citatio.

tur Notificatio termini, Gedeutt-Zettel: Solet tamen in judiciis inferioribus & causis summariis & privilegiatis citatio oretenus per apparitorem & angustiori termino fieri. Si citandus domicilium habet sub alterius jurisdictione, insinuatio debet fieri mediate per judicem domicilii requisitum *in subsidium juris* per literas. Si reus est vagabundus, aut citandus est incertus, ut creditores in concursu creditorum, aut citatio ob locum non tutum impeditur, *Edictalis citatio* locum habet, qva per Edictum publicum in loco judicii aliisve, ut in citandi notitiam venire possit, affixum citatur, *Gail. l. 1, 4, 57.* Brunnem. *Proc. Civ. 3, 12.* De citatione *eventuali* Mandatis & Inhibitionibus inferi solita supra actum. Conf. *P. Frider. de Mandat. c. 10.*

Contumacia actoris

XXXIII. Citatus si non comparet ne qvidem per mandatarium in die termini contumaciæ fit reus, tam *Actor* ipse, qvam Reus, nam & Notificatio ista qvæ actori fit, vim citationis hactenus obtinet, ut non comparente actore *circumducenda* h. e. abolenda sit citatio, *l. & post. 73. §. 1. & 2. π. de judic.* vel *terminus* ut hodie loqvuntur, & si reus contumaciam ejus accusat, expensæ ei refundendæ, *l. eum. 79. pr. π. de judic. l. 13. §. 2. C. eod.* Novell. *112, 3.* & ad cautionem de lite prosequenda actor tenetur, *cap. 1. de dol. & contum. in 6.* Exerc. *ad π. VII, 17.* Conf. Ord. *Cam. P. 3. t. 12. & 42.* J. Sax. *Prov. 2, 8.*

2, 8. pr. Jac. Schult. *ad Coler. Decis. 104, 29.* Ordin. *Jud. Elect. Saxon tit. X.* Carpz. *Proc. Civ. 8, 1.*

XXXIV. Reus vero non comparens missio in possessionem impetrari poterat, *l. satis. 19. π. de in jus voc.* post litem contestatam etiam in contumaciam definitive procedi in causa potest *l. 13. §. 13. C. de judic.* Conf. *cap. post præstit. 2. de confess. in 6. cap. nullus. 4. X. de præsumt.* Ord. *Cam. 3, 43.* Gail. *1. Obs. 59.* Mynsing. *5. O. 68.* In foro Saxonico ad primam citationem peremtoriam contumax accusatus ab actore condemnatur regulariter in Ehehafft, h. e. ad docenda legitima impedimenta. *H. Pist. 2. q. 3, 15.* Ge. Schulz. *Syn. Judic. §. 94.* Carpz. *Proc. Civ. 8, 2.* Si altera vice contumax est, condemnatur in executionem, *Schulz. & Carpz. d. d. l. l. & l. 3. Resp. 27. seq.* Hæc tamen ad Processum ordinarium restringuntur, atqve in *Summariis* reus contumax in *expensas* instantiæ seu termini condemnari potest, & sub pœna contumaciæ citari: aut sub mulcta pecuniaria: *Carpz. d. t. 8, 5.* aut sub *citatione reali*, h. e. apprehensione per apparitores, *Vmm. ad Proc. D. V. n. 20.* Carpz. *d. t. 8, 20.* Ordinat. *Judic. Mercator. Lipf. cap. 10.* aut sub pœna *confessi* & convicti, vel sub pœna *recogniti* aut præclusionis, *Vid. Carpz. d. l.* aut deniqve sub pœna perpetui silentii, *d. Ordin. Jud. Mercat. Lipf. c. 10.* Tandem & hoc observandum est, qvod paria sint non com-

Rei

Citatio realis

comparere, & non *legitime comparere*, aut causam suam rite proponere. Plane ut contumacia evitetur, jus habet utraqve pars *Dilationem* termini ex certis causis allegatis & probatis petendi, & judex vicissim concedendi, sed non liberrimum, verum restrictum ut regulariter *semel* tantum dilatio dari possit, per *l. 1. C. de dilat. ibi Brunnem.* Vmm. *ad Proc. D. VII, §. 4.* Vid. Brunnem. *Proc. Civ. cap. 6.*

Dilatio

Gütliche Verhör.

XXXV. In die termini præfixi ad officium Judicis pertinet ante omnia proponere partibus, ut litem amicabiliter componant, propositis qvoqve ex officio transigendi *modis*. Conf. *supra t. de action. a. 8.* Hac spe frustratus jubet partes proponere causam & utrinqve ventilare, ambagibus omnibus remotis. De Exceptionibus dilatoriis & peremtoriis supra suo loco dictum. De Responsione rei dicendum, qvæ regulariter dilatorias exceptiones seqvitur & peremtorias præcedit, qvandoqve & his *eventualiter* subjungitur.

I. Contestatio.

XXXVI. Ea ut supra dictum essentialis est Processui generatim, pro cujus diversitate autem dividitur in responsionem simplicem, sich einlassen und antworten / qvæ & implicita & *qvasi litis contestatio* dicitur, conveniens Processui summario ac naturali: cujus species etiam est *Recognitio* vel Diffessio jurata in Processu executivo. Itemqve in responsionem so-

len-

lennem, qvæ *Litis conteſtatio* vocatur, & ad Ordinarium Proceſſum pertinet: differt autem à priori ſpecie, qvod majori perſpicuitate magisqve ſpecifice, ad ſingula libelli puncta fieri debet, affirmando ſingula vel negando. Obſervandum tamen eſt, etſi hi apices omiſſi forte, & alias tamen ex reſponſione ſtatus qvæſtionis & merita cauſæ appareant, in Camera Imperiali id non attendi, qvia finis iſtius eſt, ut partes ſciant, qvid probare debeant, & judex intelligat, ſuper qvo pronunciandum *Vnm. D. XII, 5.* Brunnem. *de Proc. C v. 14, 4.* Cæterum recte ea in *Affirmativam* & *Negativam* uſu fori noſtri dividitur, non qvidem reſpectu petitionis, qvam reus ſemper negat, ſed reſpectu fundamenti juris aut facti, qvod reus etiam affirmare poteſt, ſed oppoſita exceptione eâqve probata, petitionem tamen elidere. *Vid. Exerc. ad π.* XIII, *33.* cujus ſpecies etiam eſt Recognitio in Proceſſu Executivo. Deniqve Jure Romano interveniente Procuratore, litis conteſtationis effectus etiam hic eſt, qvod Procurator per eam fiat *dominus litis*, in eumqve ſententia fuerit concepta. Sed hæc ratio in foro noſtro vix eſt recepta, ſed & ſententia non tam in perſonam procuratoris qvam mandantis concipitur, atqve invito qvoq; Procuratore principalis transigere aut renunciare poteſt, ut pluribus oſtenſum *Exerc. ad π. X, 42. ſeqq.*

XXXVII.

Probatio

XXXVII. Negante reo factum ptout ab actore propositum, actori ejus probatio incumbit, §. 4. *J. de legat.* ex naturali ratione, qva probatio adfirmanti incumbit. *Cicero Partit. Orat.* etsi reus forte susceperit probationem & defecerit, tamen non condemnandus, sed actori probatio imponenda, *Gl. in l. circa 14. π. de probat.* Schurff. *3. Consil. 90, 7.* Sed ad ambages & difficultates probationum & reprobationum abbreviandas, ex æqvitate naturali à Prætore receptum & Edicto propositum fuit, ut actori jus competeret per Judicem interrogari facere reum de uno alterove puncto, tum ad actionem sibi præparandam, tum ad facilitandum aut sublevandum probationis onus, sed & ubicunqve judicem æqvitas movet, æqve oportere fieri interrogationem, dubium non est, ait Vlpianus *l. pen. π. de interrog. in jur fac.* Ex his interrogationibus in forum nostrum derivatæ fuerunt *Articuli positionales*, qvos actori mediante *juramento dandorum*, qvod vocant, offerre licet, & ad qvos reus sub *juramento respondendorum*, qvod vocatur, pure respondere tenetur: vicissim reus ad probandas exceptiones suas *Defensionales* potest offerre, ad qvos actor eodem modo respondere tenetur, *cap. un. X. de lit. contest.* cap. *dudum. 54. §. partib. X. de elect.* Clem. *sæpe. 2. de V. S.* Ord. Cam. *P. 1. t. 71. & P. 3. t. 15.* Recess. Imp. *1654. §. 49.* Carpz. *1, 10. def. 4 seq.* Cæterum in *foro Saxonico* Positionalium usus nullus est, interrogationum tamen

Interrogationes in jure.

Positionales.

men usus non est prohibitus, atqve optime *Brunnemannus ait*; ita existimo, in omnibus rebus, qvæ suâ natura difficiles sunt probationis, æqvum esse, ut interrogationes admittantur. *ad l. 2. ff. de interrog.*

XXXVIII. Probatio porro ipsa est ejus facti, qvod adversarius negat, legitima confirmatio. Pro diversitate processus diversa est, in summario possessorio & executivo locum habet qvæ fit *in continenti*, h. e. per *documenta* ad recognoscendum vel juratò diffitendum producta, aut per *confessionem* adversarii sponte vel ad interrogationem in jure factam, *supra a. 29. sq.* sed & testium usus hic aliqvis esse potest, si eorum attestata in instrumentum rediguntur, sive in *rotulum*, & hic in termino exhibetur judici, *Carpz. 1, 8. def. 30.* Exerc. *ad ff.* XXXIV, *17.* Cæteroqvin ad Summarium & Ordinarium processum pertinet *Testium* productio & examen, itemqve *jurisjurandi delatio* à parte parti, aut à judice facta impositio, veluti suppletorii aut purgatorii. *Exod. 22, 11. Ebr. 6, 16.* Probationum species

XXXIX. Jusjurandum est confirmatio asserti religiosa sub pœna perjurii h. e. cum obligatione ad pœnam divinam temporalem & æternam, si assertum falsò dictum. Dixi, *Assertum*, qvod primò contradistingvitur promisso, de qva jurisjurandi specie supra *de Conventionibus*. Deinde latius sumitur, ut propositionem qvamvis etiam *negativam* comprehendat. Id qvod maximum expediendarum litium remedi- Jusjur. delatum

um vocatur, *l. 1. π. de jurej.* qvâ vel pactione litigantium, vel auctoritate judicis deciduntur controvetſiæ; priori modo *deferre jusjurandum* dicitur, & qvidem ad *totam* litem *decidendam*, ſive à petitore ad probandum agendi fundamentum, ſive à reo ad probandum fundamentum exceptionis. Atq; hæc deferendi facultas etiam extra judicium jure Romano competit, *l. 17. l. 28. §. 10. π. de jurej.* id qvod tamen à nobis non freqventatur. *Carpz. Proc. Civ. 11, 1, 1.* In judicio etiam poſt litem conteſtatam deferri poteſt, *l. generaliter. 12. pr. C. de reb. cred.* Jure Saxonico non niſi ante gvarandæ præſtationem aut litis conteſtationem, *Conſtit. Elect. Sax. 1, 11.* Ord. Jud. *1. 18.* Scilicet Jure Romano delatio jurisjurandi eſt modus libere tranſigendi de lite: Jure noſtro magis eſt ſuccenturiata probatio, qvâ hoc agitur, ut aut reus litem abjuret, aut relato jurejurando actoris juratæ affertioni ſtetur. *V. Exerc. ad π.* XXIII, *8.* Sed & de calumnia jurare debet actor deferens, atqve ſi reus *referre* malit, *l. 38. π. b. t.* utrumqve præſtare actor debet. Reus verò poteſt deferre usq; ad ſententiam, qva probatio aut reprobatio ipſi injuncta. Is cui defertur, differre id poteſt, ſi ſe offert ad probationem ejus, de qvo juramentum defertur, qvod vocatur das Gewiſſen mit Beweiß vertreten. ſi nihil probat, ad jusjurandum nihilominus admittitur. *Carpz. 1, 12. def. 18. ſeq. &* ſpecies *Proc. Civ. 11, 5.* De facto jurantis proprio ſoli conſcientiæ ejus committitur, nec referri potest,

eſt, ins Gewiſſen ſchieben. *Carpz. 1, 12. def. 40. & 1, 14. def. 10.* alienum factum notitiæ & credulitati, ins Gewiſſen Wiſſenſchafft und Wolbewuſt ſtellen. *Carpz. Proc. Civ. 11, 1, 160.* In *famoſis* rectius non admittitur jure noſtro, *J. Sax. Prov. 1, 15.* Carpz. *1, 12. def. 31.* V. Exerc. *ad π.* XXIII, *11.* nec in matrimonialibus ut eo diſſolvi poſſit, *Carpz. 2. def. Eccl. 233. & 3, 44.* Richt. *Dec. 8, 27.* Extra Electoratum Saxoniæ poteſt præſtari jusjurandum etiam per procuratorem, *l. 13. §. 13. π. de damn. inf.* cap. *fi. X. de juram. cal.* cap. *4. de procur. in. 6.* Ord. Cam. *1, 65.* Rec. Imp. *1654. §. 43.* Exerc. *ad π.* XXIII, *31, ſqq.* Univerſitatis nomine aut Collegii tres vel qvatuor ſeniores, aut qvi exactiorem rei notitiam habent. *Carpz. Proc. Civ. 11, 2, 47. ſq.* In Electoratu intra *octiduum* poſt rem judicatam offerre ſe juraturus debet & citationem impetrare ad videndum jurari, *Deciſ. Elect. Sax. 18.* Carpz. *Proc. 11, 3.* Atqve *heredes* juraturi de credulitate tantum jurant, *idem 11, 6.* De effectu præſtiti jurisjurandi Vid. ſupra *§. 11. de Action. & tit. 14. a. 3.* Exerc. *ad π.* XXIII, *43.* Hæc de prima jurisjurandi ſpecie, qvæ in locum probationis *deficientis* ſuccedit. In qvibus cauſis per qvem

XL. Seqvitur altera, qvæ probationi accedit in ſupplementum, ac proprie dicitur Juramentum *ſuppletorium*, qvod judex ex officio imponere poteſt ei, qvi ſemiplene probavit, *l. admonendi. 31. π. de jurej. l. generaliter 12. § 2. C. eod.* cap. *fi. X. eo.* Conſtit. *Elect. Sax. 1, 23.* Supplectorium.

Vmm. *ad Proc. D.* XVII, 5. & *D.* XVIII. Gail. *l. Obs. 108.* Carpz. *1, 23. def. 11. & 3. Resp. 57. & def. Eccl. 46. lib. 3.* Affine est huic jurijurando Juramentum purgationis, qvod circa probationem defensionis adversus dolum aut culpam, ut gravatus sese ab iis purget. Cui à judice imponitur si ne qvidem semiplena probatio, sed suspiciones tantum & indicia adsunt, *c. Mennam. 7. t. consuluisti. 20. can. 2. q. 4. t. ex tuarum.* X. *de purg. can.* cap. 2. X. *de purg. vulg.* Carpz. *Proc. Civ. 12, 2, 43. & 3, 13.*

Purgator.

XLI. Præterea datur & alia Jurisjurandi species, qvâ non lis ipsa, sed litis æstimatio intenditur, qvæ vocatur *Juramentum in litem* scilicet æstimandam, *t. π. & C. de in litem jurando.* qvod locum tum habet, qvoties adversarius *dolo* aut *culpa* fecit, qvo minus litem seu rem ipsam restituere non possit : licet enim tunc *petitori* ipsi rem æstimare juratò, qvam tamen summam judex moderari potest, *l. 5. § 2. π. de in lit.* Æstimatio porro dupliciter fit, si *dolo* aut contumacia restitutio fieri non potest, jus æstimandi ultra verum pretium concessum est, pœnæ loco, qvod *juramentum in litem affectionis* dicitur, *l. 5. h. t.* Item est, si *latâ culpâ* id factum, *l. 2. C. eo.* Sin culpa *levi*, ad verum pretium æstimatio concessa, qvod *Veritatis* juramentum vocatur, *l. 2. §. 1. π. eo.* Vsu fori nostri jus istud actoris magis ad arbitrium judicis restrictum est, *Carpz. 1, 23. def. 19. & Decis. 265, 10. de Proc. Civ. 12, 4.* Exerc. *ad π.* XXIII, 55. *seq.*

Juram. in litem.

XLII.

XLII. Contra Jure Teutonico & imprimis Saxonico jus æstimandi litem non actori, sed Reo concessit; ita, ut rem *mobilem* vi præsertim ablatam, qvæ restitui non potest, auctor æstimet qvidem, sed qvanti revera putet, & sine jurejurando, reus autem jus habet aliqvid de ista æstimatione jurejurando minuere, unde *Juramentum Minorationis* vocatur, *Vid. J. Sax. Prov. 3. a. 47. & 51.* H. Pist. *1. q. 16.* Exerc. *ad π.* XXIII, *58. seqq.* Juram. Minorat.

XLIII. Probatio per testes constat *articulorum probatorialium*, cum denominatione testium & directorio, exhibitione ab eo, cui probatio incumbit: ad qvos adversarius *Interrogatoria* conficit, tum *generalia* contra personas testium & earum habilitatem, tum *specialia*, ad causæ merita & certitudinem eorum fundamentalem, qvæ testes deposituri. Seqvitur deinde in termino testium *productio* & *juramentum*, præsentibus partibus, mox *examinatio* singulorum, semotis partibus, ad articulos & interrogatoria. Eadem ratio est *Reprobationis* adversarii. Examine finito *publicatio* fit attestationum, qvam in ordinario processu seqvuntur disputationes earundem, h. e. *Exceptiones* ejus contra qvem producti testes, contra eorum personas & dicta, vel etiam contra instrumenta, si qvæ producta. Vicissim à producente *Salvationes* testium & attestationum. Et ita circa Reprobationem similiter. *Conf. t. π. & C. de testib. t.* X. *eod.* Ord. *Cam. P. 1. t. 77.* Ord. Jud. *Elect. Sax.* De Testib.

t. de testib. & seqq. Vmm. *ad Proceſſ. D.* XVI. & XVIII, 5. Carpz. *de Proc. Civ.* 4, 13. Ruland. *de Commiſſar. l.* 5.

Qvi teſtes rejiciantur

XLIV. Exceptiones contra teſtium *perſonas* deſumuntur exinde, qvod qvidam ad teſtimonium dicendum non admittendi à judice, ut impuberes, *l.* 3. §. 5. *l.* 19. *π. de teſtib.* minores in criminalibus, *l.* 20. *cod.* infames, *d. l.* 3. §. 5. cap. *decernimus.* 8. *de ſent. excomm. in* 6. amici aut inimici, *d. l.* 3. *pr. h.* ubi officium judicis egregie inſtruitur. *Carpz.* 1, 16. *def.* 53. *ſeqq.* Teſtium *dicta* examinantur, anne ſint contraria *l.* 2. *π. h. c.* 3. §. *teſtium. cau.* 4. *q.* 2. vel varient, *l.* 16. *π. eo.* obſcura & ambigua, incertave, *l.* 21. *fi. eo.* cap. *cum clamore.* 53. X. *eo. c. praterea.* 27. X. *eo.* Qvidam etiam à teſtimonio dicendo excuſantur, ut Parentes & liberi, *l.* 6. *C. h. t.* cognati, *l.* 4. *ſq. π. eo.* Confeſſionarii, *Carpz.* 1, 16. *def.* 70. Advocati, *Berlich. D.* 101. Qvod ſi veritas aliter haberi neqvit, etiam inhabiles admittuntur, *Carpz.* 1, 16. *def.* 50. & 73. Vid. Manud. *ad Jpr. c.* V, 19. & Exerc. *ad π.* XXXV, 25. Pufend. *de J. Nat. l.* 5. *c.* 13, 9.

excuſentur

Ad perpet. rei memor.

XLV. Qvandoqve etiam extra proceſſum teſtes examinantur, qvod *in perpetuam rei memoriam* fieri dicitur, præſertim ſi teſtes ſunt ſenio confecti aut ob metum contagionis &c. *l. data. C. de donat.* cap. *qvoniam frequenter.* X. *ut lite non conteſt.* Ruland. *de Commiſſ. P.* 2. *lib.* 1. *per tot.* Publicatio vero teſtimoniorum non niſi

nisi suo tempore & ordine fieri solet. *Carpz. Proc. Civ. 13. art. ult. fi.*

XLVI. Probatio per *documenta* in omni processus genere locum habet, regulariter post responsionem aut Contestationem producuntur in originali, cum certa & apta inductione, noviter verò reperta etiam post conclusionem in causa, *Coler. Dec. 121.* Gail. *1. O. 101.* Carpz. *1, 3. def. 12.* Ea adversarius recognoscere aut juratò diffiteri tenetur, *cap. 3.* X. *de fidej.* Frider. *de Proceff. 2. ult.* Gail. *1. de P. P. 15,* Vmm. *ad Prax. D.* XVII, *24.* Carpz. *de Proc. Civ. 14, 2.* Plane contra instrumenta *publica* diffessio non admittitur, qvia plenam fidem merentur. *l. scripturas 11. C. qvi pot. in pign.* Carpz. *d. t. 14. 48.* Eadem cessat, si producens loco diffessionis juratæ mavult *per testes* recognitionem & probationem documenti fieri, *Ord. Jud. Elect. Sax. t. 25.* Carpz. *de Proc. Civ. 14, 66.* aut per *comparationem literarum* verificari, *l. comparationes. 20. C. de fid. instrum. & ibi Dd.* Carpz. *ib. n. 74.* Conf. *t. t. π. &. C. de fide instrument.* itemqve *t.* X. *eod.* De fide instrument.

XLVII. Probaturus per instrumenta, qvæ penes adversarium vel tertium sunt, petere eorum editionem potest, causâqve cognitâ editio imponitur, *t. t. π. & C. de edendo.* atqve *actori* regulariter, idqve sub pœna præclusionis seu denegandæ actionis, partiqve ad interesse tenetur; De edendo.

tur: *Reo* verò non nisi ex judicis arbitrio, ut si instrumenta sint communia, *l. 7. C. de edend. l. 5. π. fam. ercis.* aut veritas aliter haberi neqvit, *V. Carpz. de Proc. Civ. 14, 27. seqq.* Libri *mercatorum* rite conscripti semiplene probant, jurejurando probatione supplenda, *idem. ib. n. 51.* sq. aut unico teste, *n. 71.*

De præsumtion. XLVIII. Hæc de probationibus: à qvo onere sublevatur actor, si *præsumtionem* pro se habet. Præsumtio enim & ipsa species est probationis, qvæ vero JCtis probatio dicitur, & qvam hactenus exposuimus, est itidem species tantum, qvæ Dialecticis *Inartificialis* vocatur, & fit per *auctoritatem* vel testium, vel documentorum, vel ipsius partis ejusve conscienti. Præsumtio verò est probatio *artificialis*, nec tamen analytica, sed topica tantum, atqve *probabilis*, qvæ & aliâ fortiori præsumtione aut alia probationum specie elidi potest. Præsumtionum tria genera habentur: Primò Præsumtio juris & de jure alia est *Legis* seu LLatoriæ prudentiæ, qvæ jus condit juxta eæ qvæ ὅπι τὸ πλεῖστον, regulariter & ut plurimum fieri solent, *l. 3. seq. π. de LL.* itaqve qvum conjuges donando invicem deteriorem meliorem in paupertatem perducere soleant; LLator in universum donationes inter conjuges prohibuit. Hæc vulgo vocatur præsumtio *juris & de jure*, ejusqve vis est, ut probationem in contrarium non admittat, *l. 15. §. 3. π. de R. J. l. 23. C. ad SC. Vellej. l. ult.*

l. ult. C. arbitr. tut. Alia est *juris* tantum, uti vocant, hoc est, fundatur in *regula* aliqva juris, itaqve vim probandi per se habet, & onus contrarium probandi in adversarium rejicit, *l. 12. π. de prob. l. 16. C. eo.* Tertia est facti, qva judex ex facto aliqvo præsumit aliqvid, veluti ex oppositione exceptione dilatoriarum post peremtorias, animum calumniandi, qvæ præsumtio *hominis*, itemqve *levis* appellatur. *V. t. t. π. de prob. & præsumt. & t. X. 2, 23.* Alciat. *de Præsumt.* Menoch. *de præsumt.* Mascard. *de Probat.*

XLIX. Probatione penitus confectâ, litigantes renunciare tenentur ulterioribus deductionibus & disputationibus, & submittere causam sententiæ, qvod appellatur *conclusio causæ*, per *Auth. jubemus, de judic.* cap. *cum dilectus. 9. X. de fid. instrum.* cap. *postoralis. 5. X. de caus. poss. & propr.* Ord. *Cam. 3. 21. sqq.* Gail. *1. O. 107.* admittuntur tamen pro informatione judicis allegationes juris, responsa & consilia, adversario haud communicanda. *d. O. 107, 13.* Ord. *Jud. Elect. Sax. t. 29. fi.* Mascard. *de Probat, 2. concl. 925, 28.* Conclusio causæ

L. Fieri solet, ut judex non ipse sententiam ferat, sed à Prudentibus & Collegiis JCtorum eam petat, qvo casu *Inrotulatio* actorum reqviritur, ad qvam partes citantur ad videndum acta collationari, compleri, inrotulari & Inrotulatio.

obſignari. Solent qvoqve tum partes pr
ſtari contra unum alterumve collegium u
ſpectum, qvo fit ut eò non transmittat jud
cta. *Rennem. de Transmiſſ. actor.*

Sententia.

LI. Seqvitur tandem Sententiæ pro
gatio, qvâ controverſia coram judice hacte
ventilata deciditur, partibus ad hoc cit
Controverſiâ illa qvum ſit vel principalis,
emergens tantùm, itaqve & ſententia alia &
finitiva, alia *interlocutoria*. Effectus ejus

Res judicata.

obligatio & actio judicati & jus exeqvendi,
tamen non ſtatim à publicatione, ſed decer
elapſo ſeſe exſerit, & tunc res judicata voca
t. t. π. de re judicat. t. X. de ſent & re judic.
ſupra de off. jud. aph. X. *t. ſq.*

Leuteratio.

LII. Impugnatur ſententia cum e
ctu ſuſpendendi executionem per remedium
ſpenſivum, idqve vel intra decendium, ve
elapſo. Intra *decendium* vel in *eadem inſta*
ſive coram eodem judice, in foro qvidem
xonico per Leuterationem vel Oberieutera
nem, qvâ interpoſita, intra terminum Sa
nicum citatio ad proſecutionem eſt impetr
da, alioqvin pro deſerta habetur. Extra Sa

Supplicatio.

niæ Electoratum etiam per *Supplicationem* id
obtinetur. *Rec. Imp. 1600. §.* es ſoll aber den
terth. *Berlich. t. concl. 69.* aut ſaltem cautio a
ctore ante executionem, *Vmm. D. ult. ſi.*

LIII.

LIII. Secundò interponitur intra decendi- Appella-
um remedium etiam *devolutivum*, qvo devol- tio.
vitur causa ad aliam instantiam sive ad judicem proximè superiorem, qvæ *Appellatio* vocatur. Eâ apud judicem primæ instantiæ interposita, tenetur appellans intra mensem sive intra 30. dies apostolos petere ad judicem superiorem. His vel defertur appellationi, & vocantur *Reverentiales*, vel non defertur, qvi *Refutatorii* dicuntur, illi forma apertâ, hi clausâ expediuntur, *t. π. de libell. dimiss.* Potest etiam coram Notario & testibus appellatio interponi, & instrumentum desuper confectum judici à qvo insinuari; itemqve statim superior adiri & appellatio offerri, præsertim si inferior est suspectus, aut appellationem rejecit: nam & à rejectione appellari ita poterit. *Carpz. Proc. Civ. 18, 1.* Impetratis apostolis horum exhibitione *introduci* appellatio dicitur, qvod intra semestre spacium in Camera: intra mensem in foro Saxonico fieri debet, à die qvo dati sunt apostoli: simul verò supplicandum pro Inhibitione ad inferiorem judicem & pro citatione adversarii ad *justificationem* appellationis, qvæ justificatio intra annum, aut ex causa, intra biennium fieri debet: potest tamen adversarius & judex prævenire & angustiorem terminum præfigere. Cæteroqvin ea fit eodem procedendi ordine, qvo in priori instantia. *V. t. t. π. C. & X. de appellat.* Qvod si in termino appellans non justificat appellationem, *deserta* hæc est, & expensas refundit. Si

qvid

qvid interior interim in causa agit, nihil a
& de *Attentatis* appellanti tenetur, *t. π.*
innovar. Lancellot. *de Attentatis.* Si jude
perior sententiam prioris confirmat, rem
causam ejusqve executionem ad inferiorem
corrigit, sine remissione executio à super
mandatur. *Carpz. d. t. 18, 6.*

Revisio. LIV. Elapso decendio impugnatur e
ctus sententiæ & executio suspenditur in Ca
ra, aliisqve judiciis ubi receptum hoc est,
medio *Revisionis* intra ttimestre spatium,
Commissarios Imperatoris & Statutum Imp
ad id deputatos. *Ord. Cam. 3, 51. & 53. Rec.*
de an. 1600. §. 157. Instr. *Pac. Osnabr. Art.*
54. Rec. *Imp. 1654. §. 113. & 124.* Gail. *1. O.*
sq. Bender. *Tr. de Revis.* Vmm. *D. ult. n. 34.*

Nullitas. LV. Exceptione *nullitatis* qvoqve exe
tio suspenditur, *c. pastoralis. 28.* X. *de off.*
deleg. & ibi Gl. Gail. *1. O. 113.* vel qvoties in c
tinenti probâri potest, *Berlich. 1. concl. 16*
Carpz. *Proc. Civ. 19, 4.* Vmm. *D. ult. n. 36.*
modum vero actionis nullitatis qverela eti
post sententiæ executionem institui potest, in
XXX. annos, etiam coram superiore, *Gail. 1*
127. Ord. *Cam. 3, 34. §. 1.* J. Prov. *Sax. 1, 29.*
Electoratu Saxoniæ si non *processus*, sed ipsi
sententia à Collegio pronunciatæ nullitas alle
tur, intraterminum Saxonicum actio institu
da est, *Ord. Jud. Elect. Sax. t. 38.* Ord. C
Pr

Prov. Jen. c. 36. Carpz. *Proc. Civ. 193.* Vid. Rec. Imp. *1654. §. 121. sq.* & ibi Textor. *Disp. XI. 143. sq.* Vantius *Tr. d. Nullitatibus.*

LVI. Deniqve impugnatur sententia & res judicata intra qvadriennium per Restitutionem in integrum, qvæ supra *Tit. de Except.* exposita est; eaqve Jure Romano regulariter *suspendit* executionem, *l. un. C. in integr. rest. postul. ne qvid nov.* Vmm. *D. ult. n. 33.* secus usu fori, *c. suscitata. 6. X. de in integr. restit.* Lancellot. *de Attent. 2. 18, 75.* Carpz. *Proc. Civ. 19, fi.* Restit. in integr.

LVII. Reliqvum est, ut de officio judicis circa sententiæ executionem videamus. Vt verò actor sententiam dictam ad finem persequatur, *l. 15. §. 1. π. de re jud.* Jure Romano duo remedia sunt prodita, ordinarium, *actio judicati; l. 1. pr. π. qvæ sent. sine appell. rescind. t. C. de usur. rei jud.* extraordinarium, per officium Prætoris, captis pignoribus aut ipsa persona, & carcere, *l. si Prætor. 75. fi. π. de judic. l. si pignora. 50. π. de evict. l. 3. pr. π. ne vis fiat,* Oldend. *Cl. 1 Act. 12. adf. remed.* Nostro jure non per modum actionis ac novæ cognitionis aut sententiæ executio petitur, neqve regulariter pignoratione aut carcere, sed medio modo, ita ut judex imploretur rem judicatam exseqvi, & qvod exinde actori debetur, præstari facere: Vocatur *Processus executionis*, qvi à Processu executivo differt, qvod in executivo actio causæ Executio

prin-

principalis primùm proponitur, causa cog
scitur & sententiâ definitur: in executionis
ro processu duntaxat de re judicata qværi
de qva si judici ex Actis suis constat, aut
Remissoriales, vel *Executoriales*, vel etiam
qvisitoriales producto *sententiæ* documento
dimato, ut loqvuntur, in continenti doce
tenetur judex intra terminum legalem, *Ca*
Proc. Civ. 25, 3. & ordine legibus præscrip
l. à divo. 15. π. de re judic. Ord. *Judic. Elect.*
t. 39. procedere ad executionem: ipse verò
minus jurisdictionalis pecuniam executo
lem, Hülffsgelder/ accipit, officiales, spo
las, Hülffsgebühren. *Ord. Elect. Sax. Torg.*
von Feilbieten. *fi.* Carpz. *Dec. 272.* Ord.
Prov. supr. Lipsi. t. de Execut. Carpz. *Dec.*
& Proc. Civ. 25, 3. fi.

Immissio. LVIII. Ejus porro partes sunt ex parte
dicis *executio* speciatim dicta, *immissio*, *sta*
statis, & *adjudicatio*. Executio consistit
solenni, qvo actor in possessionem illius rei
qvam fieri executionem petit, worauff er
weiset/ per judicem mittitur, ad obtinend
jus in re seu pignus. *Ord. Jud. Elect. Sax. t. 4.*
Solennitates adhiberi solitæ, veluti exsectio
stuli ligni, aliæqve, variant. *Immissio* v
tribuit perceptionem fructuum jure cred
cum inhibitione ad debitorem, vel ex missi
ejus. Comparantur hi duo actus *Missio*
Juris Romani *ex primo & secundo decreto*, q

rum illo impetratum jum intrandi & custodiendi, hoc verò jus possidendi, *V. Besold. Thes. Pract. voc.* Anleitung. Gylman. *Symphor. T. 4. P. 1. vot. fi. n. 14.* Hahn. *ad Wesenbec. π. de damn. infect.* & Brunnem. *de Proc. Civ. c. ult. n. 4.* qvanqvam istæ missiones etiam ab initio processûs contra latitantes & contumaces reos locum habebant. *t. π. qvib. ex caus. in poss.* Exerc. *ad π.* XLV, *12.* Plane Jure Romano actus executionis & immissionis unus & idem est, *l. non est mirum. 26. §. 1. π. de pign. act.* Sed & extra Electoratum Saxoniæ unus est actus executionis & immissionis: deniqve & conveniri ita qvoqve speciatim non est prohibitum. Cæteroqvin evitari actus hic qvodammodo contumelioſus potest, si debitor in termino rem, in qvam exe. utionem actor petit, *cedit. in vim factæ executionis* & immissionis: qvemadmodum etiam universali bonorum cessione debitor se liberat à creditoribus, *t. t. π. de cessione bonor.* Sed & aliis exceptionibus solutionis, compensationis, non numeratæ pecuniæ, implementi non secuti & similibus in continenti liqvidis, *Carpz. Proc. Civ. 22, 3. & 25. 6, 48.* Exerc. *ad π.* XLVII, *15. append.* Cessio.

LIX. Si immissus solâ fructuum perceptione non vult contentus esse, qvum & moram faciat satisfactioni, & ad rationes reddendas ipse teneatur, neqve rem in solutum accipere velit, petere potest subhastationem rei, sive pigno- Subhastatio.

pignoris obtenti distractionem publicam
duplex est, generalis & specialis, qvarum
fit cum denominatione primi licitis: atqv
tam diu repetitur, donec ulterius nemo l
tur; habet tamen primus licitator hanc p
gativam, ut si velit eandem summam maj
solvere, ipsi adjudicatio fiat. *Exerc. ad π.* X
37. Philipp. *de Subhastat.* Etsi verò adju
Adjudicatio. Reluitio. tione dominium ad emtorem transfertur,
det tamen debitor jure reluendi intra bi
um ab emtore creditore, *l. fi. §. 3. C. de ju
min. impetr.* ab extraneo emtore nullo m
l. 5. §. 1. π. & l. 7. seq. l. 18. C. de distr. pign
usu fori intra annum, *Ord. Jud. Elect. Sax.*
Carpz. *Proc. Civ. 25. 4, 1.* Philipp. *de Subh.*
c. 4. 13. 16. & n. 47. sq. Mev. *ad J. Lubec. 3*
n. 60. itemqve Jure *Wurtenberg. Prov. P. 1.*
§. Doch soll der Schuldner. *ibi Lauterb.* qvo
etiam contra *extraneum* debitor gaudet.

Concurs. Credi-tor. LX. Concurrentibus pluribus credi
bus singulis respondere debitor tenetur ve
norum litisve curator de debiti veritate, &
ditores inter se de prioritate & prærog
jurium certant, atqve per sententiam dei
toriam secundum certas classes collocantu
π. qui potiores in pign. Carpz. *1, 28. def. 1. 2.*
Salgad. *Labyr. credit.* Petr. de Olea *de Cess.*
Qvod si duplicis generis creditores con
Separat. bonor. runt, veluti defuncti & heredis, Separatio
norum instituenda est, *t. π. & C. de Separat.*
Exerc, *ad π.* XLVI, 42.

Tit. Vltimvs.

De Publicis Judiciis.

48. 1. 1. 9. C. 1. sqq. 7. in 6. 1.

I.

HActenus de officio judicis in causis civilibus: restat, ut de eodem dispiciamus in causis criminalibus. Hîc duplex visio, una circa causas ipsas & crimina, altera circa modum procedendi criminaliter: magnam autem esse differentiam inter causas & processum criminalem & inter causas & processum civilem, ostendit Imperator: Connexio.

Pr.

Publica judicia neqve per actiones, impetratis formulis agendi & excipiendi, dátisqve judicibus aliisqve solennitatibus civilibus, *ordinantur*, sed per accusationes, inscriptiones, exhibitiones & custodias, qvæsliones & similes, *neqve omnino qvicqvam simile habent cum cæteris judiciis* civilibus privatis, *de qvibus locuti sumus: magnaqve diversitas eórum est & in instituendo, & in exercendo.* Publica judicia differ. à privatis.

I I. Qvod Imperator hîc absolute negat qvicqvam simile habere causas & processum criminalem cum civili, interpretandum est secundùm *regulam* qvæ *de interpretandi ratione*

Secundum qvid

traditur, Non rarò, præsertim in præcep
regulis tradendis aliqvid absolute & *simpli*
affirmari aut negari, qvæ tamen cum aliqv
strictione intelligenda sunt, & *secundum q*
atqve ex hypothesi. Itaqve diversissima
est judiciorum privatorum, sive rem sive e
pœnam privatam persequimur, qvâm publ
rum judiciorum, qvâ vindictam publicam
ercemus: præsertim respectu Processus cr
nalis ex Jure *Romano*, de qvo Justinianus
taxat loqvitur. Cæteroqvin qvatenus pers
tio & vindicta criminum in Jure naturali a
gentium in genere fundatur, etiam crimi
processus sive publicum judicium cum civi

& conveniunt

privato ea omnia habet communia, qvæ cu
vis judicii essentialia supra diximus, *t. præc*
25. sq. puta, criminis ad judicem delationer
sive implorationem de crimine: citation
responsionem: exceptionem: probation
sententiam & executionem. Sed & in e
convenientia, qvod etiam Processus crimi
est vel *ordinarius*, per modum accusationis
t. π. & C. de judic. publ. & de Accusat. vel
marius, per modum inqvisitionis & ex of
judicis. *l. 13. sq. π. de off. Præs. l. fi. π. de qv*
2. §. 6. π. ad. L. Jul. de adult.

Otdin. Proc. Crim.

III. Ordinarius processus criminali
nostro foro minus freqvens est qvàm Inqvi
rius, & multum præterea differt à Jure Ro
no, tum veteri, tum novo: illo partim per
sit

sitores ordinarios & judices ipsorum, partim à populo ipso in Comitiis judicia publica exercita; sed hic sub Impp. *in usu esse desiit, & extra ordinem*, h. est, apud qvemvis competentem magistratum, probantur, *l. 8. π. de publ. jud.* Hoc verò qvisqvis ille est, qvi crimen intendit, ipse præsens in judicium veniat, *l. 15. C. de accus.* nomen rei indicet in libello, qvi *Inscriptionis* vocatur, & simul in crimen subscribat, *l. 3. π. de accus.* atqve ad talionis pœnam sese obliget: inscriptionisqve vinculum accipiat, h. e. custodiæ similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione, patiatur, *l. ult. C. de accus. l. 19. C. Th. eo. l. 8. C. Th. eo.* conf. Budæ. *ad L. Corn. de Sicar.* D. Gothofr. *ad l. 8. π. de judic. publ.* Brisson. *lib. V. Formular.* At nostro in foro *Inscriptio* non est recepta, *Carpz. Decis. 223, 26.* atqve calumniator condemnari solet ad interesse & expensas, *idem Decis. 188.* qvare processus ordinarius criminalis hodie cum civili ordinario fere convenit, præterqvam qvod probatio etiam per torturam fiat, & incarceratio locum habeat. *Vid. Carpz. Qv. Crim.*

IV. Inqvisitorius processus duabus constat partibus, inqvisitione *generali* & speciali: illâ exqviritur veritas seu *corpus delicti*, qvod vocant, *l. 1. §. 24. π. ad SC. Sillan.* Const. *Crim. c. 6. & 8.* Carpz. *Dec. 197. & qvæst. crim. 108, 18. & qv. 119, 61.* Klock. *3. Consil. 196, 24.* & à qvo commissum, ut postmodum *specialis* contra hunc Inqvisitio duplex

hunc locum habeat, qvæ regulariter incipit incarceratione ſive citatione reali, exceptis vioribus cauſis, in qvibus aliàs inqviſitio loc invenit, non verò pœna corporalis, *l. 6. π accuſ. l. 9. §. 3. π. de off. Proconſ.* Gothof Bavo *Prax. Crim. §. captura. num. 8.* cau ſime judex agit, ut regulariter non niſi ad c ſultationem JCtorum ad ſpecialem inqv tionem & capturam procedat. De indi ad capturam ſufficientibus Vid Carpz. *Crim. 110.* Exerc. *ad π.* XLIX, *69.*

Examen. V. Incarceratus ſine mora examinand ad *articulos inqviſitionales*, qvos ex inqviſit nis generalis actis & teſtimoniis ſummariis dex extraxit: ſi omnes vel aliqvos negat, *te*

Confron tatio. *juratò* ad articulos interrogandi, & cum poſtmodum *confrontandi.* De hinc *Defe*

Defenſio reo intra certum terminum conceditur, & hanc perficiendam actorum perluſtratio ipſ advocato. *Ord. Crim. c. 47.* Carpz. *qv. cri 115.* Deniqve acta ad petendam ſententia Collegii Juridici transmittuntur.

Senten tia. VI. Reus ſive confeſſus ſive ſaltem co victus, condemnandus eſt, neqve confeſſio p torturam confirmata deſideranda eſt, *l. qvi ſe tentiam. 16. C. de pœn.* cau. *2. q. 1. can. 1.* Tabor. *de To tur. c. 5. §. 48. pag. 87.* Secus, de indiciis ſuſpicionibus purgare ſe reus tenetur, qv ſit pro cauſæ & circumſtantiarum qvalitat

V

vel per impositionem juramenti purgatorii, vel per torturam. Si indicia leviora sunt, qvàm ut alterutrum locum habeat, reus absolvendus est, & pro re nata in expensas condemnandus.

VII. Tortura sive qvæstio severa, *l. 10. C. de dignit.* juris qvidem gentium est, sed non universalis, nec enim Hebræorum nec Germanorum legibus ante receptum Jus Romanum reperitur, nec nisi circumspectè ea adjudicanda reo, ex gravioribus indiciis, qvàm qvæ ad capturam sufficiunt, *V. Colleg. Arg. de qvæst.* Carpz. *qv. crim. 120. sqq.* Tabor *ad Constit. Crim. cap. de Indiciis.* Sed & loco torturæ qvandoqve tantum *Territio* decernitur, qvæ porro duplex est vel nuda & *verbalis* vel realis, illâ carnifex cum instrumentis sistitur reo, & comminatur prehensionem ac torturam nisi confiteatur, non tamen apprehendit reum. Formula est: den Gefangenen dem Scharffrichter vorzustellen / und durch denselben / als solte und wolte er ihn angreiffen / iedoch aber unangegriffen / in güten befragen zu laßen. Realis conjuncta est cum leviusculis tormentorum præludiis usqve ad pollicum compressionem, das Vorstellen mit den Daumstöcken. qvandoqve additur, mit den Schnüren oder Banden den Anfang zu machen.

Tortura

Territio verbalis

realis

gradus torturæ tres

VIII. Tortura ipsa iterum tribus co
gradibus nostro in foro, *primus* est complen
tum summi in territione, nempe ut manus
niculis constringantur arctissime usqve ad
mit den Banden zuschnüren. Secundus
dus est violentæ ad scalam extensionis, u
Leuter gezogen und gespannet oder gefol
und die Spanischen Stiefeln oder D
schrauben angelegt. Formula: mit der Sch
se ziemlicher maßen oder weiße angreiffen
befragen zu lassen. Tertius deniqve est, ut
expansionem aliis tormentis, uti fas sit,
variant pro consvetudine regionis, v
adurendo cutem sulphure, inge, lumini
vel fabricæ ferreæ candescenti impone
modo ne vitæ periculum fiat. Formula
fistit in omissione verborum restrictivor
ziemlicher maßen. *Carpz. qv. crim. 117.*

Repetitio.

IX. Concesio per torturam ut vale
petenda est altero vel tertio die judicialiter
moto carnifice; & repetitam sententia de
va seqvitur. *Ord. Crim. c. 56.* Si revocatu
Interlocutoriam secunda aut tertia tortu
Revocatio. judicatur, & tunc repetitioni Notarius cu
stibus adhibetur, ut confessionis repeti
Instrumentum publicum redigatur; qvo
etsi postea iterum revocet, executio nihi
nus peragitur. *Carpz. qv. crim. 126.* Q
nunqvam extra torturam confessionem re
pœna extraordinaria dictatur. *ib. n. 73. sq.*

X

X. Atqve hæc de reo capto: qvod si vetò est fugitivus, tunc omnibus modis indagandus est, tum per literas, qvas vocamus Steckbrieffe ad vicinos, tum per citationes edictales trinas, *l. 1. §. 2. l. 4. π. de requir. reis.* Interim bona fugitivi annotantur, confecto inventario, & obsignantur, *vid. l. 7. C. de bon. proscript. l. ult. π. de requir. reis.* Constit. *Crim. c. 206.* ac processus proscriptionis atqve banni contra fugitivum peragitur à Procuratore Fisci. *J. Clar. lib. 5. Sent. §. fin. Qv. 44. 3.* Godofr. à Bavo *Prax. Crim. §. Contumax.* Wehner *Obs. voc.* Acht. Color. *Decis 108.* Carpz. *Qv. Crim. 135. & 140.* Richt. *de succes. ab intest. in fin.* Exerc. *ad π.* XXXIIX, *23. &* XLIX, *155. sqq.* Proscriptio fugitivi Bannum.

XI. Hæc de modo procedendi criminaliter: restat, ut de causis criminalibus ipsis dicamus seu judiciis publicis. Judicia publica

§. 1. 1.

Publica autem dicta sunt, qvod cuivis ex populo executio, h. e. accusatio & persecutio *eorum plerumq; datur*, paucis qvibusdam exceptis, veluti adulterii, *l. 30. C. ad L. Jul. de adult.* qvæ

Conf. *l. 8. usqve ad 13. π. de accusat.*

XII. Hæc divisio causarum in civiles & criminales seu judiciorum in privata & publica ex natura rei & gentium jure descendit, qvam & Græcorum Prudentes agnoverunt, qvomodo Plato *Lib.* XI. *de LL.* judicia in ἰδίᾳ *privata*, late dicta

& δημόσια καὶ κοινὰ publica vel communia c
vidit, itemqve Aristor. *6. Polit. 5.* & qvam Im
perator hîc seqvi videtur. Cæteroqvin in π
& stricte publicis & privatis judiciis distingvuntur extr
ordinaria crimina *t. t. π. de extraord. crim.*
temqve actiones populares, *t. t. π. de popula*
Extraordinaria crimina qvæ *action.* Itaqve sciendum, *extraordinaria cr*
mina sub publicis generatim comprehendi h
& usu fori nostri, nam etiam per modum acc
sationis & inscriptionis fiebant, nec tamen *p*
blica in specie dicebantur, *l. 3. π. de extraor*
crim. h. e. qvæ *pœnam* habent *ordinariam* à *le*
publica determinatam: sed extraordinaria, qvo
pœna extra ordinem *arbitrio* judicis determ
nanda esset, *l. 1. §. 1. π. de effract.* species ref
runtur titulis specialibus, generali subjecti
De *sepulcro violato*: De *concussione*: De *Abigei*
De *Prævaricatione*: De *Receptatoribus*: De *Fur*
bus balnearii: De *Effractoribus & Expilatoribu*
Expilatæ hereditatis: *Stellionatus*: De *Termi*
moto: De *Collegiis & Corporibus*. adde *l. fi. π.*
injur. qvæ subdivisio hodieqve usu fori obtin
Actiones populares *Exerc. ad π.* XLIX, *36.* Porro *actiones popul*
res dicuntur, qvæ suum jus populi tuentur, *l*
π. de popul. action. unde cuivis è populo comp
tunt, sed non est certa species, verum poti
qualitas qvædam & civilibus & criminalibu
causis *communis*; nam actio Prætoria de alb
corrupto, de dejectis & effusis, & aliæ ex inte
dictis sunt populares: Extraordinaria crim
num judicia qvædam sunt popularia, ut de S

pu

pulcro violato de Termino moto: publica verò ſpeciatim dicta pleraqve omnia, excepto adulterio: neqve penitus harum uſus à foro noſtro excluſus eſt, *Vid. Exerc. ad.* π. XLIX, 58.

XIII. Porro judicia publica in genere, ſive cauſæ criminales ex *differentia pœnarum publicarum* ſubdividuntur, ut enim pœnæ aliæ ſunt capitales, qvæ *vitam* adimunt aut *libertatem*, qvædam non capitales, qvæ *corpus* afficiunt; illud vel affligendo, ut fuſtigatio, amputatio digitorum &c. vel ex domicilio ſuo ejiciendo *ignominioſe* ut Relegatio: ita. III. Capitalia & non capit.

§. 2.

Publicorum judiciorum qvædam capitalia ſunt, qvædam non capitalia. Capitalia dicimus, qvæ ultimo ſupplicio afficiunt homines, vel etiam aqvæ & ignis interdictione, vel deportatione qvæ in iſtius locum ſucceſſerat, *l. 3.* π. *ad L. Jul. pecul. vel metallo*, qvippe qvibus libertas atqve civitas amittitur, *l. 8. §. 4. & 6.* π. *de pœn. Cætera, ſi qvam infamiam irrogant cum damno pecuniario*, confiscationis, adde aut corpus afficiunt, affligendo vel ejiciendo ignominioſe, *hæc publica qvidem ſunt; non tamen capitalia.*

XIV. Cauſæ itaqve criminales ſunt omnes, qvæ pœnam publicam perſeqvuntur, etſi non ſemper corporis afflictivam, qvæ communis Relegatio an ad cauſ. crim.

muni- eſt Dd. ſententia, *t. Clar. ſ. ſentent. §. q. 1.* Carpz. *Qv. Crim. 102, 28.* Itaqve Car V. in *Ord. Crim. c. 113.* ad cauſas crimina peinliche Sachen / etiam *relegationem* ref & Gl. *Jur. Sax. Prov. lib. 1. art. 59. §. 3.* G Anton. *apud Stephan. in Proœm. d. Ord. C* & apud Carpz. *de Qv. Crim. 102. n. 33. ſeqq.* qvidem diſſentiunt, ſed reſponſum in *Exer* π. XLIX, *62. ſeq.*

XV. Recenſet deniqve Imperator pra puas publicorum judiciorum ſpecies.

§. 3.

Crim. læſ. Maj. *Publica autem judicia hæc ſunt: Lex J Majeſtatis, qvæ in eos, qvi contra Imperatorem Rempubl. aliqvid moliti ſunt, ſuum vigorem tendit. Cujus pœna animæ amiſſionem ſuſt & memoria Rei etiam poſt mortem damnatur.*

Conf. *t. t.* π. *& C. ad L. Jul. Maj.* & p ſertim *L. qvisqvis. C. eo.* qvæ in C. Th. *l. 3. ad L. Cornel. de ſicar.* ad qvam illuſtr commentationem ſcripſit *J. Gothofr.* E dem renovavit Carol. IV. in *Aurea bulla* XXIV. Conf. *& t. C. de Seditioſis.* Carol. *Ord. Crim. c. 24. & c. 218.* extenditur ad Pr cipes & Status Imperii, *Carpz. Qv. Crim. 72. 89.* Vid. Jus Sax. *Prov. l. 2. Art. 13.* Tre *2. D. 32. 1. K.* De receptatoribus ho

um publicorum *Vid. l. Mercatorum. 40. π. de pœn.*

XVI. Vocatur hæc species *Perduellio*, qvâ ipse status Reipubl. impetitur: à qva differt *simplex* Majestatis læsio, non statum sed personam Principis offendens, sive re sive verbis, de qva Modestinus: *nec lubricum lingvæ ad pœnam facile trahendum. l. 7. §. 3. π. h. t.* sed *arbitrarie* punitur. Conf. *t. C. si qvis Imp. maled.* Carpz. *qv. crim. 41.*

XVII. Divinæ Majestatis læsio vocatur *Blasphemia*, cujus pœna regulariter capitalis, *Levit.* XXIV, *13. & Num.* IV. Novell. *77.* Constit. *Crim. c. 106.* Ord. *Pol. Imp. de anno 1548. & 1577. t. 1.* Rec. Imp. *1495.* Constit. *Elect. Sax. 4, 1.* Edict. *Torgav. h. t.* Decis. *Elect. Sax. 75.* J. Clar. §. *Blasphemia.* Carpz. *qv. crim. 45.* Huc etiam *Perjurii* crimen referunt, cujus pœna arbitraria, *Carpz. qv. crim. 46.* item *pacti cum diabolo* expressi, *idem qv. crim. 49.* aut etiam taciti, *Ord. Crim. art. 149.* Carpz. *4, 2. def. 2. seqq.* Blasphemiæ. Perjurii.

§. 4.

Item Lex Julia de adulteriis cöercendis: qvæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio p unit. Adulterii

XVIII.

XVIII. Non qvidem L. Julia prim
Cujac. 6. O. 11. & 21. O. 17. seqq. J. Gothofr.
4. C. Th. qvor. appell. non recip. Tabor. *de*
tur. c. 5, 13. Sed ab Alexandro itemqve
stantino emendata, *l. 9. C. h. t. l. 30. C. eo,* q
Justinianus *Novell. 134. c. 10.* qvoad muli
adulteram emollivit. Conf. *Ord. Crim. c.*
Jus Sax. *Prov. 2, 13.* Pingiz. *Qv. 45.* Constit.
Sax. 4, 19. Richt. *Dec. 88, 89.* Atqve h
uterqve est conjux, qvod *adulterium duplex*
catur, Ober-Hurerey. Secundò *soluta*
mina cum marito flagitium committit, Jure
mano adulterium non habetur, sed stupru
l. 6. §. 1. π. h. t. l. 18. C. eo. Sed Jure nat
& Canonico & hæc adulterii species est, *cau*
qv. 4. c. 4. & 11. qv. 5. c. 15. Gœdd. *ad l. stup*
101. π. de V. S. qvo jure utimur: sed pœna
est capitalis, maritus fustigatione, fœmina
cere vel temporali relegatione punitur, C
Dec. 176. in Electoratu Saxonico maritus gla
mulier fustigatione. *d. Constit. 19.* Sed & re
sio conjugis innocentis pœnam mitigat adu
ro & in relegationem perpetuam commuta
Carpz. Decis. 180. ita tamen ut intercedens
maritum seqvatur; sed & conditionalis in
cessio pro pura habetur, *Carpz. qv. crim. 55*
Tertiò si nupta cum soluto adulterium com
tit, pœna eadem est, qvæ in primo casu, se
tercessio mariti & hîc locum habet. *Cole*
Dec. 176, 6. Pingiz. *q. 57. 25.* Carpz. *qv. crim*
45. Ge. Schulz. *h.* Exerc. *ad π.* XLIX, *94.*

D

Deniqve præter judicium publicum de adulterio datur etiam *actio civilis de divortio, t. t. π. & C. de divort. & repud.* itemqve *soluto matrim. dos qvemadm. petatur.* Carpz. *qv. crim. 63.* Porro *Bigamiæ* crimen, & *Incestus* in linea recta, capitaliter puniuntur, *Ord. Crim. c. 121.* Carpz. *qv. 66. & 72. seq.* itemqve *Lenocinia* parentum & maritorum. *Ord. Crim. c. 122. seq.* Const. *Elect. Sax. 4, 29.*

Sed & eos, qvi cum masculis nefandam libidinem exercere audent.

Qvod Sodomiæ crimen nobis dicitur. Sodomia
Conf. *Ord. Crim. c. 116.* Constit. *Elect. Sax. 4, 25.* Color. *Decis. 187.* Carpz. *qv. crim. 76.*

Sed eadem Lege Julia etiam stupri flagitium Stuprum
punitur, qvum qvis sine vi vel virginem vel viduam honestè viventem stupraverit. Pœnam autem eadem Lex irrogat stupratoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: si humiles, corporis cöercitionem cum relegatione.

Atqve hoc de *voluntario* stupro: at si *sol-* qvotu-
licitationibus & pretio impetratum, etiam gladio plex.
stuprator punitur, *l. 1. §. 2. π. de extraord. crim.* Jure Canonico & usu fori indistincte stuprator stupratam dotare, & infantem alere, aut uxorem ducere tenetur, uterqve carcere aut mulctâ & censurâ ecclesiastica punitur. *cap. 2. X. de adult. & stupr.*

& stupr. cap. *5. X. de eo qui dux. in matrim.* C
stit. *Elect. Sax. 4. 28.* Carpz. *qv. crim. 68.* Ri
Dec. 88. Fornicatio verò seu *publica* prost
tio relegatione perpetua plectitur, *d. Constit.*
Carpz. *qv. crim. 80.* Denique *violentum*
prum gladio punitur, *Ord. Crim. c. 119.* J. Pr
Sax. 2, 13. Constit. *Elect. Sax. 4. 31.* Coler.
176, 105. infra *aph.* XXVI.

§. 5.

Homicid. *Item Lex Cornelia de sicariis, quæ homici*
ultore ferro persequitur, vel eos, qui hominis o
dendi causa cum telo ambulant. Telum au
(ut Cajus noster ex interpretatione legum duo
cim tabularum scriptum reliquit) vulgo qui
id appellatur, quod arcu mittitur, sed & n
omne significat, quod manu cujusque jacitur. Sec
tur ergo, ut lignum, & lapis, & ferrum hoc nom
contineantur: dictum ab eo, quod in longinqu
mittitur, à Græca voce ἠλῶ *figuratum. E*
hanc significationem invenire possumus & in Gr
nomine: nam quod nos telum appellamus,
βέλος *appellant:* ἀπὸ τῦ βάλλειν. *Adm*
nos Xenophon, nam ita scribit: καὶ τὰ β
ὁμῶς ἐφέρετο, λόγχαι, ξοξεύματα, σφενδ
πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. *i. e. Et hujusmodi tela*
minus ab eis ferebantur, lanceæ, spicula, fun
plurimi autem & lapides. Sicarii autem ap
lantur à sicâ, quod significat ferreum cultru
Eadem lege & venefici capite damnantur, qui
i

tibus odiosis, tam venenis, qvàm susurris magicis, homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint.

Conf. *t. π. an L. Cornel. de sicar. & venefic.* & *t. t. C. ad L. Cornel. de sicar.* itemqve *t. C. de maleficis & mathemat.* Dist. 50. *Can. 25. q. 5.* X. *de homicid.* J. Divin. *Genes.* IX, *5. Prov. 28, 17.* Exerc. *ad π.* XLIX, *112. seqq.* Cæteroqvin textus hîc corruptus, qvem Ant. August. 4. Emend. 5. ita restituit: *Admonet nos* Xenophon. &c. qvi ita scribit lib. 5. *ἀναβάσεως.*

XIX. Restringenda est pœna capitalis ad homicidium proprie dictum, qvod *dolosum* vocant, cui opponitur *culposum, fortuitum*, & *necessarium, V. supra lib. IV, 1, 2.* adde & *tumultuarium.* Doloſum seu voluntarium est, qvod qvis non tantum animo *occidendi* in specie, sed & in genere animo *nocendi* perpetrat, ut ex ratione *l. 1. C. h. t.* apparet, *crimen*, inqvit, *contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat.* Conf. *Numer. 35, 16.* Carpz. *qv. crim. 6.* Brunnem. *ad l. 1. π. h. t.* Exerc. *ad π.* XLIX, *119.* Species homicidii est, qvo qvis alium mercede conducit ut alterum interficiat, qvod *Assassinium* appellant, & conductus dicitur *Assassinus*, qvi *rotâ* punitur, *Carpz. qv. crim. 19.* mandans seu *Assassinator* gladio, *ibid.* Homicidio etiam accedit qvandoqve rapina, & *Latrocinium* dicitur, cujus

qvotuplex

doloſum

qvod

latrocinium

jus pœna itidem rota, *Ord. Crim. 122. c* Carpz. *qv. crim. 22. seq.*

Culposum

XX. *Culposum* ex negligentia sine ar nocendi committitur, & arbitrarie punitur culpæ gradu, *l. 4. §. 1. π. h. t.* Ord. *Crim. c* Carpz. *qv. crim. 27.* Exerc. *ad π.* XLIX, *124.* diversa præjudicia. Casuale vero seu *fo* *tum* nulla accedente culpa à pœna immune *Carpz. d. qv. 27, 50. seq.* In *tumultuario* in ciendum est, utrum omnes deliberato an nocendi aggressi fuerint, tunc si occisor ign tur, omnes capitaliter puniuntur, *l. 1. §. 3.* *π. h. t.* Ord. *Crim. c. 148.* Consult. *Sax. 1,* Sin animum istum non habuerunt, arbitr puniuntur, *l. fi. π. h. t. l. 5 π. de pœn.* Ord. *C* *c. 148.* Const. *Elect. Sax. 4, 7.* Ge. Schulz. Deniqve *necessarium* propter defensionem moderamine inculpatæ tutelæ contra injus aggressorem in continenti, qvum facultas e giendi non esset, factum, à pœnâ immune Jure naturali & civili, *l. 2. sqq. C. h. t.* Ord. *Cr* *c. 139.* Carpz *qv. crim. 33.* H. Grot. *J. B.* S. Pufend. *de J. N. 2, 5, 14.*

Fortuitum

Tumultuar.

Necessar.

Venefi-cium.

XXI. Crimen *veneficii* est species hom dii dolosi, non vi, sed arte venefică, sive natu li sive magică procurati: unde & ipsa ars artis professio & horum mediorum exhibitio dem æqviparatur Lege Cornelià. Conf. *C* *Crim. c. 130. & c. 34.* J. Sax. *Prov. 2, 13.* Con

El

Elect. Sax. 4, 18. nece tamen non secutâ usu fori arbitraria pœna locum habet, *Pingiz. Qv. 14.* Coler. *Dec. 176.* Qvemadmodum & Incantatio sine noxa arbitrariè punitur, *Ord. Crim. c. 109.* nisi accesserit pactum cum diabolo, tunc vivicomburium locum habet, *J. Sax. 1, 13.* Const. *Elect. Sax. 4, 2.* Coler. *Dec. 180.* Vid. Exerc. *ad π.* XLIX, *126.*

§. 6.

Alia deinde Lex asperrimum crimen nova pœna persequitur, quæ Pompeja de Parricidiis vocatur: quâ cavetur, ut si quis Parentis filii, aut omnino adfinitatis ejus, quæ nuncupatione Parentum continetur, fata præparaverit, sive clam, sive palam id ausus fuerit: nec non is, cujus dolo malo id factum est, vel conscius criminis exstitit, licet extraneus sit, pœna parricidii puniatur, & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii solenni pœnæ subjiciatur, sed insutus culleo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, secundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione vel affinitate personas conjunctas necaverit, pœnam Legis Corneliæ de Sicariis sustinebit. Parricidium.

Conf. *t. π. de L. Pomp. de parricid.* t. C
de his qvi par. vel. lib. occid. Ord. *Crim. c*
& 137. Conſtit. *Elect. Sax. 4,3.*

Pœna duplex L. Corn. & Pomp. de partic.

XXII. Duplex pœna parricidii more Ma
apud Romanos introducta, & à Cornelio S
confirmata, diverſis qvæſtionibus publicis
ſtitutis, de *Parricidiis* & de *Sicariis*, *l. 2.* §
de O. J. qvas qvidem Lex Pompeja ad una
Corneliæ de ſicarii pœnam reduxit, teſte
ciano, *l. 1. h. t.* Sed mox pœna L. Corneli
parricidiis recepta fuit, & ab Hadriano dec
ta, ſi mare vel amnis non adeſſet, *l. pen. π.*
Pom. de parric retentâ tamen cæteroqvin
Pompejâ in reliqvis capitibus. Itaqve pr
in conſangvinitate qvi Parentum & libero
locum obtinent in linea recta pœnâ *cullei* p
ti, *l. pen. pr. π. h.* pariter & in affinitate, v
qvi novercæ venenum præparavit, *Apul. X.*
tam. deniqve & conſcios hujus criminis eâ
pœnâ affecerunt, *l. 6. π. h.* Fuit autem *cu*
ſaccus coriaceus picatusq;, qvo vina conti
ſolebant, qvare hac pœnâ aqvâ non ſuffocat
& hujus elementi uſu vivus careret, nec ullâ
ſolenni h. e. ordinaria & conſveta pœnâ affic
tur. Reliqvas perſonas cognatas vel affi
itemqve conjugem interficiens ſimplici L. C
neliæ de Sicariis pœna capitali metalli
etiam ultimi ſupplicii affectus, *d. l. pen.*
π. h. t.

XX

XXIII. At nostro Jure parricidium patratum in lineâ rectâ consangvinitatis & affinitatis cullei qvidem pœnam meretur, non tamen istam veteris cullei, sed *suffocationem* in sacco linteo cum iisdem bestiis carnivoris, aut loco simiæ, *fele* aut vipera etiam *pictâ*: ubi autem aqvæ penuria est, pœna *Rotæ* substituitur. *Ord. Crim. c. 131.* Constit. *Elect. Sax. 4, 3. & ibi Moller. & Carpz.* Color. *Dec. 157.* Pingiz. *Qv. 44.* Coppen. *Obs. 2, 131.* sed & exasperari pœna potest, *Ord. Crim. d. c. 131.* Const. *Elect. Sax. d. l.* Jac. Schult. *add. ad Color. d. l.* J. Hod. in linea recta

Expositio infantis in locum semotum eadem pœnâ plectitur, aliàs fustigatione, *Coler. Dec. 158. & ibi Schultes.* Wesenb. *π. ad L. Cornel. de sicar. n. 14.* Deniq; *abortus* procuratio partus animati, pœnâ L. Corneliæ de Sicariis, inanimati arbitrariâ punitur, *l. 4. π. de extraord. crim. l. 20. π. ad l. Corn. de Sicar. l. 39. π. de pœn. l. 8. C. ad l. Corn. de Sicar.* Ord. *Crim. c. 133.* Const. *Elect. Sax. 4, 4.* Theod. *D. 7, 7.* Carpz. *qv. crim. 8.* Exerc. *ad π.* XLIX, *127. seqq.* Expositio. Abortus

XXIV. In linea vero collaterali consangvinitatis ut & in affinitate, qvorsum & conjugum nex refertur, est pœna gladii, postqvam rei forcipibus ignitis adusti, aut trahâ ad locum supplicii raptati. *Ord. Crim. c. 137.* Constit. *Elect. Sax. 4, 3.* Sed jure Saxonico nex conjugis ordinaria cullei pœnâ vindicatur. *Consult. Sax. 2, 4, 46.* Wesenb. *π. b. t. d.* Constit. *Elect. 4, 3.* Collaterali

§. 7.

Falsi crimen. *Item Lex Cornelia de falsis, quæ etiam mentaria*, à primaria falsi specie, *vocatur nam irrogat ei, qui testamentum vel aliud i mentum falsum scripserit, signaverit, recita subjecerit: vel signum adulterinum fecerit pserit, expresserit sciens dolo malo. Ejusq gis pœna in servos ultimum supplicium est, qu iam in Lege de sicariis & veneficis servatur*, a ex his Superiora §. 5. supplenda: *in liberos deportatio.*

Conf. *t. π. & C. ad L. Corn. de falsis. 5. Sent. 25. X. 5, 20.* Ord. *Crim. c. III. &* J. Sax. *2, 13. & 26.*

J. Hod. XXV. Falsificationis dolosæ hodi pœna regulariter est fustigatio, *Carpz. qu. 93, 24.* ita tamen ut multum arbitrio judicis tanta hujus criminis diversitate sit relictu *Ord. Crim. c. 112.* Exerc. *ad π.* XLIX, *132.* Plane *Monetæ* falsificatio est capitalis, *l. 2. C. falsi. mon.* Ord. Crim. *d. c. III.* Carpz. *crim. 42.*

§. 8.

Vis publ. aut privata. *Item Lex Julia de vi publica, seu privat adversus eos exoritur, qui vim vel armatum sine armis commiserint. Sed si quidem armat arguatur, deportatio ei ex lege Julia de vi pub irrogatur. si verò sine armis, in tertiam par*

bo

bonorum suorum publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus, tunc & raptores, & ii qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis definitionem, ex qua hoc apertius possibile est scire. l. un C. de raptu virg.

Conf. *t. π. & C. de vi publica. & de vi privata. & t. C. de rapt. virgin. t. C. de Seditiosis.*
Ord. *Crim. c. 127.*

XXVI. Vis publica & privata & natura suâ & diversa legislatione, & diversis in *π.* titulis differunt, sed qva ratione non conveniunt Dd. qvorum opiniones excussæ *Exerc. ad π.* XLIX, *109.* Communis & verior est sententia, qvod differant *Modo*, qvi vel *armis*, vel sine armis procedit, *Vid. l. 5. π. ad L. Jul. de vi publ.* plane præter hanc speciem primariam etiam aliæ species violentiæ sine armis ad vim publicam, propter gravitatem suam & pœnæ æqvalitatem, & qvod arma in subsidium peti in his soleant, Lege expressâ referuntur, veluti *stuprum violentum*, de qvo supra *aph.* XVIII. *fi.* itemqve *Raptus mulierum*: abusus *potestatis publicæ*: novorum *vectigalium* institutio & similia. Reliqva vis non armata ad vim *privatam* pertinet. Plane & hîc & in utroqve Codice, & jam tum in Pauli sententiarum libris uno titulo de utraqve vi tractatur, idemqve Carpzov. secutus est *Qv.* Differentia utriusqj

Crim. 40. præsertim cum hodie *arbitraria* na locum invenire dicatur utrobiqve C *Sim. de Leuwen Cens. For. 5, 22.* Præter Juc um publicum ex L. Julia, datur in specie in Fractæ pacis Teutonico Accusatio de *fracta pace pub* ex Constitutione Maximiliani I. in Com Wormatiensibus 1495. Vid. *Gail. de Pa publ.* pœna gladii aut banni consti est.

Raptus virginum. XXVII. Raptus qvoqve virginum viduarum, sicut stuprum violentum, pœna dii punitur, ex Constitutione Justiniani, geminata exstat, *l. 54. de Episc. & Cler.* nec n *un. de rapt. virg.* Ord. *Crim. c. 118.* Carpz. *Crim. 75.* Coler. *Dec. 176, 105. seqq.*

§. 9.

Peculatus. *Item Lex Julia peculatus eos punit, qvi blicam pecuniam, vel rem sacram, vel religio furati fuerint. Sed, si qvidem ipsi judices pore administrationis publicas pecunias subtr rint, capitali animadversione puniuntur, & solum vi, sed etiam qvi ministerium eis ad exhibuerint, vel qvi subtractas ab his sciente scceperint. Alii vero, qvi in hanc legem in rint, pœna deportationis subjugentur.*

Conf. *t. t. π. ad L. Jul. peculatus & d crilegiis.* t. C. *de crim. peculatus.* & t. *se*

de crim. sacrilegii. Ord. *Crim. c. 170. sq.* Const. *Elect. Sax. 4, 41.*

XXVIII. Peculatus crimen fit à magistra- qvid
tu tempore administrationis abusu potestatis publicæ; qvomodo differt à crimine de residuis, qvod & ipsum fit tempore administrationis, sed ab officiali aut Rationario, cujus periculo pecunia publica est, *l. 9. §. 2. π. h. t.* & qvi rationes administrationis reddit, Rechnungs-Führer. Pœna criminis peculatus tam qvoad Magistratus ipsos, qvàm adjutores est pœna capitalis, *l. un. C. de crim. pecul. l. 1. C. Th. eo.* nisi sit persona illustris aut honestiore loco nata, tunc deportatio competit, *arg. l. 6. pr. l. 3. π. h. t.* qvæ & in aliis, qvi in hanc legem inciderint, locum habet, veluti conscii criminis. Hodie pœna furti, h. e. laqvens competit, *Dambaud. Prax. Crim. c. 27. 3.* Carpz. *4, 41. def. 1. seqq.*

XXIX. Sacrilegium à Peculatu differt ob- Sacrile-
jecto, re sacra vel ecclesiastica: sed & pœna, gium.
qvod extra ordinem puniendum Constitutionibus cautum, *l. 4. §. 2. π. h. t. l. 6. eo. l. 11. §. 1. eo.* Ord. *Crim. c. 171. seqq.* etsi antea pœna ordinaria capitalis fuerit, qvam Imp. hic secutus. Jure Sax. *l. 2. A. 13.* pœna *rotæ* constituta, *Coler. Dec. 152.* Theodoric. *D. 9, 4.* Carpz. *Qu. Crim. 89.*

§. 10.

Plagium. *Est inter publica judicia Lex Fabia de P giariis, quæ interdum capitis pœnam ex sacris C stitutionibus irrogat, interdum leviorem.*

Conf. *t. π. & C. ad L. Fab. de plag.* Ex XXI, *17.* Deuter. XXIV, *7.* cap. *1. X. de fu* Constit. *de Pace publ.*

XXX. Plagii pœna Lege Fabia fuit pe niaria, *l. 12. π. de manumiss. l. 6. C. h. t.* pos *extraordinaria* obtinuit, *Paulus in Collat. LL. M saic. & Rom. t. 14. l. 7. C. h. t.* Hodie ordina reddita eaqve capitalis, *l. fi. C. eo. l. un. C. Th.* Capitul. *Francor, 6, 9.* Gl. *J. Sax. 1. 16, 9.* Car *qv. crim. 83, 89.* Heig. *2. q. 32.*

§. 11.

Sunt præterea publica judicia, Lex Juli

Ambitus *ambitu: Lex Julia repetundarum: & Lex Ju de annona: & Lex Julia de residuis, quæ de ce capitulis loquuntur, & animæ quidem amissio non irrogant: aliis autem pœnis eos subjiciunt, præcepta earum neglexerint.*

Conf. *t. π. de L. Julia ambitus. t. C. L. Jul. de ambitu.* Dist. *61. F. X. de monia.*

XXXI Ambitus crimen est, qvo non v tute, sed pecunia & largitione similive mo

il

illegitimo honores & officia publica à populo, aut qvi eum repræsentat, eorumqve suffragiis qværuntur. pœna varia fuit, remotionis, pecuniaria, infamiæ, ut ostensum *Exerc. ad π.* XLIX, *144.* donec Arcadius Imp. deportationem constituit, *l. 1. C. Th. h. t.* Hodie *arbitraria* habetur, *Theodoric. D. ult. 3.* Gisebert *hic.*

XXXII. Repetundarum crimen est, qvo qvis in officio publico aliqvid accipit, qvo magis minusve officium faciat, qvod facere absqve corruptione tenetur. In qvod variæ pœnæ statutæ, ut in *Exerc. ad π.* XLIX, *139. sq.* expositum, Justinianus autem reduxit pœnam ordinariam Qvadrupli & ordinis amissionem, *l. 4. C. h.* Conf. *t. π. de L. Jul. repet.* & *C. ad L. Jul. repet.* Novell. *124. c. 2.* Hodie arbitraria iterum facta, *Carpz. Qv. Crim. 93, 53. sq.* Repetundar.

XXXIII. Crimen fraudatæ *annonæ* est qvo qvid qvis facit, ut annona publica carior fiat in publicum detrimentum civitatis. Qvod *Dardanarii* maxime attentant, *vid. l. 6. π. de extraord. crim.* & *t. t. π. de L. Jul. de annona.* Ord. *Pol. Imp. 1577. t. de monopol.* J. Sax. *Municip. c. 19.* Pœna itaqve arbitraria est, *H. Grot. de J. B. 2. 12, 16.* Dn. Struv. *Dissert. de Annona.* De annona. Dardanarii.

XXXIV. Crimen residuorum est, qvo administrator rationarius pecuniam publicam in rationes non retulit, in proprium usum con- Residuorum.

versam, *supra aph.* XXVIII pœna L. Juliæ
summam debitam restitueret, & præter
tiam ejus partem. *Vid. t. t. π. ad L. Jul. p*
de resid. Hodie arbitrarie punitur, *arg.*
Crim. c. 170. Coler. *Decis. 212.* Pingiz. *qv*
lector Saxoniæ *P. 4. Constit. 41.* certos hu
licti gradus distinxit & cuiqve suam p
constituit. *Carpz. qv. crim. 85.*

§. ult.

Conclusio. *Sed de publicis judiciis hæc exposuis*
vobis possibile sit summo digito & qvasi p
cem ea tetigisse: alioqvi diligentior eorum
vobis ex latioribus Digestorum seu Pande
libris DEO propitio adventura est.

Incendiarius. XXXV. Neqve nos aliqvid addim
si qvod in π. non apparet *Incendiarior*
men, qvo dolo malo prædiis, pago au
incendium infertur, aut materia saltem
ta deprehenditur. Pœna est talionis
comburii. *Ord. Crim. c. 121.* Carpz. *qv.*
sqq. qvanqvam posteriore casu, si damn
secutum, pœna extraordinaria locum
Color. Decis. 186. Sicut & incendii cul
qvo *l. 3. §. 1. π. de præfect. vigil.* Dec
Sax. 79. Exerc. *ad π. V. 10.*

XXXVI. Cæteroqvin ut animus a
ra Digestorum Codicisqve volumina

paratior accedat, tria subjicimus, utrumqve Digestorum titulum & de verborum significatione & de regulis juris; ac deniqve seriem & harmoniam omnium titulorum Digestorum & harum institutionum pleniorum; unde & hoc apparebit, plerorumqve titulorum semina in his latere, ut meritò *totius* legitimæ scientiæ prima elementa appellari possint, & prægustu qvodam cupidæ legum juventuti excitato ac salivâ svavius motâ, reliqvum Juris Romani pelagus absqve nausea fastidiove, majori cum commodo, viaqve compendiosiore, cœlesti favore ac fideli manuductore facilè superari poterit.

SOLI DEO GLORIA.

jus pœna itidem rota, *Ord. Crim. 122. c* Carpz. *qv. crim. 22. seq.*

Culposum

XX. *Culposum* ex negligentia sine ar nocendi committitur, & arbitrarie punitur culpæ gradu, *l. 4. §. 1. π. h. t.* Ord. *Crim. c* Carpz. *qp. crim. 27.* Exerc. *ad π.* XLIX, *124.*

Fortuitum

diversa præjudicia. Casuale vero seu *fo tum* nulla accedente culpa à pœna immune

Tumultuar.

Carpz. d. qp. 27, 50. seq. In *tumultuario* in ciendum est, utrum omnes deliberato an nocendi aggressi fuerint, tunc si occisor ign tur, omnes capitaliter puniuntur, *l. 1. §. 3. π. h. t.* Ord. *Crim. c. 148.* Consult. *Sax. 1, 4* Sin animum istum non habuerunt, arbitr puniuntur, *l. fi. π. h. t. l. 5 π. de pœn.* Ord. *C c. 148.* Const. *Elect. Sax. 4, 7.* Ge. Schulz.

Necessar.

Deniqve *necessarium* propter defensionem moderamine inculpatæ tutelæ contra injus aggressorem in continenti, qvum facultas e giendi non esset, factum, à pœna immune Jure naturali & civili, *l. 2. sqq. C. h. t.* Ord. *Cr c. 139.* Carpz *qv. crim. 33.* H. Grot. *J. B.* S. Pufend. *de J. N. 2, 5, 14.*

Venefi-cium.

XXI. Crimen *veneficii* est species hom dii dolosi, non vi, sed arte venefica, sive natu li sive magica procurati: unde & ipsa ars artis professio & horum mediorum exhibitio dem æqviparatur Lege Cornelia. Conf. *C Crim. c. 130. & c. 34.* J. Sax. *Prov. 2, 13.* Con

E

Elect. Sax. 4, 18. nece tamen non secutâ usu fori arbitraria pœna locum habet, *Pingiz. Qv. 14.* Coler. *Dec. 176.* Qvemadmodum & Incantatio sine noxa arbitrariè punitur, *Ord. Crim. c. 109.* nisi accesserit pactum cum diabolo, tunc vivicomburium locum habet, *J. Sax. 1, 13.* Const. *Elect. Sax. 4, 2.* Coler. *Dec. 180.* Vid. Exerc. *ad π.* XLIX, *126.*

§. 6.

Alia deinde Lex asperrimum crimen nova pœna persequitur, quæ Pompeja de Parricidiis vocatur: qvâ cavetur, ut si qvis Parentis filii, aut omnino adfinitatis ejus, qvæ nuncupatione Parentum continetur, fata præparaverit, sive clam, sive palam id ausus fuerit: nec non is, cujus dolo malo id factum est, vel conscius criminis exstitit, licet extraneus sit, pœna parricidii puniatur, & neqve gladio, neqve ignibus, neqve ulli alii solenni pœnæ subjiciatur, sed insutus culleo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, secundum qvod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur. Si qvis autem alias cognatione vel affinitate personas conjunctas necaverit, pœnam Legis Corneliæ de Sicariis sustinebit. Parricidium.

Conf. *t. π. de L. Pomp. de parricid.* t. C
de his qvi par. vel. lib. occid. Ord. *Crim. c*
& 137. Conſlit. *Elect. Sax. 4,3.*

Pœna duplex L. Corn. & Pomp. de partic.

XXII. Duplex pœna parricidii more Ma
apud Romanos introducta, & à Cornelio S
confirmata, diverſis qvæſtionibus publicis
ſtitutis, de *Parricidiis* & de *Sicariis*, *l. 2.* §
de O. J. qvas qvidem Lex Pompeja ad una
Corneliæ de ſicarii pœnam reduxit, teſte
ciano, *l. 1. h. t.* Sed mox pœna L. Corneli
parricidiis recepta fuit, & ab Hadriano decl
ta, ſi mare vel amnis non adeſſet, *l. pen. π.*
Pom. de parric retentâ tamen cæteroqvin
Pompejâ in reliqvis capitibus. Itaqve pr
in conſangvinitate qvi Parentum & libero
locum obtinent in linea recta pœnâ *cullei* p
ti, *l. pen. pr. π. h.* pariter & in affinitate, ve
qvi novercæ venenum præparavit, *Apul. X.*
tam. deniqve & conſcios hujus criminis eâ
pœnâ affecerunt, *l. 6. π. h.* Fuit autem *cu*
ſaccus coriaceus picatusq;, qvo vina conti
ſolebant, qvare hac pœnâ aqvâ non ſuffocat
& hujus elementi uſu vivus careret, nec ullâ
ſolenni h. e. ordinaria & conſveta pœnâ affic
tur. Reliqvas perſonas cognatas vel affi
itemqve conjugem interficiens ſimplici L. C
neliæ de Sicariis pœna capitali metalli
etiam ultimi ſupplicii affectus, *d. l. pen.* §
π. h. t.

XX

XXIII. At nostro Jure parricidium patratum in lineâ rectâ consangvinitatis & affinitatis cullei qvidem pœnam meretur, non tamen istam veteris cullei, sed *suffocationem* in sacco linteo cum iisdem bestiis carnivoris, aut loco simiæ, *fele* aut vipera etiam *pictâ*: ubi autem aqvæ penuria est, pœna *Rotæ* substituitur. *Ord. Crim. c. 131.* Constit. *Elect. Sax. 4, 3. & ibi Moller. & Carpz.* Color. *Dec. 157.* Pingiz. *Qv. 44.* Coppen. *Obs. 2, 131.* sed & exasperari pœna potest, *Ord. Crim. d. c. 131.* Const. *Elect. Sax. d. l.* Jac. Schult. *add. ad Color. d. l.* Expositio infantis in locum semotum eadem pœnâ plectitur, aliàs fustigatione, *Coler. Dec. 158. & ibi Schultes.* Wesenb. *π. ad L. Cornel. de sicar. n. 14.* Deniq; *abortus* procuratio partus animati, pœnâ L. Corneliæ de Sicariis, inanimati arbitrariâ punitur, *l. 4. π. de extraord. crim. l. 20. π. ad l. Corn. de Sicar. l. 39. π. de pœn. l. 8. C. ad l. Corn. de Sicar.* Ord. *Crim. c. 133.* Const. *Elect. Sax. 4, 4.* Theod. *D. 7, 7.* Carpz. *qv. crim. 8.* Exerc. *ad π.* XLIX, *127. seqq.*

J. Hod. in linea rectâ

Expositio

Abortus

XXIV. In linea vero collaterali consangvinitatis ut & in affinitate, qvorsum & conjugum nex refertur, est pœna gladii, postqvam rei forcipibus ignitis adusti, aut trahâ ad locum supplicii raptati. *Ord. Crim. c. 137.* Constit. *Elect. Sax. 4, 3.* Sed jure Saxonico nex conjugis ordinaria cullei pœnâ vindicatur. *Consult. Sax. 2, 4, 46.* Wesenb. *π. h. t. d.* Constit. *Elect. 4, 3.*

Collaterali

§. 7.

Falsi crimen. *Item Lex Cornelia de falsis, quæ etiam mentaria*, à primaria falsi specie, *vocatur nam irrogat ei, qui testamentum vel aliud i mentum falsum scripserit, signaverit, recita subjecerit: vel signum adulterinum fecerit pserit, expresserit sciens dolo malo. Ejusq gis pœna in servos ultimum supplicium est, qu iam in Lege de sicariis & veneficis servatur*, a ex his Superiora §. 5. supplenda: *in liberos deportatio.*

Conf. *t. π. & C. ad L. Corn. de falsis.* *5. Sent. 25. X. 5, 20.* Ord. *Crim. c. III. &* J. Sax. *2, 13. & 26.*

J. Hod. XXV. Falsificationis dolosæ hodi pœna regulariter est fustigatio, *Carpz. qv. 93, 24.* ita tamen ut multum arbitrio judicis tanta hujus criminis diversitate sit relictu *Ord. Crim. c. 112.* Exerc. *ad π.* XLIX, *132.* Plane *Monetæ* falsificatio est capitalis, *l. 2. C falsi mon.* Ord. Crim. *d. c. III.* Carpz. *crim. 42.*

§. 8.

Vis publ. aut privata. *Item Lex Julia de vi publica, seu privat adversus eos exoritur, qui vim vel armatum sine armis commiserint. Sed si quidem armat arguatur, deportatio ei ex lege Julia de vi pub irrogatur, si verò sine armis, in tertiam par bo*

bonorum suorum publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus, tunc & raptores, & ii qvi opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis definitionem, ex qva hoc apertius possibile est scire. l. un C. de raptu virg.

Conf. *t. π. & C. de vi publica. & de vi privata. & t. C. de rapt. virgin. t. C. de Seditiosis.*
Ord. *Crim. c. 127.*

XXVI. Vis publica & privata & natura suâ & diversa legislatione, & diversis in *π.* titulis differunt, sed qva ratione non conveniunt Dd. qvorum opiniones excussæ *Exerc. ad π.* XLIX, *109.* Communis & verior est sententia, qvod differant *Modo*, qvi vel *armis*, vel sine armis procedit, *Vid. l. 5. π. ad L. Jul. de vi publ.* plane præter hanc speciem primariam etiam aliæ species violentiæ sine armis ad vim publicam, propter gravitatem suam & pœnæ æqvalitatem, & qvod arma in subsidium peti in his soleant, Lege expressâ referuntur, veluti *stuprum violentum*, de qvo supra *aph.* XVIII. *fi.* itemqve *Raptus mulierum*: abusus *potestatis publicæ*: novorum *vectigalium* institutio & similia. Reliqva vis non armata ad vim *privatam* pertinet. Plane & hîc & in utroqve Codice, & jam tum in Pauli sententiarum libris uno titulo de utraqve vi tractatur, idemqve Carpzov. secutus est *Qv.* Differentia utriusqꝫ

Crim. 40. præsertim cum hodie *arbitraria* na locum invenire dicatur utrobiqve C *Sim. de Leuwen Cens. For. 5, 22.* Præter Ju um publicum ex L. Julia, datur in specie in

Fractæ pacis

Teutonico Accusatio de *fracta pace pu* ex Constitutione Maximiliani I. in Con Wormatiensibus 1495. Vid. *Gail. de P. publ.* pœna gladii aut banni consti est.

Raptus virginum.

XXVII. Raptus qvoqve virginum viduarum, sicut stuprum violentum, pœna dii punitur, ex Constitutione Justiniani, geminata exstat, *l. 54. de Episc. & Cler.* nec n *un. de rapt. virg.* Ord. *Crim. c. 118.* Carpz. *Crim. 75.* Coler. *Dec. 176, 105. seqq.*

§. 9.

Peculatus.

Item Lex Julia peculatus eos punit, qv blicam pecuniam, vel rem sacram, vel religio furati fuerint. Sed, si qvidem ipsi judices pore administrationis publicas pecunias subtr rint, capitali animadversione puniuntur, & solum vi, sed etiam qvi ministerium eis ac exhibuerint, vel qvi subtractas ab his sciente sceperint. Alii vero, qvi in hanc legem in rint, pœna deportationis subjugentur.

Conf. *t. t. π. ad L. Jul. peculatus & a crilegiis.* t. C. *de crim. peculatus.* & t. se

de crim. sacrilegii. Ord. *Crim. c. 170. sq.* Const. *Elect. Sax. 4, 41.*

XXVIII. Peculatus crimen fit à magistra- qvid
tu tempore administrationis abusu potestatis publicæ; qvomodo differt à crimine de residuis, qvod & ipsum fit tempore administrationis, sed ab officiali aut Rationario, cujus periculo pecunia publica est, *l. 9. §. 2. π. h. t.* & qvi rationes admistrationis reddit, Rechnungs-Führer. Pœna criminis peculatus tam qvoad Magistratus ipsos, qvàm adjutores est pœna capitalis, *l. un. C. de crim. pecul. l. 1. C. Th. eo.* nisi sit persona illustris aut honestiore loco nata, tunc deportatio competit, *arg. l. 6. pr. l. 3. π. h. t.* qvæ & in aliis, qvi in hanc legem inciderint, locum habet, veluti conscii criminis. Hodie pœna furti, h. e. laqvens competit, *Dambaud. Prax. Crim. c. 27. 3.* Carpz. *4, 41. def. 1. seqq.*

XXIX. Sacrilegium à Peculatu differt ob- Sacrile-
jecto, re sacra vel ecclesiastica: sed & pœna, gium.
qvod extra ordinem puniendum Constitutionibus cautum, *l. 4. §. 2. π. h. t. l. 6. eo. l. 11. §. 1. eo.* Ord. *Crim. c, 171. seqq.* etsi antea pœna ordinaria capitalis fuerit, qvam Imp. hic secutus. Jure Sax. *l. 2. A. 13.* pœna *rotæ* constituta, *Coler. Dec. 152.* Theodoric. *D. 9, 4.* Carpz. *Qu. Crim. 89.*

§. 10.

Plagium. *Est inter publica judicia Lex Fabia de plagiariis, quæ interdum capitis pœnam ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leviorem.*

Conf. *t. t. π. & C. ad L. Fab. de plag.* E XXI, *17.* Deuter. XXIV, *7.* cap. *1. X. de* Constit. *de Pace publ.*

XXX. Plagii pœna Lege Fabia fuit p niaria, *l. 12. π. de manumiss. l. 6. C. h. t.* p *extraordinaria* obtinuit, *Paulus in Collat. LL. saic. & Rom. t. 14. l. 7. C. h. t.* Hodie ordin reddita eaqve capitalis, *l. fi. C. eo. l. un. C. Th* Capitul. *Francor, 6, 9.* Gl. *J. Sax. 1. 16, 9.* Ca *qv. crim. 83, 89.* Heig. *2. q. 32.*

§. 11.

Sunt præterea publica judicia, Lex Jul

Ambitus *ambitu: Lex Julia repetundarum: & Lex J de annona: & Lex Julia de residuis, quæ de c capitulis loqvuntur, & animæ qvidem amissio non irrogant: aliis autem pœnis eos subjiciunt, præcepta earum neglexerint.*

Conf. *t. π. de L. Julia ambitus. t. C. L. Jul. de ambitu.* Dist. *61. F. X. de monia.*

XXXI Ambitus crimen est, qvo non tute, sed pecunia & largitione similive m

illegitimo honores & officia publica à populo, aut qvi eum repræsentat, eorumqve suffragiis qværuntur. pœna varia fuit, remotionis, pecuniaria, infamiæ, ut ostensum *Exerc. ad π.* XLIX, *144.* donec Arcadius Imp. deportationem constituit, *l. 1. C. Th. h. t.* Hodie *arbitraria* habetur, *Theodoric. D. ult. 3.* Gisebert *hic.*

XXXII. Repetundarum crimen est, qvo qvis in officio publico aliqvid accipit, qvo magis minusve officium faciat, qvod facere absqve corruptione tenetur. In qvod variæ pœnæ statutæ, ut in *Exerc. ad π.* XLIX, *139. sq.* expositum, Justinianus autem reduxit pœnam ordinariam Qvadrupli & ordinis amissionem, *l. 4. C. h.* Conf. *t. π. de L. Jul. repet.* & *C. ad L. Jul. repet.* Novell. *124. c. 2.* Hodie arbitraria iterum facta, *Carpz. Qv. Crim. 93, 53. sq.* Repetundar.

XXXIII. Crimen fraudatæ *annonæ* est qvo qvid qvis facit, ut annona publica carior fiat in publicum detrimentum civitatis. Qvod *Dardanarii* maxime attentant, *vid. l. 6. π. de extraord. crim.* & *t. t. π. de L. Jul. de annona.* Ord. *Pol. Imp. 1577. t. de monopol.* J. Sax. *Municip. c. 19.* Pœna itaqve arbitraria est, *H. Grot. de J. B. 2. 12, 16.* Dn. Struv. *Dissert. de Annona.* De annona. Dardanarii.

XXXIV. Crimen residuorum est, qvo administrator rationarius pecuniam publicam in rationes non retulit, in proprium usum con- Residuorum.

paratior accedat, tria subjicimus, utrumqve Digestorum titulum & de verborum significatione & de regulis juris; ac deniqve seriem & harmoniam omnium titulorum Digestorum & harum institutionum pleniorum; unde & hoc apparebit, plerorumqve titulorum semina in his latere, ut meritò *totius* legitimæ scientiæ prima elementa appellari possint, & prægustu qvodam cupidæ legum juventuti excitato ac salivâ svavius motâ, reliqvum Juris Romani pelagus absqve nausea fastidiove, majori cum commodo, viaqve compendiosiore, cœlesti favore ac fideli manuductore facilè superari poterit.

SOLI DEO GLORIA.

TITVLVS
PANDECTARVM
De Diverſis
REGVLIS JVRIS
antiqve,
Succinctâ paraphraſi illuſtratus.
Adjecta
inſtar ſupplementi eſt
Collectio
Regularum Juris
ex
Inſtitutionibus Juſtinianeis.

Jac. Godofredus *Commentar. ad L.* 1. *de Reg. Jur.*

INter ipsa civilium studiorum, seu juris discendi, primordia, studiosorum animos generalibus juris regulis,& hoc qvidem potisimùm titulo comprehensis, imbuendos atqve initiandos recte censet melior saniorqve juris interpretum pars. Qvicqvid contra alii, qvi definiunt à recta docendi ratione aberrare, qvi junioribus hasce regulas unà cum Institutionibus obbrudunt: qvatuor ferme tum argu-

argumentis, tum præjudici
Qvod poſtremum hic titul
calce Digeſtorum locum c
neat. 2. Qvod Juſtinianus
ſerte hunc titulum poſt imp
demum ſtudii legitimi curri
legi voluerit. 3. Qvod Plau
JC hac prima regula præmo
at, regulam fieri oportere ex
re: unde colligunt, in doce
qvoqve & in diſcendo regulis
ſtremum dari locum oport
qvandoqvidem earum cogn
vel intellectus non niſi ex ant
pata juris cognitione haberi, p
cipi, poſit. Noviſſimè, qv
regulæ ut accuratum interp
tem, ita & ſolertes præparat
qve, & præmunitos aliunde
dioſorum animos, anticipata
qve qvandam univerſi juris no
tiam deſiderent. Nam, ut his
mnibus ſtrictim occurratur: I

r

mò qvidem, ſi præjudiciis res geritur, ſane in Græcis Baſilicis primo ferme omnium loco hic titulus poſitus eſt, haud alia ratione, qvàm qva is in Pandectis ultimum locum occupat, eo qvod ad univerſum jus, qvod Pandectis comprehenſum eſt, ſpectet; inqve eo tanqvam exigua tabella univerſi juris inſtar qvoddam & coronis contineatur, ſeu rudis qvædam juris præceptorum generalium notitia. Et inanis ideo qvoqve qverela eſt eorum, qvi ultimum huic titulo in Pandectis locum adſignatum qveruntur, qvi tanqvam generalis ex Philoſophorum præcepto præponi omnibus debuerit, qvos rectè refutavit Mercerus *2. opinionum 16.* Secundò, docendi diſcendiqve juris ordinem à Juſtiniano olim

præſcriptum, nemo hodie r
tueatur. Tertiò, ut maxim
nitio èx jure regulæ factæ fue
notiſſimum tamen eſt, aliam
artium primùm conficien
rum, aliam verò poſtea trac
darum rationem: qvandoq
dem, qvod notum, qvod
etiam interpretes ajunt, qv
do magiſtraliter proced
tradendo doctrinam ad inſt
ctionem juvenum, à generali
bus inchoandum eſt: Nempe
cæterarum pariter diſciplinar
διανοητικῶν dos hæc eſt, ut qve
admodum à notioribus, ita &
univerſalibus & generalibus c
busdam, ſeu à doctrina prin
piorum, auſpicium faciant,
ab hujusmodi qvadam προϋπ
χέσῃ γνώσει, decantata ratio
τὸ καθόλε ἐπιςημονικώτερον
ἀπ

ἁπλόστερον, qvam in ſententiam recte A.Contius plura. De interprete tandem & enarratore harum regularum accurato ultro fateor: ut & de ſtudioſo prius ab Inſtitutionibus ſaltem inſtructo, ſi pernoſſe eas velit. Imo eadem opera unà cum Inſtitutionibus eas ediſci memoriæqve commendari à ſtudioſa juventute operæ pretium fuerit. Nam etſi plenum ſtatim earum intellectum non aſſeqvatur, attamen memoriæ ſemel infixæ, ſeu apud memoriam depoſitæ ut Qvintilianus diceret, velut ſcintillæ qvædam juris, ſeminaqve adhærent, inventioniqve & judicio ſerviunt, ſeſeqve offerunt ſubeuntqve, procedenteqve ætate ſtudioqve, & qvaſi eodem cibo remanſo, penitiorem facile ſenſum earum poſtea aſſeqvi datur.

REGVLA I.

De Natura Regularum Juri recto earum usu.

I.

PAVLVS libro sexto decimo ad Plau

PLAVTIVS:

Regula est, qvæ rem qvæ est breviter en Non ex regula jus sumatur, sed ex qvod est, regula fiat.

PLAVTIVS: REGVLA EST, REM moralem, juridicam, QVÆQVE ES cundum propriam suam *naturam*, Jure na li, gentium aut civili constitutam, hoc es ipsum ejusve rationem BREVITER E RAT, effert, & pro norma dijudicandi qv nes & casus eò pertinentes. Vnde qvod *na liter* rei inest, *regulariter* qvoqve inesse di & regulam facit. Sed qvia *naturalia* tame accidentalia, & qvæ salva rei substantia posſunt; imò cum & ipsa substantialia à state Legislatoria immutari posſint, hinc rias exceptiones regulæ patiuntur, & magn cumspectione sunt applicandæ, ne incon enter casus à Jure excepti ex regula decida

Regulam enim scire est limites ejus nosse. Qvare NON EX REGVLA tali JVS & decidendi ratio simpliciter SVMATVR, neqve indifferenter ac jejune sine certa dijudicatione, ad species & casus qvosvis obvios applicetur, qvasi semper sit adæqvata decidendi ratio, verùm ad congruentes tantum & contentos sub ipsa, pro subjecta materia; qvum non juris qvid est propter regulam, SED EX JVRE, QVOD EST suâ naturâ ac certa ratione constitutum REGVLA FIAT.

PAVLVS:

PEr regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & ut ait Sabinus, qvasi causæ conjectio est, qvæ simul cum in aliqvo vitiata est, perdit officium suum.

PAVLVS: PER REGVLAM IGITVR BREVIS RERVM juridicarum NARRATIO, definitio, decisio, summaria comprehensio ejus, qvod plerumqve, naturaliter ac regulariter esse solet, TRADITVR, ET VT AIT SABINVS, QVASI CAVSÆ & qvæstionis juris ejusq; decisionis CONJECTIO EST, atqve qvam vulgus *Summarium* legis appellat, & *colophonem* Græci, QVÆ, SIMVL CUM IN ALIQVO momento & circumstantia VITIATA EST, non suâ naturâ, sed perversa utentium applicatione, & ab adæqvata decidendi ratione, non attentis

singulis circumstantiis, aberratione, PER
OFFICIVM SVVM atqve usum, qvi alio
in decidendis qvæstionibus & applicandc
ad factum utiqve cernitur.

REGVLA. II.

De fœminis & impuberibus officiis civilibus vel publicis remotis.

VLPIANVS libro primo ad Sabinu

*FOEminæ ab omnibus officiis civilibus vel p
cis remotæ sunt: & ideo nec judices esse po
nec magistratum gerere, nec postulare, nec pr
intervenire, nec procuratores existere.*

R. Dub. FOEMINÆ adultæ etsi judicio nat
pollent, & res suas ipsæ gerere & admini
possunt, etiam in judicio, *l. 1. §. π. de p
lando* atqve Justinianeo Jure, absqve cu
ris adhibitione: qvia tamen & natura & c
R. Dec. ratio eas ad curam rerum domesticarum
me destinavit, unde & imbecillior & vere
Decisio. dior hic sexus est; idcirco AB OMNIBVS
FICIIS, non domesticis aut privatis, sec
VILIBVS in genere, & VEL maxime PVBL
qvæ publicâ auctoritate geruntur, & in un
Declara- sum virilia censentur, REMOTÆ SVNT
tio per exempla. IDEO NEC JVDICES pedanei ESSE
SV

SVNT, NEC NAGISTRATVM GERERE, qvæ publica sunt officia, NEC POSTVLARE pro alio, NEC PRO ALIO INTERVENIRE in judicio sive negotia absentis gerendo, sive præsentis cognitorem agendo, NEC PROCVRATORES EXISTERE, qvæ privata qvidem officia sunt, civilia tamen & qvæ regulariter viris competunt. Id qvod Jure Romano veteri & hodierno qvoqve Germanorum adeo verum est, ut fœminæ nec propria negotia, in judicio præsertim, absqve tutoris auctoritate gerere possint. Plane qvoties aut nativitas illustris, aut vitæ genus, aut Lex publica civilibus qvoqve officiis vel etiam publicis destinavit fœminas, tunc his qvoqve recte eas admoveri videmus. Vid. *Wibel. de Contract. Mulier. §. item. 1. Legis. 2.*

L. 1. ff. de postul. L. 12. §. 2. ff. de judic. L. 1. §. 1. ff. ad SC. Vellej. L. 21. C. de procur. Novell. Leon. 48. Ampl. V. supra Instit. L. 1. t. 23. a. fin Exc. Exerc. ad ff. XXXVII, 222. sqq.

Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.

ITEM IMPVBES, qvi nec intellectum nec voluntatem habere intelligitur, multò magis OMNIBVS OFFICIIS CIVILIBVS obeundis DEBET ABSTINERE. Plane & hanc regulam nativitas atqve indoles limitant, ut in *l. fi. C. de testam. milit.*

L. 189. de R. J.

Regvla. III.

De his qvi tacite velle præsumuntur.

VLPIANVS libro III. ad Sabinu

Ejus eſt non nolle, qvi poteſt velle.

Caſ. TItius pupillus à Cajo heres inſtitutus
ſens per ſervum ſuum hereditatem ac
l. 189. de R. J. ne tutoris auctoritate. Legatarii & cred
urgent ſolutionem à Titio: Tutor Titii
pupillum ex aditione iſta obligatum, qv
pillus nec velle, nec nolle in ea ætate, n
poſitâ tutoris auctoritate creditur. Rat
R. Dub. bitandi: Etſi expreſſe voluntatem ſuam &
ceptis verbis declarare non potuerit imp
præſumitur tamen tacite voluiſſe vel nc
R. Dec. luiſſe. Ratio Decidendi: EJVS dem
NON NOLLE & is tacite velle præſumitu
etiam expreſſe POTEST VELLE & jubere.
igitur pupillus absqve tutoris auctoritat
poteſt jubere ſervum ut adeat: ergo nec
pati aut non nolle intelligitur, ut adeat,
cisſim ſi præſente pupillo ſervus ſine tuto
pilli repudiavit hereditatem, nihil egit
nolle hereditatem non videtur, qvi non
adire, *l. 4. π. de A. H.* Conf. *l. 40. l. 50. l.*
frab. t. L. 14. π. locati. l. 91. π. de furt.

REGVLA. IV.

De eo, qvi alterius jusſui obſ tenetur, an velle præſumatur.

VElle non creditur, qvi obſequitur impe tris vel domini.

Filiusfamil. heres institutus, jussu patris- Cas.
fam. adit hereditatem obæratam : qvam pater mox moriens defert filio : hic delatam repudiat, contradicentibus creditoribus hereditariis, qvod semel aditam repudiare non liceat : neqve R. Dub.
obstare, qvod ad jussum adierit; Si enim coacta voluntas sit etiam voluntas atqve obliget, multò magis voluntatem obsequiosam seu remissam, qvæ velut intermedia ad voluntatem puram propius accederet. Verum tamen decidi- R. Det.
tur, qvod repudiatio valeat, & is qvi jussu adit, regulariter se non obliget, *l. 6. §. 4. l. 74. §. 2. π. de A. & O. H.* Ratio juris ex natura voluntatis obsequiosæ constat. Nam imò minus ea ad voluntatem puram & liberam accedit, qvàm coacta, h. e. metu periculi volens, ut id evitet: at obsequens imperio, cui ratione status & conditione suâ parere tenetur, per se nihil hujus velle potest, qvo solum exsequitur alienam voluntatem. Vnde regula hæc colligitur: VELLE seipsum pure & libere obligare v. g. hereditatem adeundo, NON CREDITVR, non præ- Reg.
sumitur, QVI agendo OBSEQVITVR IMPERIO PATRIS VEL DOMINI, cujus jussu tantum agit. Similiter qvi jussu Judicis aliqvid fecit, v. g. opus aqvæ mittendæ causâ, non videtur dolo malo facere, qvi parere necesse habet, *l. 167. §. 1. h. t.* Planè si adversarius pro- Limit.
bare vult, non invitum filiumfam. adiisse, sed 1.
& suâ & patris voluntate, obligabitur filius, nec repudiatio valebit. Qvod si se per judicem

compelli patitur filiusfam. ut in specie *l. 1. π. si quis omiss. causa.* nec probatio locum h
2. bit. Deniqve ea hic negotia intelliguntu qvibus filiusfamil. aut alius imperio alieno jectus jure divino & humano necessariò pa obligatur.

REGVLA V.

De Pubillo negotium contrahe te, & differentia inter eum & furiosum.

PAVLVS libro secundo ad Sabinum

IN negotiis contrahendis alia causa habita Furiosorum, alia eorum qvi fari possunt, qv vis actum rei non intelligerint: Nam furiosus lum negotium contrahere potest, pupillus on tutore autore agere potest.

Casus. Sempronius Titium pupillum hered instituit. Eo mortuo pupillus septennis h fari jam potens est. Tutor nesciente eo, ne adhibito ad rem agendam, hereditatem adi & moritur: successor in tutela petitus à cred ribus hereditariis, negat pupillum ex solius toris aditione esse obligatum, sed aditio
Rat. dub. esse invalidam. Vrgent creditores pupill & furiosum regulariter comparari, *l. 1. §. 13 de O. & A.* qvare qvum Furiosi curator om

so

solus gerat, qvidni & pupilli tutor? Sed respondet Paulus: IN NEGOTIIS CONTRAHENDIS agendis, expediendis, ALIA CAVSA HABITA EST FVRIOSORVM, ALIA EORVM pupillorum QVI FARI POSSVNT h. e. ejus ætatis jam sint, ut intellectum capiant, QVAMVIS ACTVM REI qvoad effectum juris plenè NON INTELLIGERENT: NAM FVRIOSVS NVLLVM NEGOTIVM CONTRAHERE POTEST, etsi præsente curatore, PVPILLVS OMNIA TVTORE AVTORE ipse AGERE & expedire POTEST, imò debet. Nam siqvid nesciente eo tutor egit, illi hereditatem non potuit acqvirere, ajunt Impp. *l. potuit. §. C. de jur. de lib.* rationem civilem idem Paulus *l. qvæcunqz II. De O. & A.* aperit: *Qvæcunqve*, inqvit, *gerimus, cum ex nostro contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona obligationis initium sumant, inanem actum nostrum efficiunt.* Planè si pupillus infans adhuc est, vera est ista comparatio, *§. 10. J. de inutil. stip.* & solus tutor actum expedit. Qvemadmodum & nostro jure, remotâ istâ differentiâ, obtinet. *Vid. Instit. lib. 1. tit. 21. n. VII.*

Decis. Reg. ejusmodi Ratio juris Limit. 1. 2.

Regvla VI.

De præsumtione repudiationis.

VLPIANVS libro septimo ad Sabinum.

Non

NOn vult hæres esse, qvi ad alium transvoluit hæreditatem.

Casus. Cajus testamento heres institutus, à
substituto accipit pecuniam, ut omittat he
tatem & ad substitutum transferat. Leg
R. dub. & creditores Cajum ut heredem conven
qvod pro herede se gesserit, hereditatem t
ferendo ad alium. Fuit itaqve qvæstion
idem Vlpianus *l. 24. π. de A. vel O. H.* an pr
rede gerere videatur, qvi pretium hered
Divisio omittendæ causâ capit? & obtinuit, in
& Regu- hunc pro herede non gerere, qvi ideò acc
la. ne heres sit. adde & *l. 2. pr. π. si qvis on*
Ratio. Ratio juris est, qvod pretio accepto trans
tens hereditatem, contrariam voluntate
clarat, *l. 21. pr. π. de A. H.* igitur repudiare
sumitur. Atqve habetur hoc pro mortis
capione, *l. 8. π. de m. c. donat:* Regularite
Exc. qve creditoribus non tenetur. Planè q
admodum is, qvi omissâ causa testamenti
testato posidet hereditatem, ut *defraudet*
tarios & fideicommissarios, nihilominus
tur, *t. t. π. si qvis omissâ.* Ita & pretio ac
transferens hereditatem ad substitutum te
saltem in subsidium creditoribus & legata
excusso substituto, *l. 2. §. 1. π. si qvis on*
qvod si ad legitimum seu heredem ab inte
transtulit, principaliter tenetur. *d. l. 2. pr.*
omissâ.

Regvla VII.

De Testati & Intestati incompatibilitate.

POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

Ivs nostrum non patitur, eundem in paganis & testato & intestato decessisse: earumqve rerum naturaliter inter se pugna est, testatus & intestatus.

Cajus ejusqve filius Mevius instituti sunt heredes: Pater ex sua parte adit hereditatem: filius detrectat suo nomine adire. Heres igitur ab intestato vult adire qvoad partem filii. instituti & repudiantis. Respondet idem Pomponius *l. 36. de A. vel O. H.* Si ex parte pater adierit, necessarium est jussum patris, ut filius coheres adeat, obseqviosâ saltem voluntate, secundùm *l. 4. supra h. t.* Ratio ab eodem Pomponio hîc redditur, eaqve duplex, civilis & naturalis. Civilis: JVS NOSTRVM NON PATITVR, nec unqvam factum est, inqvit Tullius, ut ejusdem alius testamento, alius lege heres esset. Sed Pomponius ad bona paganorum hoc restringit: EVNDEM IN PAGANIS ET TESTATO ET INTESTATO DECESSISSE. Excipiuntur itaqve militum bona castrensia. *l. si duob. 37. π. de testam. milit.* Ratio naturalis esse dicitur: EARVMQVE RERVM NATVRALI-

Casus. Decis. R. Dec. de Juvent. Limit. I.

RALITER INTER SE PVGNA EST, TES
TVS ET INTESTATVS. h. e. natura succe
nis utriusqve à LLatione Romana constitut
comparata est, ut ambæ in uno subjecto he
2. tatis consistere neqveant. Alioqvin Jure
turali & gentium, atqve Teutonico qvo
compatibilia ista sunt, *Vid. supra Instit. lib.*
19. n. VII.

REGVLA VIII.

De jure cognationis naturali jure merè civili non tollendo.

POMPONIVS libro qvarto ad Sabinum

JVra sanguinis nullo Jure civili dirimi sunt.

Casus. Titius in adoptionem dedit filium Caj
retento Sempronio in potestate, atqve mori
mox moritur & horum patruus, Titii frater.
mancipatus cum sempronio, fratre, æqval
vult succedere patruo. Qværitur an admi
R. dub. tur? Ratio dubitandi est, qvod successio sit
ris civilis: jus autem civile per capitis minu
nem sive juris familiæ amissionem & ipt
Decis. amittatur. Decidit Pomponius eodem li
qvarto ad Sabinum, affirmativè sed cum dis
mine: Legitimis, *inqvit*, capite minutis non

tur qvidem bonorum possessio jure heredis legitimi; qvia non eadem causa eorum est, qvæ liberorum: sed tamen gradu cognatorum rursus vocantur. *l. 5. π. unde cogn.* Ratio decidendi, qvod succe-sio non sit merè juris civilis, sed naturalis atqve gentium, etsi verò minui aut restringi à LLatione civili possit, non tamen in totum dirimi tollivé: itaqve etsi jure civili emancipatis aut adoptatis, propter capitis diminutionem denegatur successio in ordine agnatorum, Prætor tamen ex æqvitate juris naturalis posteriori ordine inter cognatos eos vocat, *§. 1. J. de succeff. cogn.* nam JVRA SANGVINIS seu cognationis naturalis NVLLO JVRE CIVILI merè tali ejusve actu, ut capitis diminutione minima, & hujus speciebus adoptione & emancipatione, DIRIMI tolli, aboleri POSSVNT, *§. fi. J. de leg. agn. tut.* Nisi ex delicto in pœnam, *§. 6. J. de cap. dem.* Idem jus etiam in causis matrimonialibus obtinet, *§. 10. J. de nupt.* Conf. *infra l. 32. h. t.* R. Dec.

Regvla IX.

De obscuri interpretatione.

VLRIANVS libro XV. ad Sabinum.

Semper in obscuris qvod minimum est, sequimur.

Sem-

Casus. Sempronius legat Titio centum, & n
dem in iisdem tabulis legat ducenta: de
adjicit, *semel præstari velle.* ademtum igitu
jure alterutrum legatum intelligitur, sed
ducentorum, an centum? Respondetur
guius esse præstandum, h. e. centum non d

R. Dub. ta, *l. 14. π. de leg. 1.* Ratio dubitandi est,
favore ultimæ voluntatis, præsumi posfit
rem summam fuisse clausulâ ista ademtam
ademtio sit odiosa: qvare & in eo casu,
do duobus ususfructus conjunctim est le
altero deficiente, ad collegatarium perti

R. Dec. non ad heredem, *l. 1. pr. π. de usufr. accres*
testamentis enim plenius voluntates testa
interpretantur, *l. 12. π. h. t.* & conf. *l.*
Sed magis est, ut favore heredis minor
ab hoc solvatur legatario, qvum & onera
ditaria heres solus sustineat. *Vid. l. 17. h. t.*
sum pertinet in universum & reliqvos juri
culos attinens regula seqvens. Neqve
d. l. 12. h. t. qvippe qvæ non de obscuri int
tatione, sed de aperti extensione loqvitur

REGVLA X.

De Commodi & incomm
mutua consecutione.

PAVLVS libro tertio ad Sabinu

*SEcundum naturam est, commoda cujusq
eum sequi, quem sequuntur incommoda.*

Conf. §. 3. J. de emt. vend. §. 3. J. de societ. §. 4. J. de R. D. l. 1. π. de B. P. l. 73. infr. h. t.

Regvla XI.

De alienatione invito domino.

POMPONIVS libro V. ad Sabinum.

Id qvod nostrum est, sine facto nostro, ad alium transferri non potest.

Dominus concessit usumfr. fundi Tusculani Titio. Eundem testamento reliqvit Cajo. Qværitur an Cajus præter proprietatem & usumfructum petere possit? Respondetur, non posse. Ratio est, qvod etsi dominus rem suam legare liberè possit, qvia tamen semel transtulit particulam dominii ad Titium, jus utendi fruendi igitur non potest regulariter & sine ejus facto ex qvo tacitus consensus saltem colligi potest, aut ex negligentia & dolo vel culpa, ad alium transferre. Planè lex publica, qvippe qvæ communem civium consensum continet, transferre potest dominium ad alium etiam sine facto alio singulari, qvum sufficiat consensus à Lege præsumtus, veluti in jure aluvioris, rei fisci cum privato communis & similibus.

Casus.

R. dub.

R. Dec.

REGVLA XII.

De interpretatione ultim rum voluntatum.

PAVLVS libro tertio ad Sabinu

IN testamentis plenius voluntates testant terpretantur.

Casus. Cui usus fundi legatus est, pecoris uti eo possit etiam ad epulas nuptiales exh das, ad ligna cædenda, ac lacte pecoris ut Etsi autem in obscuris & ambiguis testato

R. dec. ctis quod minimum est sequimur, *l. 9. h.* apertis tamen & non quidem ambiguis, raliùs tamen prolatis, ut aut ampliativa a strictiva interpretatio locum habere posse atur, interpretatio plenior recepta est, ita quò largius hîc cum usuario agendum sit, tam strictè interpretandæ sint voluntates d ctorum, ait Vlpianus *l. 12. §. 1 fq. π. de usu.* partim ex dignitate legatarii, partim ex leg affectione judicandum, *Vid. l. 50. §. 3. de* Conf. *l. cum avus. 102. π. de condit. & dem.* que *l. cum acutiss. 30. C. de fideicomm.*

REGVLA XIII.

De verbis cum effectu accipiendis.

VLPIANVS libro nonodecimo ad Sabinum.

NOn videtur CEPISSE, qvi per exceptionem à petitione removetur.

Pater heredem instituit Sempronium, filio legatum relinqvit in testamento, qvod codicillis ademit postea. Mortuo patre filius legatum petit ab herede, sed per exceptionem ademti legati remotus, instituit qverelam inofficiosi testamenti: qvæsitum an posit? ratio dubitandi fuit, qvod petendo tantùm legatum semel agnoviſſe testamentum & qvasi cepiſſe ex eo aliqvid intelligatur, Is enim qvi actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, *l. 15. h. t.* qvi autem cepit ex testamento, inofficiosi agere neqvit. Respondet Modestinus *l. 12. §. 2. d. inoff. testam.* qvamvis agendo testamentum comprobaverit, tamen sub tacitâ conditione id intelligitur, si ceperit petitum; itaqve est aliqvid, qvod testatoris vitio seu culpæ reputetur, qvod ademerit rursus legatum, adeoqve fecerit ut qverelæ jam locus sit, filius verò meritò repellendus non sit, adeoqve penitus NON VIDETVR cepiſſe filius, QVI facto patris testantis PER EXCEPTIONEM A PETITIONE & perceptione removetur. Novisſimo jure admittitur qverela etsi legatum non sit ademtum, qvia legitima institutionis titulo relinqvi debebat. *Vid. §. 3. & 6. J. de inoff. test. & l. 112. h. t.*

Casus.

R. dub.

R. dub.

REGVLA XIV.

De solutione ejus qvod pu
re debetur.

POMPONIVS libro qvinto ad Sabinum.

IN OMNIBVS OBLIGATIONIBVS ta
ultimis voluntatibus, qvàm ex convent
bus, itemqve legibus, IN QVIBVS DIES
pusve solutionis NON PONITVR, sed
promissum est, PRAESENTI DIE statim ita
BETVR, ut peti atqve exigi sine exceptione
sit, ac debitor in mora contestim constitu
Nisi *locus* solutionis adjectus spatium tem
inducat, qvo illò possit perveniri, *l. eum q*
§. 1. π. de V. O. atqve aliàs ex rei natura spa
reqviratur, *l. 186. h. t.* Deniqve cum al
temperamento temporis hoc intelli
dum est; nec enim cum facco heres he
tatem adire debet, *l. 105. π. de solut.* Co
ult. §. de inutil. stip. & *l. 186. h. t.*

REGVLA XV.

Qvid SVVM esse dicatur.

PAVLVS libro qvarto ad Sabinu

*IS qvi actionem habet ad rem recuperan
ipsam rem habere videtur.*

Ti

Titius legavit fundos SVOS Tusculanos Sempronio: aliqvem ex iis Cajo hypothecæ jure dedit: Mortuo Titio Sempronio hunc qvoqve petit, ab herede luendum. Qværitur an rectè? Atqve dubitari potest, qvod hoc in argumento *suum* accipimus, qvod pleno jure testantis est, in qvo ut res fructuaria non continetur, *l. 73. pr. de leg. 3.* ita nec hypothecata. Et qvamvis actione pignoratitia rem à creditore revocare potuisset testator, nec revocavit tamen, & minus est actionem habere, qvàm rem, *l. 204. h. t.* Sed respondet Vlpianus *d. l. 73. §. 2.* affirmando, eos, qvos qvis pignori hypothecæve dedit, sine dubio inter suos legasse videbitur debitor, creditor neqvaqvam. Ratio est aperta, qvia debitor retinet dominium rei etsi oppignoratæ, adeoqve actionem realem ad rem recuperandam; ergo sua est: creditor contra etsi jus in re habet, non tamen habet actionem realem seu rei vindicationem, qvare nec sua est. Itaqve nec is qvi habet usumfructum tantum in re, rem legare potest, de qvo casu loqvitur *d. l. 73. pr.* nec in *dominio* minus est actionem habere, qvàm rem, qvantum ad dominum ipsum alienantem vel aliàs dominium salvo jure tertii exercentem: qvanqvam qvoad *creditoris securitatem*, plus *cautionis* sit in re, minus in actione, *d. l. 204. & l. 25. h. t.*

Casus.

R. dub. 1.

2.

R. dec.

REGVLA XVI.

De re emta aut pretio legato:

VLPIANVS libro XXI. ad Sabinum

IMaginaria venditio non est, pretio dente.

Casus. Titius à Cajo emit ædes & easdem qvam pretium conventum solveret, le venditori ædes similiter adhuc tenenti. tuo testatore Cajus petit ex testamento lega

R. dub. Excipit heres, imaginariam esse venditione atqve rem suam actori fuisse legatum. Re det VIpianus *l. cum servus. 39. §. 2. de leg. 1.* ri qvidem primâ facie venditori rem suam

R. dec. tum, & ideò legatum non consistere; sed tamen emtio venditio constituto semel p perfecta est, ideoqve imaginaria venditi non est, pretio qvippe accedente: potest i legatarius venditor & rem venditam nec tam retinere aut traditam potere actione stamento, & pretium conventum actione diti.

REGVLA XVII.

An heres ante diem solvere possit?

VLPIANVS libro vicesimo tertio ad Sabinum.

CVm tempus in testamento adjicitur, credendum est, pro herede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicut in stipulationibus, promissoris gratiâ tempus adjicitur.

Sempronius legavit Titio centum aureos qvotannis: heres igitur anno qvolibet orto ad solutionem tenetur: sed anne & anticipare possit & ante annum cæptum solvere? Dubitari potest ex eo, qvod cum totum legatum in favorem legatarii factum sit, videtur & dies in ejusdem favorem adjectus, non heredis, igitur ante diem solutionem acceptare iste non obligatus est. At contrarium JCtus decidit, ratione à contractibus adscita: CVM TEMPVS IN TESTAMENTO legatis ADJICITVR, CREDENDVM EST & præsumendum, PRO HEREDE magis, qvàm pro legatario regulariter ADIECTVM, NISI legatarius probet, qvod ALIA MENS FVERIT TESTATORIS, veluti si cum certi loci determinatione qvo commoraturus forte tunc est legatarius, temporis adjectio conjuncta fuerit; unde incommodum fuerit legatario alibi & alio tempore non sine periculo recipere. SICVT ET IN STIPVLATIONIBVS, PROMISSORIS GRATIA TEMPVS regulariter ADJICITVR. *l. qvi Romæ, 122. π. de V. O.*

Casus.

R. dub.

R. dec.

REGVLA XVIII.

Qvæ legata patri per filium p mortuum vel emancipatum acqvi tur: & de differentia ultimarun voluntatum & contra- ctuum.

POMPONIVS libro sexto ad Sabin

QVæ legata mortuis nobis ad heredem nō transeunt, eorum commodum per no quorum in potestate fumus, eodem casu, ad mus: Aliter atqve qvod stipulati sumus; na sub conditione stipulantes omnimodo eis adq mus, etiamsi liberatis nobis potestate domin ditio existat.

Casus. Titius legavit filiofamilias ædes sub ditione, si navis ex Asia venerit. Filio mortuo, conditio extitit: pater defuncti ex testamento petit. heres negat, defuncto R. dub. lium patri acqvirere posse. At pater urg qvod si stipulatus fuisset filius ædes sub c tione, tamen acqvisivisset patri, etsi con R. dec. post mortem filii extitisset. Sed respond aliam rationem esse stipulationis, aliam l Qvantum enim ad legata attinet, regul qvod QVÆ LEGATA MORTVIS NOB gatariis in potestate non constitutis, AD REDEM NOSTRVM TRANSEVNT, EO de

demum COMMODVM ipſumqve dominium PER NOS HIS QVORVM IN POTESTATE SVMVS, EODEM mortis CASV, qvanqvam aliàs, qvoad patriam poteſtatem, inverſo, ADQVIRIMVS. Qvare qvum in præſenti facto, ſi filiusf. fuiſſet ſui juris, mortuus ante conditiones exſiſtentiam non transmiſiſſet legatum ad heredem ſuum; ideoqve in patria poteſtate decedens ante conditionem exſiſtentem pariter nec patri acqvirere poteſt. ALITER ATQVE QVOD STIPVLATI ſub conditione SVMVS acqvirere patri poſſumus, ita ut à ſtipulatione ad legatum conſecutio non valeat. NAM ET SVB CONDITIONE STIPVLANTES OMNIMODO EIS ADQVIRIMVS, in qvorum poteſtate ſumus, ETIAM SI LIBERATIS NOBIS per emancipationem POTESTATE patria aut DOMINI CONDITIO demum EXISTAT. *conf. l. 14. §. 3. π. Qvando dies leg.* Diverſitatis ratio eſt, qvod ſtipulatio etſi conditionalis eſt, ex utriusqve conſenſu de præſenti vim obligandi debendive obtinet, qvia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, qvo contrahimus, *l. 78. π. de V. O.* At legatum non conſtat utriusqve conſenſu, nec deberi incipit, neqve dies cedit, niſi exſiſtente demum conditione, *l. 41. π. de condit. & demonſtr.* Id qvod in favorem heredis placuiſſe videtur, qvum alioqvin ex agnitione legati conſenſus acceptatioqve legati conſtet, adeoqve & obligatio heredis ceſſioqve legati, niſi lex ci-

vilis heredem hactenus ab obligation
visset.

REGVLA XIX.

De Heredis justa ignoranti solvendo legato & de alia differentia ultimarum voluntatum & contractuum.

VLPIANVS libro XXIV. ad Sabin

QVi cum alio contrahit, vel est vel debet es ignarus conditionis ejus: Heredi autem imputari non potest, cum non sponte cum lega is contrahit.

§. 1.

Non solet exceptio doli nocere his, qvib luntas testatoris non refragatur.

Casus. Filiofamilias legatum relictum est sub ditione; anteqvam exsistit conditio, em patur: exsistente conditione pater petit tum, eiqve solvit heres. Hius petit ab he tanqvam sibi de jure debitum nec patri q tum. Heres excusat ignorantiam emanci

Rat.dub. onis. Qværitur an justè? Atqve in contr bus qvidem verum est, qvod talis ignor non excuset, sed ratio est, qvod QVI C ALIO CONTRAHIT, VEL EST VEL DE ESSE NON IGNARVS CONDITIONIS cum qvo contrahit; aliàs est qvod sibi ipse putet, qvod non inqvisierit, *l. pen. π. ad SC. ced. l. 1. C. si minor se maj. dix.* HEREDI AV

H

HOC IMPVTARI NON POTEST, etsi enim v. g. in præsenti casu & ipse inqvirere potest, utrum filius adhuc sit in potestate an emancipatus, lex tamen & hîc favet heredi, ut ipsum ad hoc non obliget, sicut contrahentes; ratio diversitatis est, CVM NON SPONTE CVM LEGATARIIS CONTRAHAT heres, sicut in veris contractibus fieri solet, sed in qvasi contractu aditionis versetur, & incidat in creditores suos. Aliud est, si expressè adjecerit testator, *ut filio solvat*, sic enim patri solvens non excusatur, *l. 14. §. 2. ff. qvandoties leg.* Conf. *§. ult. J. de Societ.* Sed exceptione seu replicatione doli oppositâ etiam filio solvere jubebitur. Vicissim si de voluntate testatoris vel expressè vel præsumtivè constet, alterutri rectè solvi, tunc exceptio ista heredi haud nocet, nam NON SOLET EXCEPTIO DOLI sive qvod contra voluntatem testatoris & propriam scientiam ei, cui non debebat, solvisset, NOCERE HIS heredibus, QVIBVS VOLVNTAS TESTATORIS NON REFRAGATVR. R. Dec. Exc.

Subjicitur hîc in recentioribus qvibusdam codicibus textus Pauli JCti ex *l. 78. de V. O.*

Si filiusfam. sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit; deinde extiterit conditio: patri actio competit. Qvia in stipulationibus id tempus spectatur, qvo contrahimus.

Sed

Sed neqve Florentina neqve in H
drina aditione extat, neqve Accursius ha
gem agnovit: violetur itaqve à gloſſato
qvo adjecta eſſe, qvia ad rationem dub
utiqve facit. Aliud enim in contractibu
tinet, qvia contrahentes poſſunt ac deben
ditionem eorum cum qvibus contrahu
qvirere.

REGVLA XX.

De interpretatione dubiè leg
tæ libertatis.

POMPONIVS libro ſeptimo ad Sabinu

*QVoties dubia interpretatio Libertatis e
cundum libertatem reſpondendum erit.*

Caſ. Si ita libertatem acceperit ancilla. *
mum marem pepererit, libera eſto. & hæc
partu marem & fœminam peperiſſet, inc
autem ſit, nec per ſubtilitatem judicialem
accuratam judicis indagationem manif
poſsit, qvid prius edidiſſet, dici poſſet ob
rem heredis & hic qvod minimum eſt ſec
R. Dec. dum *l. 9. h. t.* Sed reſpondet Vlpianus *l.*
de reb. dub. in ambiguis rebus humaniorem
tentiam ſeqvi oportere, ut tam ipſa liber
conſeqvatur, qvàm filia ejus ingenuitat
qvaſi per præſumtionem priore maſculo

non ut fortiori, nam idem juris est, si dixisset testatis, *si primum fœminam pepererit, libera esto.* Sed ut à qvo libertatis adeptio dependet. Itaqve ex ista juris ratione regulam Pomponius colligit: QVOTIES DVBIA INTERPRETATIO LIBERTATIS EST, sive legatum libertatis cum alio legato minus favorabili committatur, sive factum ipsum qvoad circumstantiam hanc vel illam incertum & inexplorabile, sive ob verborum obscuritatem, SECVNDVM LIBERTATEM propter ejus favorem RESPONDENDVM ERIT. Heredis itaqve favor, de qvo *d. l. 9. h. t.* cedit favori libertatis.

Regvla XXI.

Argumentum à majori ad minus.

VLPIANVS libro XXVII. ad Sabinum.

Non debet, cui plus licet, qvod minus est, non licere.

Cajus ita libertatem servo dedit, *si qvinqvennio heredi servierit*, deinde heres servum non qvidem statim à morte testatoris non manumittit, sed tamen non patitur eum sibi servire, non exigens operas serviles, nec exhibens alimenta, sed patitur aliis forte operas præstare, idqve ad tempus: postea heres exigit operas à servo; at hic Cas.

pro-

provocans ad libertatem, contendit
non amplius exigi posse, qvia *qvinqvenn*
buisset servire, at tempore jam elapso,
qvennium non superesse, ergo se jam
R. Dec. tum esse. Respondet Vlpianus *l. 3. §. 15.*
tuliberis. qvamvis heres non passus servu
servire per aliqvod tempus, non statim
eum perveniisse ad libertatem, sed den
qvinqvennium præteriisset; ratio, inqvi
jus rei evidens est, is enim qvem qvis no
tur sibi servire, postea pati potest intra
R. dub. qvennii tempus, qvodcunqve superfit.
qvin, objicis, jam qvinqvennio ei servi
potest? prout verba testatoris tamen v
qvippe qvinqvennii jam elapsâ, anteqva
viles operæ exactæ ab herede. Respond
pianus: *sed vel minus potest* ut enim heres
poterat servum manumittere, & totum
qvennium ei remittere; ita & partem p
neqve verba testatoris captanda sunt. E
bus & regulam subjecit Vlpianus: NO
BET, & heres & generatim qvivis CVI
LICET, QVOD MINVS EST, NO
CERE.

Conf. §. si minus. 34. J. de act. l. 110.
verhard. *à Mittelburg Loc. Leg.*

REGVLA XXII.

De Servorum obligatione, arbitrio alieno.

VLPIANVS libro XXVIII. ad Sabinum.

IN personam servilem nulla cedit obligatio.

§. 1.

Generaliter probandum est, ubicunqve in bonæ fidei judiciis confertur in Arbitrium domini vel procuratoris ejus, conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

Stichus promisit domino suo operas artificiales libertorum jurejurando etiam interposito: postea manumittitur à domino, & dominus exigit promissas operas. Stichus detrectat, qværitur an actione ex jurej. cogi possit libertus? Negat Vlpianus *l. 7. de oper. libert.* qvia ut jurisjurandi obligatio contrahatur, libertum esse oportet qvi juret, & libertatis causa jurare: & qvidem post manumissionem, aliàs non obligatur actione puta civili ex jurej. Vnde regulam condit: IN PERSONAM SERVILEM naturaliter accepto *personæ* vocabulo, qvam civiliter caput & personam statumve servus non habeat, NVLLA CADIT OBLIGATIO civilis ex qva actio civilis oritur puta ex conventione aut contractu: secus ex delicto qvo & naturali & civilis obligatione servus tenetur: *l. 14. π. de O. & A.* Sed imò etiam in conventionibus & jurej. imprimis obligatur naturalis jure, cujus Jure Romano hic est effectus, ut exceptio tamen detur

Caſ.

Deciſ.

Limit.

detur & condictio indebiti denegetur, *l.* π. *de fidej.* In conscientia deniqve utiqv ligatur, adeoqve & ita debitum & gentiu & canonicè peti poterit. Conf. infra *l.32.* supra *7. de jur. pens. n.3.*

§. 1.

De arbitrio alieno.

Caſ. Si libertus ita juraverit, *dare ſe qvæ ras patronus arbitratus ſit*, qvæſitum an d

Dec. mas qvasqve operas patronus exigere p Negat Celſus *l.30. de oper. libert.* & non alii

R. dec. tum fore arbitrium patroni, qvàm ſi æ arbitratus ſit. Et fere, inqvit, h. e. re riter ea mens eſt perſonam arbitrio ſubſti tium, ut qvia ſperent eum rectè arbitratu id faciant, non qvia vel immodicè obliga lint. Vnde regulam facit Vlpianus in alii busvis juris articulis: GENERALITER I BANDVM definiendumve EST, VBIC QVE IN BONÆ FIDEI JVDICIIS aut tractibus CONFERTVR IN ARBITR DOMINI VEL PROCVRATORIS E CONDITIO, PRO BONI VIRI & bono

Exc. qvo ARBITRIO HOC HABENDVM E *conf. l. 7.* π. *de contrah. emt.* Planè in co ctibus ſtricti juris, veluti Recepti, ſtari u debet ſententiæ arbitri, qvam de re dixe ve æqva ſive iniqva ſit, & ſibi impute compromiſit, ait idem JC. *l. diem. 27.* §. 2.

cept. At nostri fori usu etiam in hoc & simili contractu bona fides inesse creditur, & ad arbitrium boni viri laudum qvoqve reducitur, *Gail. 1. Obs. 150. V. Exerc. ad π. XII. 7.*

Regvla XXIII.

De præstationibus doli culpæ & casus fortuiti in contractibus.

VLPIANVS libro XXIX. ad Sabinum.

Contractus qvidam dolum malum duntaxat recipiunt: qvidam dolum & culpam: dolum tantum, depositum & Precarium: Dolum & culpam, mandatum, Commodatum, Venditum, pignori acceptum, locatum: item dotis dotio, tutelæ, negotia gesta. In his qvidem alii & π. Flor. legunt qvidem. qvod defendit J. Goth. & diligentiam. Societas & rerum communio & dolum & culpam recipit; sed hæc ita, nisi si qvid nominatim convenit: Legem enim contractus dedit: excepto eo, qvod Celsus putat, non valere, si convenerit, NE DOLVS PRÆSTETVR. hoc enim bonæ fidei judicio contrarium est, & ita utimur. Animalium verò casus, mortes, qvæqve sine culpa accedunt, fugæ servorum qvi custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aqvarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur.

§. 1.

Qvicunqve obligatus eſt ſive ex jur
perſonas ſive ex jure circa res, & vel in
ad rem, id qvod dare, facere oportet,
re debet integuè, ſine læſione, ſine damn
qve nec ſcientiâ ac voluntate tale, id qv
lus malus dicitur, neqve negligentiâ, h
culpa qvæ tamen pro negotiorum dive
gradus recipit, ut alia negligentia ſit, qv
gari diligentiæ & curæ cujusvis patrifam
trariatur, & *lata culpa* dicitur, qvæ & dol
parari ſolet, *l. 226. π. de V. S.* & ab interp
dolus præſumtus vocatur, atqve ſub doli n
etiam hoc loco continetur; alia qvæ o
tur diligentiæ mediocri, non vulgari,
men exqviſitiſſimæ, & *culpa levis*, nomi
alia exactiſſiæ & raræ diligentiæ contradiſ
tur ſub *leviſſimæ culpæ*, vocabulo. P
damnum qvod accedit, *caſus* vocatur *fo*
aut etiam *inſolitus*.

§. 2.

Reg. de doli præſtatione

In univerſum igitur de omni conv
ne omniqve obligatione qvod ad *dolum*
regula obtinet de jure naturæ, gentium
li, eum eſſe præſtandum; Honeſtatis eni
mula eſt: *dolum malum abeſſe abſuturum*
Ambroſius *lib. V. de offic.* qvamvis expre
de re cautum non ſit, qvum de eſſentia c

sus sit ut dolus excludatur. Vnde nec de dolo conventio valet, *l. 7. §. 7. π. de pact.* qvamvis Jus Romanum id regulariter restrinxerit ad contractus bonæ fidei, qvoad effectum juris agendi civiliter, atqve in contractibus stricti juris reqvirat clausulam doli expresse adjici, *l. 19. π. judicat. solvi.* ex qvo usu fori sollennis est hæc omnibus contractibus adjectio.

Qvemadmodum porrò CONTRACTVS & generatim conventiones omnes expressæ atqve tacitæ, jure naturæ & gentium doli præstationem recipiunt, ita QVIDAM eorum DOLVM MALVM ejusve præstationem DVNTAXAT atqve solam RECIPIVNT, sub qva tamen & lata culpa continetur, ut dixi, non item culpa levis. QVIDAM, DOLVM ET CVLPAM, puta levem aut etiam levissimam. DOLVM TANTVM recipiunt præstantve DEPOSITVM *Vid. §. præterea. 3. J. qvib. mod. re contrah. obl. & §. sed is. J. de obl. ex del.* non exclusa lata culpâ, *§ isqvoqve. J. qvib. mod. re contrah. obl. L. qvod Nerva 32. π. depos.* sed non præstatur levis aut levissima: ratio est, qvod solius deponentis utilitas vertitur, & sibi is imputet qvod negligenti rem commiserit. Pariter ET PRECARIVM, qvia hoc ex liberalitate concedentis & qvasi donantis descendit. *l. 8. §. 3. π. de precar.* sed ita ut vel intempestivè revocari possit *l. 14. §. 11. π. de furt.*

§. 3.

culpæ etiam levis simæ

DOLVM ET CVLPAM levem reci
MANDATVM, nam bonam fidem u
præstare eam oportet, qvi procurat, *l.*
mandati. atqve omnem omnino culpam
C. mandat eve&umqve officium, *l. 21. C. e*
eoqve & levisſimam; eoqve jure utimur, *C*
2. 20. def, 11. Hahn. *ad Weſ. π. mand. n. 10.*
terb. *π. Mandat. §. 2. n. 3. ſi.* V. Exerc. *ad*
85, ſq.

COMMODATVM.

Qvod pariter & levisſimæ culpæ præſtatio
reqvirit, *vid. §. 2. J. qvib. mod. re contr*
l. 5. §. 2. π. commod.

VENDITVM.

& ipſam cuſtodiam & diligentiam reqvir
l. 36. π. de act. emt. l. 35. §. 4. π. de contrab.
L. 2. π. de peric. & coram. §. 3. J. de
vend.

PIGNORI ACCEPTVM.

Vid. *§. ult. J. qvib. mod. re contrab. oblig.*

LOCATVM:

Vid. *§. pen. J. de locat. & conduct.*

IT

ITEM DOTIS DATIO,

inæſtimatò ſcilicet datæ, atqve exigit hæc diligentiam qvam uxor rebus ſuis exhibere ſolet, *l. 24. §. 5. ſolut. matr.*

TVTELÆ

qvoqve recipiunt dolum & culpam levem præſtandam, ſed & eam diligentiam exigunt qvam paterfam. rebus ſuis ex bona fide præbere debet, *l. à. tutorib. 33. pr. π. de admin. tut.* ac majorem, qvàm in negotiorum geſtore reqviritur *l. tutori. 20. C. de neg. geſt.* qvæqve fortuitos tantum caſus excludit, *l. 4. C. de peric. tut.* qvo tamen rigore nos non utimur, *Carpz. 2, 11. def. 35.* V Exerc. *ad π. 37, 107.*

NEGOTIA GESTA.

Vid. *§. ſicut autem. 1. J. de oblig. ex qvaſi contr. L. 3. §. interdum. 9. π. de N. G. L. ſi negotia. 11. eo.*

Atqve IN HIS Contractibus vel qvaſi QVIDAM eorum ET DILIGENTIAM eiqve oppoſitam culpam leviſſimam exigunt, velut Mandatum, Commodatum, Venditum, aliiqve, qvi tamen hîc non definiuntur, qvod ipſi inter ſe JCti Romani diſſenſerint, qvod J. Goth. hîc annotavit.

§. 4.

Culpæ levis tantum.

Cæterum SOCIETAS ET RERVM C
MVNIO ET DOLVM ET CVLPAM ta
levem RECIPIT, §. *ult. J. de soc.* SED HA
TA tamen intelligenda sunt, NISI SI QV
præstatione levissimæ qvoqve culpæ NO
NATIM & expressè CONVENIT: LE
ENIM tunc CONTRACTVS hoc pactum
ctum DEDIT : EXCEPTO tamen EO p
QVOD CELSVS PVTAT, NON VALER
CONVENERIT, NE DOLVS PRÆSTE
HOC ENIM ut supra dictum, & BON
DEIJVDICIO atqve contractui CONTR
VM EST, ET ITA VTIMVR eo jure in
sed & in contractibus stricti juris, si clausu
li expressim adjecta.

§. 5.

Casus fort.

ANIMALIVM VERO CASVS fort
morbos, MORTES, QVÆ QVE alia
CVLPA nostra ACCEDVNT, ut FVGA
VORVM talium QVI CVSTODIRI NO
LENT, RAPINÆ, TVMVLTVS, INCEN
AQVARVM MAGNITVDINES, IM
PRÆDONVM & similes vim majorem
nentes, A NVLLO PRÆSTANTVR re
ter, nisi si qvid & horum nominatim co
rit, aut casum culpa præcesserit.

§. item is qvi. J. qvib. mod. re contra
& §. cum autem. J. de emt. & v

Regvla XXIV.

De æstimando Interesse.

PAVLVS libro qvinto ad Sabinum.

Qvatenus cujusqve interfit, in facto, non in jure consistit.

Cajus vendidit Titio canem noxium, sciens ignoranti: & de evictione cavit per duplæ stipulationem: comperto rei vitio actionem instituere vult emtor contra venditorem ad Interesse, qvæsitum est utrum ex stipulatu duplum pretii petere possit? negat Paulus libro V. ad Sabinum, *l. 4. de act. emt.* adjectâ ratione, qvia ex stipulatu eo nomine agere tecum nō possum, anteqvam mihi qvid abesset, h. e. anteqvam res evicta est. Et qvamvis stipulatio seu cautio duplæ etiam Interesse continet, ad evitandas enim probandi interesse difficultates, dupli æstimatione interesse in casum rei evictæ constitui receptum fiat, *Vid. supra Instit. 3, 24. n. VI.* Tamen re nondum evictâ actio hæc ad duplum nondum competit, velut stricti juris: sed tamen tenetur venditor ex emto qvanti emtoris interest scisse vitium, *d. l. 4.* hoc porrò non in duplo pretii consistit, neqve pacto aut lege qvantitas ejus definita est, sed probari debet ab emtore vel in litem jurari & officio judicis constitui, *l. 64. π. de judic. l. 8. de jurej. in lit. Supra lib 4. 17. n. XLI.* Itaqve regulam colligit Paulus:

Caf.

L. 4. π. de act. emt.

R. dub.

R. Doc.

lus: QVATENVS CVJVSQVE INTERSI
FACTO à parte jurej. vel aliter probando
ficio & arbitrio judicis constituendo, fini
NON IN JVRE à lege aut conventione
nito CONSISTIT. Conf. *§. ult. ff. de V. O.*
C. de sententiis pro eo qvod interest.

REGVLA XXV.

De commodo possessionis jure retentionis.

POMPONIVS libro XI. ad Sabinum

PLus cautionis in re est, qvàm in persona.

Caſ. Titius vendidit Cajo agrum, præſti
plæ ſtipulatione in caſum evictionis: Agr
ſeſſionem Sempronius culpâ vel ſponte à
omiſſam occupavit: repetiit Cajus, ſed f
buit probato Sempronii dominio: re igi
victâ, qværitur an Cajus emtor & duplæ
lator ex poſſeſſore petitor factus & victus, r
ſum habeat adverſus Titium venditore
L. 29. §. 1. ff. de evict. R. Dub. & Dec. duplæ petitionem? negat Pomponius
XI. ad Sabinum, *l. ſi rem. 29. §. 1. de evict.*
nim Titius obligatus fuit de evictione, q
men culpâ aut ſponte emtor poſſeſſionem
ſerat, neqve rei incubuerat, qvam utiqv
nere potuerat, ſi vigilaſſet, itaqve vel ipſ
promiſſor duplæ tutus erit, nec litem con

cagetur, si in continenti de socordia emtoris constiterit, vel certè doli mali exceptione se tueri poterit, suscipiendo probationem facti emtoris. Hoc enim jure utimur, pergit idem Paulus, *l. 127. eod.* ut si exceptiones ex persona aut facto emtoris objectæ obstant, venditor ei non teneatur. Deniqve ex jure hoc hanc regulam & qvasi morale Paulus colligit: PLVS CAVTIONIS securitatis, commodi, & utilitatis IN RE ejusqve possessione & retentione EST, QVAM IN PERSONA convenienda, veluti hic venditoris. Conf. §. *commodum. J. de Interdict.*

Regvla XXVI.

De jure alienandi libero, & nemini denunciatione facienda.

VLPIANVS libro XXX. ad Sabinum.

Qvi potest invitis alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest.

Cajus absentibus coheredibus suis arbi- Casus.
trum familiæ erciscundæ apud judicem petiit, & absentium curatoribus constitutis partem suam hereditatis vendidit Titio. Redeuntes coheredes partem alienatam revocant, qvasi jus non fuerit ipsis absentibus id fieri. Re- l. 43. ff.
spondet Vlpianus libro XXX. ad Sabin. arbi- fam. ercisc.

trum familiæ erciſcendæ & provocare ad
ſionem apud judicem vel unum heredem
igitur & præſentibus cæteris & invitis.
QVI POTEST INVITIS coheredibus, ſo
aliis qvibuscunqve ALIENARE rem aut
um qvod in pleno ipſius dominio eſt, M
MAGIS ET IGNORANTIBVS ET ABS
BVS POTEST. Secus autem in eo, qv
num dominium non habet, velut emphy
vaſallus, aut ſaltem ob publicam utilitat
ſtrictum, veluti convicani, *V. l. un. C. no*
habitator. metrocom. ſic & Jure Rom. poſtea
mis conſortibusq; conſtitutionibus Impp
ceſſum erat, ut extraneos ab emtione re
rent, ſed contrariâ Impp. *l. 14. C. de contra*
jus illud *retractus jure* Rom. iterum ſub
fuit: Per conſtitutionem tamen Frideric
reductum, & moribus Germanorum fre
tatum. *Vid. Exerc. ad π. XXX. 136. ſqq.*

REGVLA XXVII.

De pactis, & qvid de jure pub
mutari iis poſſit.

POMPONIVS libro XVI. ad Sabin

NEc ex Prætorio, nec ex ſolenni jure p
rum conventione qvicqvam immut
eſt. Qvamvis obligationum cauſæ pactio
ſint immutari, & ipſo jure, & per pacti co

exceptionem: Qvia actionum modus, vel lege vel per Prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc, cum inchoatur actio, inter eos convenit.

De tribus hîc agit Pomponius, de jure tam Prætorio qvàm civili, de obligationum causis ex utroqve jure descendentium, & de actionum modo ab utroqve jure introducto. De singulis qværitur an privatorum pactis mutari possint. De jure utroqve simpliciter negatur. De obligationum causis regulariter affirmatur à JCto. De actionum modo regulariter negatur, adjecta certâ limitatione. Vnde liqvet Jac. Gothofredum, optimum hujus tituli interpretem, obligationum causas cum actionum modo confundere haud debuisse. Scilicet *obligationum causæ* sunt ipsi contractus vel qvasi aut negotia secundum *præscriptum Juris* civilis aut prætorii acta gesta: *Actionum* & obligationum *modus* est ipsa forma cuilibet negotio à Jure indita. Qvæstio itaqve est de contractu semel à contrahentibus inito juxta præscriptum juris: postea paciscuntur aliqvid, qvod naturæ & substantiæ illius contractus repugnat.

Itaqve Titius Sempronio fundum vendidit octingentis solidis. Mox pretium conventum donatione inter vivos remittit: sed cum pacto hoc, ne donatio insinuetur actis. Mortuo donatore, heres pretium à Sempronio petit: Casus.

qvi

qvi exceptione donationis se defendit: f
plicante herede de nullitate donationis,
tur, qvid juris? Respondetur ad mentem
ponii, pretium esse solvendum, & donati
esse invalidam, & pactum adjectum esse n
qvia NEC EX PRÆTORIO qvod æqvi
naturalem sequitur, NEC EX SOLEMNI
vili JVRE, qvod negotiorum formis sole
tes certas substantiales superaddit, PRIV
RVM CONVENTIONE QVICQVAM I
TANDVM EST, alioqvin ipso jure nullu
Nec obstat, qvod & nuda pactio formare
ipsam actionem, præsertim si ex continen
R. dub. secuta est, *l. 7. §. 5. π. de pact.* nam QVA
OBLIGATIONVM CAVSÆ sive ipsa n
& contractus PACTIONE POSSINT I
TARI, sicuti hoc casu ab emtione recessu
donationem, cum constat in emtione ca
qve bonæ fidei judiciis, re nondum secutâ
abiri ab emtione, sive in totum, sive ex pa
hæc ita *Pomponium* alibi libro VI. ad Edict
libris Lectionum scribere Vlpianus *d. l. 7*
refert, idqve ET IPSO JVRE, fieri potest,
sa prioris obligationis desiit ex renovato
tractu, ET PER PACTI CONVENTI E
PTIONEM, qvoties prioris obligationis
rescindenda aut exceptione elidenda est. *V*
R. dec. *J. quib. mod. toll. oblig. & de Except.* Q
vis, in qvam, hæc ita sunt, parum tamen ju
Sempronium in proposita specie. Q
ACTIONVM & obligationum MODVS
fo

forma, LEGE VEL PER PRÆTOREM INTRODVCTVS, ut insinuatio in donationibus ultra qvingentos solidos, PRIVATORVM PACTIONIBVS NON INFIRMATVR nec tolli potest, NISI TVNC, CVM INCHOATVR ACTIO aut contractus vel negotium, INTER EOS CONVENIT de formando negotio; formare enim ipsam actionem interdum possunt pacta, ea scilicet qvæ legem contractui dant, i. e. qvæ in ingressu contractûs facta sunt, *d. l. 7. §. 5. de pact.* Conf. *l. 5. §. pen. π. de P. V.* si neqve adversus leges, edicta Prætorum, aut Principum constitutiones sunt, *d. l. 7. §. 7.* Itaqve potuissent qvidem paciscentes cum inchoaretur donatio, adjectâ mortis conditione informare actionem, ut donatio non inter vivos, sed mortis causâ fieret, eoqve ipso insinuationis necessitas evitaretur: sed eo neglecto, pactio ista juri publico derogare non valet. Basilicotum Eclogæ concisius hanc regulam cum hac limitatione transtulerunt: *Ἀπὸ ἰδιωτικῆς συμφώνου τὸ νόμιμον οὐκ ἐναλλάσσεται, εἰ μὴ τῷ μάλιστα καὶ ἀρχὰς αἱ ἀγωγαὶ ἀπὸ συμφώνου ἐναλλάσσεται, τῷ αὐτῷ δικαίῳ, ἢ διὰ παραγραφῆς. i. e. à privata pactione jus non immutatur, qvamvis maximè ab initio actiones à pacto immutantur, ipso jure aut per exceptionem.* Deniqve notandum, ex constitutione Justiniani *l. 34. pr. de donat.* non totam donationem irritam esse, sed qvantum ad superfluum duntaxat: trecentos ergo solidos petere potest heres venditoris.

Limit.

Regv-

REGVLA. XXVIII.

De donatoris beneficio co petentiæ.

VLPIANVS libro XXXVI. ad Sabi

Divus Pius rescripsit, eos qvi ex liber conveniuntur, in id qvod facere possu demnandos.

Casus. Titius ut extraneus dotem promi Caja Sempronio. nuptiis secutis, nec dot tâ, Titius defectus est facultatibus ut sol creditoribus non sit. Sempronius pe tem, eamqve integram, Titius partem o eamqve recipit maritus, soluto matri uxoris heres repetit à marito integram do qværitur an admittendus? negat Vlpian

R. dub. *de jur. dot.* ait: *Si extraneus sit, qvi dote misit, isqve defectus sit facultatibus, impu marito, cur eum non convenerit*, adeoqve tus uxori & ejus heredi obligatus est d culpâ suâ non exactâ suoqve periculo, *n si ex necessitate*, velut debitor uxoris, *non*

R. dec. *luntate* donando *dotem promiserat. nam s vit, utcunqve parcendum marito* ut non c tur, *qvi eum non præcipitavit ad solutione donaverat, quemqve in id, qvod facere pos* in solidum, *si convenisset, condemnari* sec Etsi enim alias regulariter qvi obligatu

dum ſolvere tenetur, donatores tamen hoc jure ſingulari gaudent. *Hoc enim* D. PIVS RESCRIPSIT, conſtituit *l. 20. & 41. π. de re judic.* EOS QVI EX LIBERALITATE CONVENIVNTVR propria, non ut heredes donatoris, IN ID QVOD FACERE POSSVNT, CONDEMNANDOS. Conf. *l. 12. ſeqq. l. 54. π. ſolut. matr. l. 25. §. 11. π. de H. P. l. 33. §. ult. π. de donat.*

Regvla XXIX.

De invaliditate originaria, & ratihabitione.

PAVLVS libro VIII. ad Sabinum.

Qvod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere.

Mevius undecim annorum fecit teſtamentum, & inſtituit heredem Titium. Pubes factus moritur. Titius bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas à Prætore petit. Heres ab inteſtato contradicit. Qværitur an Prætor bonorum poſſeſſionem rectè deneget? Rationem dubitandi facit, qvod pubes factus teſtamentum ratum habuit, adeoqve novo conſenſu, ſaltem tacito convaleſcere cœpit: ſed & ab initio habuit teſtamenti factionem, ſaltem paſſivam. Sed rationem decidendi ſuppeditat

Caſus.

Rat. dub.

tat regula juris, qvod impubes non ha
R. dec. teſtamenti faciendi. At ſi qværamus
leat teſtamentum, in primis qvidem anir
tere debemus, an is, qvi fecerit teſtamer
habuerit teſtamentifactionem, *l. 4. π. qv*
fac. Sed non tantum pasſivam, ſed i
vam, *l. 19. π. eo.* Deinde ſi habuerit te
tifactionem, reqviremus an ſecundum
juris civilis teſtatus ſit, *d. l. 4. π. qvi*
Atqvi obſtat regula juris civilis, qv
pubes pubes factus teſtamentum antea
tum ratificatione non poſsit validum re
qvia tempore conditi nullum eorum a
dicium fuit, ait Imp. *§. 1. J. qvib. non eſt*
fac. teſt.

II. Caſus. Similiter actus pupilli inter vivos
initio non accesſit tutoris auctoritas, ſi
ipſo negotio præſens tutor auctor non fu
tempus aut per epiſtolam tutoris ratificat
convaleſcere neqvit, *l. 9. §. 5. π. de aut.*

Reg. Atqve adeo in univerſum regu
QVO Dcunqve negotium AB INITI
ipſo actu & geſtione ſua durante, & qvan
g. ad perſonam & actum pupilli attinet, p
negotio (neqve enim neceſſe eſt ut cu
Gothofredo textum corrigamus, & p
legamus in *l. ſiqvis. 25. §. & juſſum. 4. π*
H.) VITIOSVM EST & invalidum qvoa
ſtantiam & reqviſita eſſentialia, NON PO

TRACTV TEMPORIS ex qvo præsumi nova voluntas ratificatoria posſit, CONVALESCERE. *Vid. l. 210. infra. h. t.* Notandam tamen qvod impossibilitas ratificandi eſt solius juris civilis, non gentium aut naturalis: eo enim potius regula obtinet, qvod omnis consensus superveniens validum reddat actum antea invalidum. Qvam & Jus Rom. in delictis retinuit, nam in maleficio ratihabitio mandato cõmparatur, *l. 152. §. 2. h. t.* itemqve in testamento militari, nudo juri naturali relicto, *§. 4. t. de milit. test.* qvam æqvitatem & Prætor secutus *l. 10. π. de aqva & aqv. pluv.* Sic & in negotiis gestis negotium ab initio nullum ratihabitione fit validum, *l. 6. §. 9. π. de N. G.* itemqve in contractibus eorum qvi in potestate sunt per decisionem Justinianeam *l. fin. C. ad SC. Maced.* cùm nostra, inqvit, novellâ lege *generaliter* omnis ratihabitio prorsus retrotrahatur, & confirmet ea qvæ ab initio subsecuta sunt. Eoqve jure utimur, *Vid. Exerc. ad π. VIII, 29.* nisi lex civilis, ob odium rei, speciatim ratihabitionem excludat. Limit.

Regvla. XXX.

De perfectione nuptiarum.

VLPIANVS libro XXXVI. ad Sabinum.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

Titio legatum est sub conditione *milia nupsisset.* Titius nubit in familia rem solennitate consveta ducit, sed ip nitatis die anteqvam uxor in cubiculu venit, moritur. qvæsitum fuit, an mar pleverit conditionem?

Respondet Vlpianus *l. 15. de condit* videri impletam conditionem: NVPTI NON CONCVBITVS præcisè, etsi reg intendi solitus, si vi majori impeditu CONSENSVS saltem FACIT, scilicet no salitius de nuptiis tuturis, sed ipse nup præsenti, solennitate aliqvâ declaratus, qve jure, Benedictione sacerdotali. *Vi Instit. 1, tit. 10. n. XVI.*

REGVLA XXXI.

De obligatione ex promi rei impossibilis.

VLPIANVS libro XLII. ad Sabi

VErum est, neqve pacta, neqve stipu factum posse tollere: Quod enim imp est, neque pacto neque stipulatione potest c hendi, ut utilem actionem aut factum efficer

Cajus vendidit Titio servum, pacto vel etiam stipulatione adjectâ, *Sanum esse, furem non esse, vispellionem non esse*, & cætera. comperiens emtor Sanum non esse, aut furtum aliqvando feciſſe, aut viſpellionem ſive turpem perſonam, *l. 72. §. 5. π. de ſolut.* eſſe, qværitur an ex ille pacto ſeu ſtipulatione actio detur ad præſtationem vitiorum & factorum iſtorum? negat Paulus libro XII. ad Sabinum, *ſi ſtipuler*, ait, *ut id fiat, qvod natura fieri non concedit: non magis obligatio non conſiſtit, qvàm cum ſtipulor, ut id detur qvod dari non poteſt.* Sed & Vlpianus libro XLII. ad Sabin. de hac ipſa ſtipulatione ait: *inutilis ſtipulatio qvibusdam videtur: qvia ſi qvis eſt in hac cauſa*, ac conditione, ut non ſit ſanus, ut ſit fur aut alia turpis perſona, *impoſſibile eſt* præſtari, *qvod promittitur*, qvoniam factum infectum fieri neqvit: *Si non eſt* in tali cauſa, *fruſtra eſt* qvod qværitur. Atqve pergit, (reduniendi enim ſunt iſti textus) VERVM EST, & eatenus concedendum, NEQVE PACTA, NEQVE STIPVLATIONES FACTVM POSSE TOLLERE, ut infectum fiat; QVOD ENIM IMPOSSIBILE EST, NEQVE PACTO NEQVE STIPVLATIONE POTEST ita COMPREHENDI ac efficaciter promitti, VT VTILEM ſaltem ACTIONEM AVT FACTVM aliter qvàm eſt, ejusqve præcisè præſtandi obligationem verè EFFICERE POSSIT. Planè ſi emtor damnum aut intereſſe ſuum probare poteſt, hactenus actio ad intereſſe admittitur. itaqve pergit Vlpianus:

Caſus.

l. 3. pr. π. de V.O.

R. dec.

l. 31. π. de evict.

Reg.

Limit.

nus: *Ego puto verius, hanc ſtipulatio*
rem non eſſe &c. ſuo modo *utilem eſſe:*
continere, quod intereſt, horum quid eſ
rum quid non eſſe. Sed & ſi cui horum ſ
dictum PRÆSTARI ſanum eſſe, *multo n*
lere ſtipulationem. qvia præſtatio inter
tinet. *Alioqvin* ſi regulam abſolutè in
mus, *ſtipulatio qvæ ab Ædilibus* in hæc ip
proponitur, inutilis erit; qvod utique n
probabit. Conſt. *l. 1. §. 1. π. de ædil. Edi*
l. 24. h. t. & *§. 11. J. de inut. ſtip.*

REGVLA, XXXII.

De Servorum obligatio

VLPIANVS libro XLIII.
Sabinum.

QVOD ATTINET AD JVS CIVIL
VI PRO NVLLIS HABENTVR,
caput habent, nullam perſonam ſuſtin
eos nulla cadit obligatio, *ſupra l. 22. h.*
TAMEN ET JVRE NATVRALI; e
ipſo Jure Civili recepto, veluti in jur
bernii, peculii, delictorum &c. *l. 8. h. t.*
QVOD AD JVS NATVRALE ATTI
MNES HOMINES ÆQVALES SVNT,
re omnes homines liberi naſcuntur, *pr.*
bertin. l. 4. π. de J. & J.

Regvla XXXIII.

Beati posſidentes.

POMPONIVS libro XXII. ad Sabinum.

IN eo qvod vel is qvi petit, vel is à qvo petitur lucrifacturus eſt, durior eſt cauſa petitoris.

Titius prædium Cajo vendidit: mox & Sempronio vendit & tradit. Qværitur an Cajus actione emti venditi prædium petere poſſit? negant Impp. *l. 15. C. de R. V.* qvum & ſi ex cauſa donationis duo dominium rei vindicent, eum cui priori poſſeſſio ſoli tradita eſt, haberi potiorem conveniat. Itaqve IN EO QVOD VEL IS QVI PETIT actor non poſſidens, VEL IS A QVO PETITVR reus poſſidens LVCRIFACTVRVS EST, ut neuter in damno vitando verſetur, DVRIOR EST CAVSA PETITORIS, & major favor poſſeſſionis adeptæ, qvod & naturali & civili ratione nititur; nam & plenius & perfectius acqviſivit, qvi & dominium & poſſeſſionem habet, qvàm qvi jus ad rem ſolum aut dominium abſqve poſſeſſione: ſed & vigilantiori jus ſubvenire debet, & poſſeſſorum turbatio evitanda. Conf. *l. 106. & l. 126. §. 2. h. t.* Caſus.

REGVLA XXXIV.

De interpretatione conventuum.

VLPIANVS libro XLV. ad Sabinum.

SEMPER IN STIPVLATIONIBVS CÆTERIS CONTRACTIBVS & c onibus ID SEQVIMVR in judicand Ieant necne, QVOD ACTVM EST in fcentes, fivè expreſsè, fivè tacitè ſaltem tractibus enim rei veritas potius, qvàm ra perſpici debet, *l. 1. C. plus valere qv* AVT SI NON PAREAT QVID AC gitatum & intentum EST, ERIT C QVENS VT ID SEQVAMVR QVOD aut REGIONE INQVA ACTVM ES QVENTATVR in tali ſpecie convent QVID ERGO, SI NEQVE REGION APPAREAT certus, QVIA VARIVS pro lubitu pacifcentium obtinuit ? QVOD MINIMVM EST, REDI SVMMA EST de qva qværitur, velu rum, *l. 1. & 37. π. de uſur.* eadem rat mis voluntatibus, *l. ſi ſerv. 56. de leg nummis. 75. de leg. 3.* Conf. ſupra *l. 9 114. eod.*

Regvla XXXV.

De modo solvendi verborum obligationem.

VLPIANVS libro XLVIII. ad Sabinum.

Nihil tam naturale est, quàm eo genere qvidqve dissolvere, qvo colligatum est. Ideoqve verborum obligatio verbis tollitur. Nudi consensus obligatio, contrario consensu dissolvitur.

Qvæstio hîc non est de modo tollendi obligationes in universum, sed de modo tollendi obligationem verborum sive stipulationis, utrùm ea tolli possit qvovis pacto aut contractu, an sola stipulatione sive propriè loqvendo, *acceptilatione*. Et respondit Vlpianus libro XLVIII. ad Sabinum, affirmativè. Ait: *Acceptum fieri non potest, nisi qvod verbis obligatum est: acceptilatio enim verborum obligationem tollit: qvia & ipsa verbis fit. Neqve enim potest verbis tolli, qvod non verbis contractum est.* Atqve hinc subjecit regulam hanc: NIHIL TAM NATVRALE EST naturæ cujusvis rei, nam omnis res per qvascunqve causas nascitur, per easdem dissolvitur, *c. 1. X. de reg. jur.* imprimis moralis, *Aristot. 5. Polit. 8. §. 1.* conveniens, QVAM EO GENERE & modo atqve medio, sed in contrarium acto, QVODQVE DIS-

Qv. L. 8. §. 3. ff. de acceptil.

SOLVERE, QVO COLLIGATVM EST
OQVE VERBORVM OBLIGATIO;
dum naturam ſtipulationis, non alio m
nere ac medio, qvàm qvo nata & colli
ſolis VERBIS ſive acceptilatione TOL
non autem alia conventione, nullis ve
R. Doc. ſolennibus formulis, ſed ſolo conſenſu
turæ & gentium conſtante: atqve hoc
Romano, cujus propria eſt ſtipulatio
verò qvantum ad contractus juris n
gentium, NVDI CONSENSVS OBLIC
veluti emtio venditio, re nondum
CONTRARIO CONSENSV absqve ſt
ne aut acceptilatione etiam jure Rom
SOLVITVR. *Conf. §. 1. & ult. J. qvib.*
oblig. & l. 100. h. t.

REGVLA XXXVI.

De non immiſcendo ſe bus alienis.

POMPONIVS libro XXVII
Sabinum.

CVlpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe
nenti.

Caſ. Titius vendidit hereditatem ſib
entem Cajo, poſtea debitor unus aut a
ditatis ſolvit venditori, & hîc ſolutos

perdidit: emtor ſolutos repetit à venditore. Qværitur an jure? Ratio dubitandi eſt, qvod venditor non malâ fide ſolutionem acceperit, ſed animo reſtituendi emtori velut negotiorum geſtor; qvod verò interea amiſerit, caſui fortuito eſſe imputandum. Itaqve idem Pomponius libro hoc XXVII. ad Sabin. ait: *Si venditor hereditatis exactam pecuniam ſine dolo malo & CVLPA perdidiſſet, non placet, eum emptori teneri.* Verum ratio decidendi in regula noſtra continetur, qvia CVLPA EST eo ipſo à venditore commiſſa, qvod acceperit pecuniam poſt venditionem & traditionem ad ſe non pertinentem, adeoqve voluerit IMMISCERE SE REI AD SE NON PERTINENTI amplius, præſente emtore, & cujus negotium ipſe inutiliter geſſit, intempeſtivè atqve temerè ac ſine ſperati. R. dub. R. dec. l. 3. π. de hered. vend.

Regvla XXXVII.

De officio judicis abſolutorio.

VLPIANVS libro LI. ad Sabinum.

NEmo qvi condemnare poteſt, abſolvere non poteſt.

Ita legitur textus in π. Florentinis: perperam vulgo, *Nemo qvi condemnare non poteſt,* Caſ.

absolvere potest. Speciem facti suppe
jus *l. 5. de publicanis.* Publicanus aut
familia ejus vi aliqvid ademit vector
Prætoris Edicto ad restitutionem & p
git. Publicanus litem contestatur,
rem restituit, & sententiam absolutoria

R. dub. Qværitur an judex eum possit absolve
tionem dubitandi suggerit idem JCtu
post acceptum judicium nihilominus pœn
Ergo qvi tempore litis contestatæ con
potuit, postea non potest absolvere.
tim judex pedaneus, aut delegatus, qv
scripto judicat. Decidit tamen pro
no, ait: *Sed tamen absolvendus est etiam*
acceptum judicium restituere paratus est
ad lites imminuendas, probationum di
tes & ambages evitandos, & ad odium
rum & famosorum judiciorum effugi

R. dec. *l. 73. π. de procur.* præsertim cum obl
fieri soleat non velut à confesso, sed e
litis gratia. Itaqve formulæ, qva jubetur
aut condemnari reus, tacite continetu
jus absolvendi, causâ cognitâ. Hinc
judicia absolutoria dicuntur. *Vid. §. u*
perpet. & temp. act.

REGVLA XXXVIII.

De pœnali obligatione
redis.

POMPONIVS libro XXIX. ad Sabinum.

Sicuti pœna ex delicto defuncti, heres teneri non debet, ita nec lucrum facere, siqvid ex ea re ad eum perveniſſet.

Et regula hîc & ejus exceptio continetur. Regula eſt, heredem non teneri pœna ex defuncti delicto: niſi, in qvantum ex delicto ad heredem pervenit, lucrumve ex eo percepit & locupletior factus eſt. Rationem regulæ & exceptionis pariter Vlpianus *l. 5. de calumn.* ſuggerit: Nam conſtitutum eſt, inqvit, turpia lucra heredibus qvoqve extorqveri, licet crimina extingvantur. Paulus: *ſi pœna alicui irrogatur, receptum eſt commentitio jure, ne ad heredes tranſeat, cujus rei illa ratio videtur, qvod pœna conſtituitur in emendationem hominum, qvæ mortuo eo, in qvem conſtitui videtur, deſinit. l. 20. π. de pœn.* Secundo reſtringitur regula ad actiones ex delictis, & excipiuntur actiones ex contractibus, licet delictum qvoqve verſetur, veluti ſi tutor dolum fecerit, *Vid. l. 49. π. de O. & A.*

Conf. *§. 1. J. de perpet. & temp. act. & l. III. §. 1. h. t.*

Regvla XXXIX.

De mora tertiie, jusq; effectū, qvo non factum habetur pro facto.

POM-

POMPONIVS libro XXXII. ad S

IN omnibus cauſis profacto accipitur i per alium moræ ſit, qvo minus fiat.

Ita legunt Gand. Flor. alii: *mor qvo qvis alium perhorreſcit, qvo m.f.* r ctio melior.

Caſus. Titius heres inſtitutus fuit, ſi municipio poſuerit. Paratus eſt, p conditionem implere: atqve ob id à n bus locum, ubi ponat, petit. Sed loc nicipibus ei non datur: nihilominus hereditatis petitionem. Qvæſitum a Reſpondit Sabinus & Proculus, referen ponio, heredem eum fore. *l. 14. π. de dem.*

R. dub. Ratio dubitandi eſt, qvod fact
R. dec. ranon extiterit: ergo nec effectus eju poſſit: cum non entis nulli ſint effectus. cidendi eſt, qvod nihil imputari poſſ dare facere debuit: Igitur ratio juris & tis reputat voluntatem pro facto, & eu ris effectum tribuit. Conf. infra *l. 161.*

REGVLA XL.

De Furioſi & Prodigi ligatione.

POMPONIVS libro XXXIV. ad Sabinum.

Furiosi, vel ejus cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est.

Titius opus novum fecit, ex qvo aqva pluvia vicino nocet; neqve vicinus novum opus nunciavit. Hujus heres actionem aqvæ pluviæ arcendæ contra Titium instituit, Titius excipit patiente vicino id factum, itaqve se non teneri actione hac, *l. 19. π. de aqv. & aq. pluv.* Replicat heres, vicinum defunctum fuisse furiosum, vel cui bonis interdictum. Qværitur an valide? affirmatur utiqve. qvia neuter obligatur, furiosus per naturam, qvia mente caret: prodigus per interdictum judicis. atqve hactenus regulam colligit Pomponius: FVRIOSI VEL EJVS CVI BONIS INTERDICTVM SIT, NVLLA VOLVNTAS EST obligandi sese, ob rationem allegatam: non item acqvirendi sibi, hæc enim facultas. *prodigo* per interdictum ademta haud est, *l. 6. π. de V. O.* similiter & ex delicto obligatur, secus ac furiosus, *l. 13. sq. π. de off Præsid.* Caf. R Dec.

Regvla XLI.

De favore rei & actoris comparato.

VLPIANVS libro XXVI. ad Edictum.

Non debet actori licere, qvod reo non permittitur.

Ratio

Ratio facilè patet, qvia favorabi
potius, qvàm actores habentur, *l.* 126.
Gellii *Lib. XIV. c.* 2. Æg. Menagii *Am*
Civ. c. XXXIV. Nisi ipsa administrati
interdum postulet, ut qvædam actori
qvæ reo non licent, *l. inter stipul.. 83.*
V. O.

Vid. etiam Exerc. ad π. XLII. §. 17.
tur mox alia exceptio.

§. 1.

Favor damni vitandi major qvàm
ptandi. *In re obscura, melius est faver*
tioni, qvàm adventitio lucro.

Titius solvit Cajo, & moritur: h
res repetit à Cajo ut indebitè solutum
debuisset, Sempronio solvi. Cajus e
scientia Titii, qvo casu condictio non c
Cum autem de scientia non certò cons
gula prædicta de favore rei locum ne
hîc, IN RE OBSCVRA enim MELIV
præsumtioqve juris & æqvi postulat, F
REPETITIONI adeoqve actori in dan
tando versanti, QVAM ADVEN
TIO LVCRO qvod reus
captat.

Regvla XLII.

De justa Successoris & fidejussoris ignorantia: & favore rei præ actore.

GAJVS libro nono ad Edictum Provinciale.

Qvi in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiæ, an id qvod peteretur, deberetur: Fidejusores qvoque non minus qvàm heredes, justam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de herede dicta sunt, si cum eo agetur, non etiam si agat: Nam planè qvi agit, certus esse debet, cum sit in potestate ejus qvando velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

Sempronius deposuit rem apud Titium: qvo mortuo heres à Sempronio conventus, inficiatur depositum. actor producens testes probat depositum & petit restitutionem rei & infamiæ pœnam contra inficiantem. Qværitur an & pœna hîc locum habeat? Respondetur negativè. Etsi enim regulariter contra inficiantem competit, excipitur tamen heres. Ratio est, qvod in alieni facti ignorantia tolorabilis error est, *l. ult. π. pro suo.* Ex qva generaliter ista de omni successore etiam singulari, ut emtore, legata- Casus. R. dub. R. dec. Reg.

gatario, fideicommissario, constituitu
QVI IN ALTERIVS LOCVM SVCC
JVSTAM HABENT CAVSAM IGN
TIÆ facti alieni AN ID QVOD PETE
ampl. ex eo DEBERETVR. eaqve regula ex
ad FIDEJVSSORES QVOQVE qvi N
NVS QVAM HEREDES JVSTAM
RANTIAM facti debitoris principa
qvam alieni, POSSVNT ALLEGARE
limit. *si fidejussor. 29. pr. π. mandati.* Ref
porrò regula ad successores & fidejusso
ventos seu reos, & excipiuntur iidem
ctores, HÆC ITA DE HEREDE
SVNT, SI CVM EO AGETVR
ETIAM SI AGAT: ratio exceptionis
tum in genere est regula superior, qv
favorabilior sit actore, sed & speciat
NAM PLANE QVI AGIT, CERTV
DEBET, CVM SIT IN POTESTATE
QVANDO VELIT EXPERIRI: ET
DEBET REM DILIGENTER EXPLO
etiamsi sit factum alienum, ex qvo a
vult fundare, ET TVNC AD AGE
PROCEDERE. conf. infra *l. 177. §. 1. b.*

REGVLA XLIII.

De cumulatione actionum
ceptionum: & iterum de fav
rei præ actore.

VLPIANVS libro XXVIII. ad Edictum.

NEmo ex his qvi negant se debere, prohibetur etiam alia defensione uti: nisi Lex impedit. Qvotiens (vero) concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una (tantum) qvis experiri debet.

Titius agit contra Sempronium ex mutuo: reus litem contestatur negativè. actor probat mutuum, reus opponit exceptionem compensationis. Qværitur an audiendus? Etsi autem variatio regulariter prohibita est, *l. 4. l. 7. π. de lege commiss.* & nemo debet facto proprio contravenire, *l. 25. π. de adopt.* Excipitur tamen reus conventus, qvi non prohibetur pluribus exceptionibus uti, etsi *diversæ* sint, *l. 8. π. de excep.* Vnde regulam Vlpianus colligit: NEMO EX HIS reis QVI NEGANT SE DEBERE, PROHIBETVR ETIAM si probavit intentionem suam actor ALIA DEFENSIONE vel exceptione, veluti hîc compensationis VTI: NISI LEX IMPEDIAT, veluti si compensatio est illiqvida & altioris indaginis, *l. fin. C. de compens.* prior itaqve de variatione regula propriè ad actorem pertinet, nam QVOTIES CONCVRRVNT PLVRES ACTIONES EJVSDEM REI NOMINE, VNA tantum semel electâ QVIS EXPERIRI DEBET. *Vid. §. 5. J. qvod cum eo qvi pot. & l. 9. §. 1. π. de tributor.* Ratio differentiæ est favor rei & liberationis. Arrianus ait:

Caſ. R. Dub. R. Dec. Except.

multum interesse qværas, utrum aliqv
tur, an aliqvis *liberetur*. Vbi de o
qværi ur, propensiores esse debere nos
amus occasionem, ad negandum. V
berando, ex diverso, ut faciliores sim
berationem. *L. Arrian. 46. π. de O.&*
biqve scilicet favor debitoris cernitu
initio qværatur de vi contractus, an
obliget, ut *si habeamus occasionem* sive
in contrarium pro negativa, ut hanc p
sione adhibeamus; sive postea an debi
beratus exceptione oppositâ, ut & hîc p
tiones pro liberatione potius seqvamu
nè qvoties incertum est, qvæ potius a
at, duas actiones proponere possumus
stati, ex alterutra nos velle conseqvi
pianus *l. 1. §. 4. Qvod legator.* qvod *ex*
ter cumulare actiones dicimus, *Vid. si lit*
Art. Analyt. in Jure 1. 5, 6. & conf. *inf*
h. t.

J. Arrian π. de O. & A.

Limit. Exc.

REGVLA XLIV.

De Heredis obligatione in tum teneatur.

VLPIANVS libro XXIX. ad Edi

TOties in heredem damus (actionem qvod ad eum pervenit, qvoties ex do ti convenitur, non qvoties ex suo.

Textus hic integer cum ſpecie ſua extat in *l. 9. §. 2. π. de tributor. act.* ſcilicet *ſi ſervo teſtamento manumiſſo peculium legatum ſit*, qværebatur, an heres ex peculio tributoria teneatur? Labeo ſimpliciter negavit: *non debere heredem tributoriâ teneri, qvaſi neqve ad eum pervenerit, neqve dolo fecerit, Labeo ait.* at Pomponius affirmat, teneri regulariter, niſi cautelâ adhibitâ: *Sed Pomponius libro* LX. *ſcripſit: heredem niſi curaverit caveri ſibi à ſervo, ut creditoribus petulii ſatisfaceret, vel deduxit à peculio qvod debebat ſervus, & tribuendum erat, teneri tributoriâ. qvæ ſententia*, inqvit Vlpianus, *non eſt ſine ratione: ipſe enim* heres *auctor doli eſt, qvi id egit, ne* tribueret: TOTIES ENIM IN HEREDEM DAMVS DE EO QVOD AD EVM PERVENIT, QVOTIES EX DOLO DEFVNCTI CONVENITVR: NON QVOTIES EX SVO, ut in ſuperiori caſu. *Conf. l. 152. §. 3. h. t.*

REGVLA XLV.

De re ſua an alio qùoque titulo haberi poſſit.

VLPIANVS libro XXX. ad Edictum.

NEqve pignus, neqve depoſitum, neqve precarium, neqve emtio neqve locatio (conductio) rei ſuæ conſiſtere poteſt.

Casus. Speciem suppeditat Africanus re
vix dubitabilis, *l. si de eo. 40. §. fi.*
poss. puta si servum meum, vel aliam
fidei emtori clam abduxerim, qværitur
fidei possessor interdicto qvod vi aut c
rem repetere? Respondit Africanus,
me clam possidere: qvia neqve precari
ne neqve conductione SVÆ rei dominu
parem porrò esse rationem etiam huju
& non posse causam clandestinæ possessio
duabus causis separari, qvum regularit
ratio hactenus sit conventionum omni
qve Vlpianus hanc regulam generale

Reg. tuit: NEQVE PIGNVS, in re ante
re postea emta vel aliter acqvisita, NEC
POSITVM, NEQVE PRECARIVM,
EMTIO, NEQVE LOCATIO-condu
SVÆ dominio postea qvæsito CONV
amplius POTEST, sed obligatio & act
na ex pignoratitio & cæteris contracti

Limit. 1. jam extincta est. Planè si dominus re
vi rapit, utiqve de vi tenetur, *Vid. §. 1*

2. *bondr. rapt.* Præterea restringendum e
proprietatem, & excipienda *possessio* re
apud alium exsistens, illam enim posse
dominus precariò aut pignore vel con
ne adipisci potest, ut Vlpianus eodem
bro docet *l. si pignore. 22. §. 3.*
act.

Digitized by Google

§. I.

De pactis contra jus adjectis.

Privatorum conventio juri publico non derogat.

Itaqve pactum commissorium pignori adjectum, ut solutione stato tempore non facta, pignus jure dominii teneri nec superfluum pretii solvi debeat, non valet, qvia legi publicæ contrariatur.

Confer supra Reg. Nec ex Prætorio. 28.

Regvla XLVI.

De pœnæ privatæ repetitione.

GAJVS libro X. ad Edictum Provinciale.

Qvod à qvoqve pœna nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.

Debitor creditori pignus surripuit, hic contra illum furti egit & pœnam dupli consecutus est unà cum pignore surrepto. Postea debitor solvit & pignus unà cum pœna repetit. Qværitur an pœna restituenda? Et qvidem non oportere id restitui, qvod ipse debitor ex furti actione præstitit, peræqvè relatum est & traditum, inqvit Vlpianus *l. 22. pr. de pignor. act.* &

Casus.

Decis.

ita Papinianus libro IX. qvæſtionum a
bitor pignus ſurripuit, qvod actione fur
nullo modo recipit. l. 79. π. de furt. & ali
nus: pœnæ non ſolent repeti, cum
ſunt, *l. 42. de condict. indeb.* Itaqve
conſtituta limitanda: QVOD A QV
POENÆ NOMINE EXACTVM EST
DEM ſurripienti etſi domino, RESTI
Exc. 1. NEMO COGITVR. Planè ſi *alius* pi
ripuit & pœnam ſolvit creditori, ato
tor pignus luit, pœna cum pignore
da eſt debitori ut domino, *d. l. 22. pr. a*
Sic & hereditatis poſſeſſor unà cum h
etiam pœnam reſtituit vero heredi, *l.*
2. *π. de H. P.* Itemqve in *commodato* &
pœna domino reſtituenda non eſt, pr
teruſurium medii temporis commo
conductori interceptum, *Vid. l. fin. §*
furtis.

REGVLA XLVII.
De obligatione ex conf

VLPIANVS libro XXX. ad Edi

CONſilii non fraudulenti nulla obl
Cæterum, ſi dolus & callidit as inte
dolo actio competit.

Reſtringitur hac regula alia de C
conventionibus dato, qvod ex eo regul

la obligatio nulla actio oriatur, de qva *§. 1. J. de mandato.* Ratio eſt, qvia conſilio non contrahimus, non promittimus. itaqve Tullius ait: Qvid debet qvi conſilium dat præſtare præter fidem? *lib.* XVI. *ad Attic. 7.* Excipitur igitur dolus conſiliumve fraudulentum, CONSILII NON FRAVDVLENTI duntaxat NVLLA OBLIGATIO EST: CÆTERVM SI DOLVS ET CALLIDITAS INTERCESSIT, DE DOLO ACTIO COMPETIT. *Vid. l. qvod ſi cum ſcires. 8. π. de dolo.*

§. 1.

Socii mei ſocius, meus ſocius non eſt.

Cum enim ſocietas conſenſu contrahatur, ſocius mihi eſſe non poteſt, qvem ego ſocium eſſe nolui ſeu non admiſi in ſocietatem, ait idem Vlpianus, *l. 19. π. pro ſocio.* qvanqvam factum ſocii mei alteri meo ſocio diverſæ ſocietatis præſtare debeo, *Vid. d. l. 19. 20. 21. & 22. π. pro ſocio.* Secus eſt in amicitiis & inimicitiis, ubi regula obtinere ſolet: Amicus inimici mei, inimicus meus eſt, vel præſumitur. *L. liberi. 28. C. de inoff. teſtam.* Plutarchus *lib. de amicor. multit.* ait: *Inimicitiæ ſtatim comitantur amicitias, iisqve ſe immiſcent, neqve fieri poteſt, ut amici non fiant injuriarum, ignominiarum, odiorumq; participes: inimici enim amicum ejus, qvem oderunt, ſuſpectum illico habent, maleq; ei cupiunt.* Vid. Jac. Gothofr. *C. Theod. de inoff. teſtam. pag. 176.*

REGVLA XLVIII.

De Factis ex iracundia & rum valore.

PAVLVS libro XXXV. ad Edict

Quicquid in calore iracundiæ vel fit v in conventionibus, secus in del *prius* obligat nec *ratum est, quam si pe tia apparuit judicium animi fuisse* & con luntas unde id profluxit: *idcoque*, pe missio repudio, *si brevi reversa uxor es vortisse videtur.* neque enim verum d est, nisi qvod animo perpetuam con dissensionem fit. ita plenius in *l. 3. π.* Conf. *l. 7. eod. l. 33. π. de R. N. l. 31. π. d l. 37. π. de pact. dot. L. 64. π. de donat. i II.* cau. *2. q. 3. can. siquis iratus.* Manud *mor. ad JP. c. VII. 31. sq.*

REGVLA XLIX.

De effectu doli alien

VLPIANVS libro XXXV. ad Ed

Alterius circumventio alii non pre nem.

Casus. Tutor Titii vendidit eqvos late laborantes Cajo, sciens decepto. Fi

lâ Titius petit pretium pro eqvis à tutore venditis. Qværitur an actio emti venditi detur Titio? negat Vlpianus, exceptione enim doli repellitur Titius; etsi enim, inqvit *l. 4. §. 23. de doli mali except.* per tutorum personas pupillis favetur, tamen dicendum, sive qvis emerit à tutore rem pupilli, sive dolo qvid tutor fecerit, & ex eo pupillus locupletior factus est, vel fieri intendit, pupillo nocere debere dolum tutoris. Itaqve in universum conficitur: ALTERIVS circumvenientis dolus & CIRCVMVENTIO, ALII cujus nomine res gesta est, NON PRÆBET ACTIONEM. Rat.dub. Dec.

Conf. l. 198. infra h. t.

REGVLA L.

An obligetur qvi prohibere neqvit.

PAVLVS libro XXXIX. *ad Edictum.*

Cvlpa caret qvi scit, sed prohibere non potest.

In omnibus scilicet noxalibus actionibus, ubicunqve scientia exigitur domini, sic accipienda est, si cum prohibere posset, non prohibuit. aliud est enim, auctorem esse servo delinqventi h. e. non prohibendo si possim, itaqve connivendo: aliud simpliciter pati delinqvere qvum pati cogar aut non possim prohibere,

ait Vlpianus *l. 3. de noxal. act.* & latiu
Paulus *l. fq.* & tandem concludit: R
qve dicitur, scientiam ejus accipien
prohibere potest. Et hoc in toto Edi
xalibus actionibus intelligendū est, ir
verbum. Atqve huc pertinet, qvód
phi causæ moralis speciem definiunt,
non impedit, cum possit & teneatur.

REGVLA LI.

Capere cum onere resti
qvem habeat effectum

*GAJVS libro XV. ad Edictu
vinciale.*

*NOn videtur qvisqvam id capere, q
cesse est alii restituere.*

Cas. Pater fecit testamentum institut
uxore, & liberis in legitima, sed cum
decommissi, ita ut mater dum vivit
ctum in legitima liberorum habeat.
an liberi testamentum patris impugn
R. dub. sint? Ratio dubitandi, qvod habea
mam & titulo institutionis.

Sed respondetur, qvod possint i
re, qvia legitimam cepisse non in telli
demum post mortem matris capere de

qve NON VIDETVR QVISQVAM ID CAPERE de præsenti, & cum effectu, QVOD EI NECESSE EST ALII RESTITVERE sive statim sive post tempus. *Vid. Exerc. ad π. §. & l. 71. infra de V. S.* itemqve supra *l. 13. h. t.*

Regvla LII.

De contumacia & Non defendere qvis intelligatur.

VLPIANVS libro XLIV. ad Edictum.

NOn defendere videtur, non tantum qvi latitat, sed & is, qvi presens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.

Titius conventus in judicio non comparet, sed ejus minister interponit protestationem contra ea qvæ absente domino agerentur. Qværitur an contumaciæ reus sit Titius? Ratio dubitandi est, qvod se defenderit, protestatione & reservatione sui juris interposità. Sed respondetur, qvod talis defensio sit nulla & nullam responsionem contineat. Nam procurator ita defendere videtur, si judicium accipiat, & ea faciat, qvæ dominus in litem faceret, ait Vlpianus *l. 35. §. 3. de procur.* Contra verò NON DEFENDERE adeoqve contumaciæ reus VIDETVR NON TANTVM QVI LATITAT planè non comparens, de qvo non est dubium SED ET IS QVI PRÆSENS est ipse aut per

Casus.

R. Dub.

R. dec.

per alium proteſtando NEGAT SE
IDERE ſed reſervare tamen ſibi defe
interim contra indefenſum non debe
in contumaciam, AVT NON VUL
PERE ACTIONEM, & reſpondere ac
litemqve conteſtari. In omnibus a
bus hiſce habetur pro contumace & q
dem alterius defenſionem aut reſp
detrectat.

REGVLA LIII.

De alienatione in frau
tertii.

PAVLVS libro XLII. ad Edi

*CVjus per errorem dati repetitio eſt, c
to dati donatio eſt.*

Qvæſtio eſt de revocanda do
fraudem tertii, veluti patroni aut cr
Ratio dubitandi petitur à condictior
ti, qvod conſulto datum repeti non p
tantum qvod per errorem. Sed re
ipſum qvi conſultò dedit, repeter
non poſſe; ſed eum in cujus fraud
eſt, & hujus intuitu par utriusqve rati
JVS PER ERROREM DATI REPE
EST à dante, EJVS CONSVLTO D
NATIO EST qvæ ſi in fraudem tert

æqve repeti poteſt. *Conf. l. 5. & l. 12. π. ſi quid in fraud. patroni §. 6. J. de act. L. 6. §. 11. π. qua in fraud. cred.*

Regvla LIV.

De transmiſſionis effectu.

VLPIANVS libro XLVI. ad Edictum.

Nemo plus juris ad alium transferre poteſt, qvàm ipſe habet.

Id qvod per ſe patet, & ex natura cauſæ & effectus conſtat. idqve in omnibus cauſis & ſucceſſoribus tam univerſalibus qvam ſingularibus verum eſt, Planè poteſt Lex intercedere & alicui vim eam conferre ut tradat, qvod ſuum non eſt, ut in poteſtate judiciali cernere eſt: itemqve per reſtitutionis beneficium, *V. l. Pannonius 86. π. de A. H.* vicisſim poteſt naturalem transferendi facultatem reſtringere & cohibere, qvomodo veteri jure qverela inofficioſi non transmiſſa niſi præparata. qvod tamen ipſum Juſtinianus ad hanc regulam conformavit.

Regvla LV.

De Dolo.

GAJVS

GAJVS libro secundo de Testam
Edictum Vrbicum.

Nullus videtur dolo facere, qvi suo
tur.

R. dub. Et hujus qvoqve regulæ ratio
est, cum incompatibilia sint dolus a
Rationem tamen dubitandi in facto
suggerit id qvod dicitur, summum ju
sæpe injuria est; itaqve potest qvis uti
R. dec. ut abutatur. Sed imò istut non præ
ab allegante probari debet. Cæteru
sumtione regula constituitur: NVL
DETVR præsumitur regulariter DOL
RE, QVI SVO JVRE VTITVR. fi
Limit. potest ut dolo faciat, jure suo utens, v
utitur ut sibi non prosit, & alteri noc
alterius invidiam jure suo utatur. Fi
fidei possessorem, restituentem evic
dium corradere picturas qvas fecerat
turum nisi ut officiat. Celsus hoc ad
refert qvibus non indulgendum, *l.*
Ita cum eo qvi tollendo obscurat vic
qvibus non serviat, nulla competit a
ff. de S. P. V. nisi ad æmulationem &
vicini tantum fiat & aliter æqvè con
tolli possint. *V. Exerc. ad ff. XV*
10. & Conf. l. 129. h t.

Regvla LVI

De rei dubiæ interpretatione.

GAJVS libro tertio de Legatis ad Edictum Vrbicum.

Semper *in dubiis benigniora præferenda ſunt.*

Sive ex obſcuritate ſermonis dubium oriatur, ut in legum interpretatione, *l. 18. π. de LL.* ſive in ultimis voluntatibus, *ſupra l. 9. h. t.* ſive ex facto & eventu dubio & incerto. Ita alibi Gajus: Si mulier cum filio impubere naufragio periit, priorem filium necatum eſſe intelligitur, *l. 23. π. de reb. dub. l. 17. §. 7. π. ad SC. Treb.* V. Brunnem. *ad l. 9. & l. 22. ſq. §. de reb. dub.*

Regvla LVII.

Ne idem bis exigatur.

GAJVS libro XVIII. ad Edictum Provinciale.

Bona *fides non patitur, ut bis idem exigatur.*

Et hujus regulæ velut χοινῆς ἐννοίας ratio ſatis manifeſta eſt cuilibet, in bona fide & æqvitate Ratio.

tate naturali fundata, tum ex natura
res semel mea facta, amplius mihi a
possit, *l. 150. b. t.* tum ex jure civili, c
mel exactâ, obligatio & actio cessat,
ex naturali æqvitate, cui repugnat, u
meum fieret ex bonis alterius, tantun
Limit. alteri abesset. Planè bis idem à dive
plici obligatione utiqve exigere poss
rem, & ejus æstimationem. Sed
qvantitatem bis ab eodem promissa
tam. *Conf §. 6. J. de legat.*

REGVLA. LVIII.

De obligatione patris ex culio.

VLPIANVS libro secundo tationum.

EXpœnalibus causis non solet in patre lio actio dari.

Caſ. Filiusf. à patre accepit peculiu
industriam suam exerceret: is furtum
tit, & fugit. Dominus rei furtivæ ac
peculio adversus patrem intendit: qv
competenter? negat Vlpianus: qvia
NALIBVS CAVSIS NON SOLET IN
DE PECVLIO ACTIO DARI, qvam
sis civilibus & negotiatione filiitam. p

lio tenus obligetur. *§. actiones. J. de action.* niſi peculium locupletius factum ſit ex delicto, *l. 3. §. pen. π. de pecul. l. 1. §. ſi qvis. l. 16. π. de V. & V. A.*

Regvla LIX.
Defuncti & heredis idem jus.

VLPIANVS libro tertio Disputationum.

Hæredem ejusdem poteſtatis jurisqve eſſe, cujus fuit defunctus, conſtat.

Qvoties de jure heredis qværitur, videndum eſt, an defunctus iſtud habuerit, ab eo enim ad heredem valet conſecutio. *Conf. ſupra l. 54. h. t.* repræſentat enim heres defuncti perſonam. Excipiuntur tamen jura & *privilegia perſonalia*, veluti marito competens beneficium competentiæ, qvo heres non gaudet, ſed obligatio in ſolidum ad ipſum transmittitur.

Regvla LX.
De Mandato tacito & ratihabitione.

VLPIANVS libro X. Disp
tionum.

SEmper qui non prohibet pro se i
mandare creditur; sed & si qvis rat
erit qvod gestum est, obstringitur
actione.

Casus. Sempronius convenitur à Titi
præsente Sempronio pro ipso in judi
venit, ac defendit: Sempronio non
te; sed imò tandem qvod gestum est,
bente. Cajus sumtus litis, impensa
R. dub. aliaqve talia repetit à Sempronio act
dati. Qværitur an competenter? R
tandi forte est, qvod Mandatum sit
eoqve expresso, est enim verus non
R. dec. tractus. Sed facilis est decisio, & r
atqve patientia, cum prohibere potu
dato comparatur, atqve eatenus etia
potest, participare naturam qvasi con
verum accesit postea & consensus su
expressus. *Conf. supra l. 50. h. t.* At
PER & regulariter QVI NON PR
PRO SE INTERVENIRE agere, def
judicio, qvum possit, MANDARE
TVR, præsumitur, & pro obligato ex
habetur; SED ETSI QVIS RATVM
RIT QVOD GESTVM EST, multò m
STRINGITVR MANDATI ACTIO
si negotium illius pro qvo gestum no

ejus contemplatione tantum gestum, negotiorum gestorum actio competit, *l. 6. §. item quæritur. 9. π. de N. G.*

Regvla LXI.
De jure reficiendi restricto.

VLPIANVS libro tertio Opinionum.

DOMVM SVAM REFICERE VNICVIQVE LICET: jure libertatis naturalis & dominii: DVM NON OFFICIAT præjudicet, noceat INVITO ALTERI, IN QVO in cujus prædio JVS servitutis constitutum NON HABET, alioqvin enim invito præjudicare non dicitur. *Conf. Exerc. ad π.* XVIII, *9. 10.*

Regvla LXII.
De Hereditatis vi & natura.

JVLIANVS libro sexto Digestorum.

HEreditas nihil aliud est, qvam succesio in universum Jus qvod defunctus habuit.

Fiscus hereditatem vacantem vendidit Titio: eam possidet Sempronius: à qvo Titius Casus.

hereditatis petitione restitutionem
emtæ postulat. Qværitur an rect
possessor Sempronius: actionem ha
R. dub. versalem, & ex titulo universali oriri,
gulari, qvalis est emtio venditio. S
det Julianus *l. 54. pr. de Her. petit.* a
Ei qvi partes hereditarias vel totam s
satus fuerit, non est iniqvum dari act
qvam universa bona persequatur : q
dum ei, cui ex SCto Trebelliano hered
R. dec. *ta est, petitio hereditatis datur.* ratio
sit ex ipsa natura rei seu hereditatis,
dicitur: HEREDITAS enim NIHI
EST, QVAM SVCCESSIO IN VN
JVS QVOD DEFVNCTVS tempo
HABVIT. qvi ergo vult ut finem hab
h. e. hereditatem seu jus universum
etiam velle ut medium adæqvatum ha
illud persequatur. *Conf. l. 128. §. 1. h. t.*

REGVLA LXIII.

De Mora & condemnat in expensas.

JVLIANVS libro XVII. D. storum.

QVi sine dolo malo ad Judicium p non videtur moram facere.

Titius debet pretium emtionis venditionis Cajo: ultimo solutionis termino cessat solvere, causans onus sibi aliqvod in re vendita fuisse celatum: paratus de ea re sententiæ judicis se submittere. Cognitâ causâ, cadit emtor & jubetur pretium solvere. Qværitur an etiam sumtus litis ob moram? Et certè regula est, qvod victus victori condemnatur in expensas: Sed restringit eam Julianus si dolo malo ad judicium provocavit, Paulus: si fraudandi causâ simulatur exceptio, *l. 22. π. de usur.* Excipitur itaqve casus, siqvis solutioni qvidem moram fecit, judicium autem accipere paratus fuit sive justè ad judicium provocavit, ut ait idem Paulus *l. 24. eod.* h. e. non temerè, sed ex causa aliqva probabili. *Conf. l. 99. h. t.* Casus. R. Dub. R. Dec.

Regvla LXIV.

De rarò contingentibus.

Jvlianvs libro XXIX. Digestorum.

Aqvæ rarò accidunt, non temerè in agendis negotiis computantur.

Julianus ipse speciem suppeditat *l. 13. de lib. & posth.* Si ita scriptum sit in testamento: *Si filius mihi natus fuerit, ex besse heres esto: ex reliqva parte uxor mea heres esto. Si verò filia mihi na-*

bi nata fuerit, ex triente heres esto, ex re
te uxor heres esto. Mortuo testato
nati sunt, & filius & filia. Qværitur
mentum valeat, an ruptum sit? Et ait
licet subtili juris regulæ conveniebat
fieri testamentum: attamen, cum e
nato testator voluerit uxorem aliqvid
ideò ad hujusmodi sententiam human
gerente decursum est, qvod etiam
Celso apertissimè placuit; assem sci
ditatis distribuendam esse in septem
ex his filius qvatuor, uxor duas, filia
tem habeat. Ita enim secundum vo
testantis, filius altero tanto amplius
qvàm uxor: item uxor altero tant
qvam filia. Et superior regula juris
æqvitate restringitur ad casus consve
excipiuntur adeò EA QVÆ RAR
DVNT, qvemadmodum in legibus
l. 3. seqq. π. de LL. & in obscuris testa
ctis *l. 114. h. t.* ut & in judicialibus a
π. si pars her. pet. l. 19. de prob. l. 144
cap. NON TEMERE, aut facilè ne
ter attenduntur, ita neqve IN AGE
GOTIIS extrajudicialibus COMPV
nec attenduntur à judice ut ratione
dendi inde supputet, nec en
prævidentur ista fa-
cilè.

Regvla LXV.

De abusu Soritæ in stipulationibus, aut in jure interrogationibus.

Jvlianvs libro LIV. Digestorum.

Ea est natura cavillationis, qvam Græci Σωρείτην appellant, ut ab evidenter veris, per brevissimas mutationes, disputatio ad ea qvæ evidenter falsa sunt, perducatur.

Titius debet centum Cajo: conventus in jure, opponit exceptionem solutionis, eamqve ut probet interrogationibus solennibus utitur: Anne solvi tibi illo die & loco decem? Respondet actor: solvisti. anne itidem triginta illo die? fatetur Cajus. itemqve viginti qvinqve illo die, illis nundinis? & hoc fatetur. tandem: anne triginti qvinqve proximis nundinis? si & hoc non diffiteri potest reus, solutio probata videtur, qvum tamen certum sit, non solvisse reum summam petitam, certè non integram. Cavillatus enim est reus interrogatiunculis, qvas incautus actor *frangere* debuisset, ut Tullius loqvitur, h. e. distingvendo & limitando adjicere, ex qvo capite & obligatione una & altera summa soluta fuerit. Nam EA EST NATVRA CAVILLATIONIS hujus, QVAM GRÆ-

CI ΣΩΡΙΤΗΝ Syllogismum acervalen
LANTVT AB EVIDENTER VERIS,
VISSIMAS MVTATIONES DISI
AD EA QVÆ EVIDENTER FALS
PERDVCATVR. Cautelæ igitur in
nus monuit de natura hujus cavillat
qva alias actum in *Praxi Art. Analyt*
P. 1. c. 6, 12. atqve hinc origo & func
juris circa Interrogatoria ad Articul
toriales, qvibus hi franguntur.

REGVLA LXVI.

Qva exceptione defi
obligatio.

VLPIANVS libro LX. Digest

MARCELLVS (notat ad Julianu
debitor esse is, qvi nanctus est e
justam, nec ab æqvitate naturali abhor

Casus. Julianus scripsit: Siqvis deced
graphum Seji Titio dederit, *ut post m*
Sejo reddat, aut si convaluisset, sibi re
inde Titius defuncto donatore, Sejo
heres defuncti petat à Sejo debitum:
exceptione tutus est, *l. 3. §. 2. π. de*
At si Sejus solvit heredi anteqvam Ti
graphum redderet Sejo, an recepto
R. dub. ctione indebiti repetere possit, qva

qvibusdam negatum videtur, fortè qvod pacto convento obligationes non omnino dissolvuntur, §. 3. *J. de except. l. 27. §. 2. π. de pact.* Sed nota hanc opinionem Marcellus: DESINIT inqvit, per justam exceptionem ipsa obligatio & civilis & naturalis, adeoqve & DEBITOR ESSE IS QVI NACTVS EST EXCEPTIONEM JVSTAM NEC AB ÆQVITATE NATVRALI ABHORRENTEM. Nam & Naturalis obligatio ut pecuniæ numeratione, ita justo pacto, vel jurejurando, ipso jure tollitur: qvod vinculum æqvitatis, qvo solo sustinebatur, conventionis æqvitate dissolvitur, *l. 95. §. 4. π. de solut.* R. dec.

REGVLA LXVII.

De Ambigui sermonis interpretatione.

JVLIANVS libro LXXXVII. Digestorum.

QVoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur (al. accipiatur) qvæ rei gerendæ aptior est.

Testator tutorem constituit filio suo Titium, amicum suum. Cum vero eo mortuo duo sint Titii, fratres, & amici defuncti, qværitur uter intelligendus? Respondetur, is qvi tutelæ gerendæ aptior est. QVOTIES enim IDEM SERMO DVAS SENTENTIAS EXPRIMIT, EA POTISSIMVM EXCIPIATVR præ-

feraturqve à judice, QVÆ REI G
expediendæve APTIOR EST, qvo r
agitur in tuto sit, *l. 80. π. de V. O.* &
leat qvàm pereat, *l. qvoties in actio*
reb. dub.

REGVLA LXVIII

De beneficiis juris causa personæ datis.

PAVLVS libro singulari de do
petitione.

IN omnibus causis id observatur, ut u
conditio locum facit beneficio, ibi de
beneficium qvoqve deficiat: Vbi verò g
nis id desiderat, ibi ad qvemvis persecu
venerit, non deficiat ratio auxilii.

Titius dotem ab uxore cepit: so
trimonio dos repetitur à Titii herede:
nit exceptionem beneficii competenti
ritur an rectè? Resp. qvod non. Etsi
ritus hoc beneficio gaudet, heres ta
item. Ratio qvia hoc beneficium n
seu repetitioni dotis datum est, sed fa
sonæ conjugum. Par ratio est fideju
11. sq. π. solut. matrim. L. 28. supra h. t.

Regvla LXIX.

De beneficio perſonæ.

Pavlvs libro ſingulari de Aſſignatione libertorum.

Invito beneficium non datur.

Pater tutorē in teſtamento Gajū conſtituit, eiqve remiſit Inventarii confectionē & rationū reddendarum qvod fieri poteſt, *l. 18. C. de fideicom. l. 5. §. 7. π. de admin. tut.* Munnoz. *ab Eſcobar de Ratiocin. cap. 5.* Sed Gajus & inventarium confecit adhibitis proximis cognatis pupilli, & rationes reliqvit. Mortuo illo heres Gaji ad reddendas rationes actione tutelæ conventus; opponit exceptionem remiſſionis in teſtamento factæ, Replicatur ex hac regulâ, Gajum beneficium oblatum à teſtatore non acceptum fuiſſe, ergo heredem eſſe obligatum. INVITO enim BENEFICIVM in ejus favorem tantum oblatum nec acceptum, NON DATVR, datumve & repudiatum nullam vim habet, ſed manet regularis obligatio.

REGVLA LXX.

De mero imperio an n
dari posſit?

VLPIANVS libro primo de o
Proconſulis.

NEmo poteſt gladii poteſtatem ſibi d
cujus alterius coercitionis, ad ali
ferre.

Jure Romano poteſtas gladii ſe
imperium & qvæ eò pertinebant coë
non jure magiſtratus competebat, ſ
ciali conceſſione & *beneficio* Principis
perſonam, cui dederat, elegiſſet. H
lariter NEMO POTEST illo jure GL
TESTATEM SIBI ſpeciali beneficio
VEL CVJVS vis ALTERIVS COE
NIS ad merum imperium pertinentis,
tionis, Ad ALIVM TRANSFERRE
ter dixi. Aliqvando enim mandar
ctionem Proconſul potuit, ut ſi per
mora ſit, donec in provinciam perve
π. de off, Proconſ. aut ut cognitionem
tum legatus exerceat, poſtea reum
mandanti, ſed hoc genus mandati ex
rium eſt, inqvit Vlpianus, ſubjecta
noſtra, *l. 6. π. eod.* Sed & aliud eſt
aliud mandare, illud jus ipſum affici

exercitium tantum. Sed jure noſtro etiam ſuperior Jurisdictio ſeu criminalis jure proprio obtinetur, & commiſſariis mandari poteſt.

Regvla LXXI.

De uſu præceptorum ſeu mandatorum judicialium & abuſu.

VLPIANVS libro ſecundo de officio Proconſulis.

Omnia qvæcunqve cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

Plenior extat textus in *l. 9. §. 1. π. de off. proconſ.* ait: *Vbi decretum*, prævia cauſæ cognitione *neceſſarium eſt, per libellum id expedire Proconſul non poterit: omnia enim, qvæcunqve cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum non poſſunt expediri.* veluti tutoris excuſatio, *l. 25. π. de excuſ. tut.* ſuſpecti remotio *l. 4. §. 1. π. de ſuſp. tut.* prædiorum minorum alienatio, *l. 6. C. de præd. min.* Per *libellum* autem h. e. per annotationem ſeu ſubſcriptionem ad libellum vel per epiſtolam, præceptum, mandatum ſine clauſula expediri ea tantum poſſunt, qvæ manifeſti juris & facti ſunt, aut moram ob periculum non patiuntur, ut inhibitiones ne ad arma veniant partes. *Conf. tit. ff. de Interdictis.*

Regv-

REGVLA LXXII

De usufructuarii jure gnorandi.

IAVOLENVS libro tertio ex p bus Labeonis.

FRuctus rei est, vel pignori dare licer

Casus. Testator legavit Titio usumfru dii. Titius creditori oppignorat p usufructuarium, & moritur. Heres d statoris repetit prædium: creditor u rii retentionem opponit, donec sibi sa Qværitur An usufructuarius valid

R. Dub. oppignoraverit? Ratio dubitandi

R. dec. non habuit dominium. Ratio decid qvod perceptionem fructuum qvæ su pignoravit, idqve jure suo. N CTVS REI EST, qvo usufructuar gaudet, & qvem percipit, & cujus ju prium est, à proprietate separatum, VEL PIGNORI DARE LICERE ipsu

Ampl. cipiendi ex prædio sive ex toto sive Justinianus retulit hanc regulam in tit qve de usuris & fructibus, *l. fi. π. de* qve extendit eo ipso ejus vim etiam sum, qvando res restituenda est cu fructibus perceptis & percipiendis, r

jus juris utilitatem præstare debet condemnatus.

Regvla LXXIII.

Adqvem tutela ad eum & succes-sio pertinet.

Q. MVTIVS SCÆVOLA libro singulari ὁρῶν.

QVò tutela redit, eò hæreditas pervenit: Nisi cum fœminæ hæredes intercedunt.

De hæreditate pupilli mortui, cui tutor erat proximus agnatus, qvæsitum fuit, ad qvem perveniret, utrum ad consanguineum proximiorem, an ad agnatum proximiorem? pro agnato ratio fuit, qvod secundum naturam sit, commôda cujusqve rei eum seqvi, qvem seqventur incommoda, *l. 10. h. t.* igitur QVO sive ad qvem TVTELA ut onus REDIT, testamentario mortuo vel simpliciter defertur ab initio, EO ad eundemqve etiam HEREDITAS ut commodum PERVENIT. Sed ratio decidendi consistit in eo, qvod qvædam personæ sint ipso juræ excusatæ & immunes à tutela, qvibus propterea jus succesionis non auferendum est sine culpa ipsorum. itaqve vera est qvidem regula superior, NISI CVM FOEMINÆ HEREDES INTERCEDVNT, qvæ à tutela ut munere virili & publico removentur, *l. 2. infra h. t.* similiter & si

Cas. R. dub. R. dec.

& si minoribus defertur hereditas, i
sunt à tutela pupilli. §. 13. ff. de excus. tu
§. pen. ff. de legit. agn. succ.

§. 1.

CVI Tutor testamento d

NEMO ne miles qvidem *l. 12. π*
tut. POTEST de jure civili TVTOREM
testamento CVIQVAM, NISI EI filio
QVEM qvamve IN SVIS HEREDIBV
MORITVR non præcisè nativitatis te
l. 10. §. qvi filium, π. eod. HABVIT, H
RVSVE ESSET posthumum SI VIXISSE
tur emancipato pater tutorem dare no
rat Jure civili, nec mater, qvi suum h
non haberet: sed Jure Prætorio susti
hæc datio, si confirmatur à judice. §. *u*
tutel.

§. 2.

Vi factum & clam factu
ut differunt.

VI factum id videtur esse, qva de
qvum prohibetur fecit: CLAM qvod
qvum controversiam haberet, habiturum
taret, fecit.

Definivit Scævola vim & clandestinitatem in Edicto Prætoris: *Qvod vi aut clam factum est: qva de re agitur, id, cum experiundi potestas est, restituas:* Qvid si VI factum aut CLAM factum videamus. VI factum videri Q. Mutius scribit, si qvis contra qvam prohibeberetur, fecerit. Et Vlpiano videtur plana esse Mutii definitio, *l. 1. §. 5. π. qvod vi aut clam.* Porrò hæc verba, *qvod vi aut clam factum est*, ait Mutius, referente eodem Vlpiano *l. 5. §. 8. Qvod vi aut clam:* ita esse: *Qvod tu aut tuorum qvis fecerit, aut tuo jussu factum est.* & qvidem *vi* factum, qvum qvis *prohibitus* fecit, intelligitur in hoc interdicto etsi qvis jactu vel minimi lapilli prohibitus facere perseveraverit, vel contra solam protestationem, vel qvi cum sciret se prohibendum, per vim molitus est, ne prohiberi posset, *Vid. d. l. 1. §. 6. sqq.* Contra verò CLAM factum intelligitur, qvod qvis non qvidem prohibitus fecit, sed tamen *cum controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit*, ait Mutius hîc. cui addidit Mutii auditor Servius, clam facere & eum, qvi existimare debebat sibi controversiam futuram. qvia non opinionem ejus & resupinam existimationem seqvi oporteat: nec melioris conditionis sint stulti, qvàm periti, *l. 4. π. qvod vi aut cl.* add. & *l. 3. §. fi. & l. 5. eod.* Cæterum in aliis juris articulis, ut in Edicto de vi & vi armata, sive de violenda dejectione, itemqve in Restitutione in integrum ex vi metuve, vis generatim accipitur etiam

absq. e prohibitione. Deniqve in Itinere actuqve privato & Qvi *prohibi clam* uti dicitur. Vlpiano *l. 3. pr. & §. act.* Sed & interdum evenit, ut qv clam fiat, *Vid. l. 15. qvi. 11. §. 5. π. qvo clam.*

§. 3.

De obscuris in testament

Quæ testamento ita sunt scripta, t non *possint, perinde sunt ac si scripta* reliqva autem per seipsa valere, adjic nus Varus hæc referens *l. 2. π. de his qu script. hab.* qvi & speciem enarrat, qva *l. in testamento. 27. π. de condit. &* *Conf. l. 96. h. t.*

§. 4.

De pacisCendo alteri.

Nec pacisCendo, nec legem dicendo, lando, qvisqvam alteri cavere potest.

Cas. Pomponius ad hunc ipsum Q. Scævolam *l. 110. de V. O.* hanc speciem *Si mihi & Titio, cujus in potestate non si decem: non tota decem, sed sola qving bentur. pars enim altena in obligatione de*

ut, qvod extraneo inutiliter stipulatus sum, non augeat meam partem. Rationem suppeditat Vlpianus *l. stipulatio 38. §. alteri. 17. eod.* ait: *Inventæ enim sunt hujusmodi stipulationes ad hoc ut unusqvisq; sibi acqvirat, qvid suâ interest: cæterum ut alii detur, nihil interest meâ.* puta regulariter, si tamen interesse probetur, utiqve valebit etiam stipulatio jure Romano. Par ratio porrò est etiam pacti nudi, & pacti adjecti, qvo regulariter alteri non acqviritur. Hinc regula Mutiana: NEC PACISCENDO, pacto aut conventione simplici, NEC LEGEM DICENDO contractui, pacto adjecto NEC STIPVLANDO, & generatim contrahendo, QVISQVAM ALTERI CAVERE negotiando, conveniendo acqvirere POTEST. Nisi scilicet pacisscentis aut caventis intersit, utpote si alter ab altero dependet, veluti patria aut dominicâ potestate, tutela, cura, mandato vel qvasi, aut ratione officii publici. *Conf. §. alteri. 21. J. de inutil. stipul.* & *§. cum autem. J. de adopt.* Cæterum ut alterum alteri obligare non possum: ita possum tamen alterum ab altero liberare, de qvo *l. seq.* Vid. Carpz. *P. 2. C. 29. def. 20. & C. 33. def. 26. seq.*

Regvla LXXIV.
De obligando alterum.

PAPINIANVS libro primo Qvæstionum.

NOn debet alteri per alterum iniqu
inferri.

Sicut secundum regulam anteric
alteri nil acqvirere potest: ita mul
NON DEBET ALTERI PER ALTE
QVA CONDITIO, necessitas qvæda
gatio, damnum in re familiari, aut ali
cunqve præjudicium INFERRI. I
consors invito altero consorte non p
dictionem prorogare. Et ampliatur
la, ut nec hi qvi in potestate sunt, au
administare jussi sunt, ignorantium p
um conditionem deteriorem facere
ant, *l. 49. π. de procurat.* Et qvamvi
qvisqve pro alio, licet invito, & ign
eum liberat: qvod tamen alicui debe
sine voluntate ejus non potest jure exi
turalis enim simul & civilis ratio svasi
conditionem meliorem qvidem etiam
tis, & inviti nos facere posse: ita u
obligemur propterea, deteriorem no
ait Gajus, *l. 39. de negat. gest.* Nisi qv
utatur, *l. 55. supra h. t.* Vid. & *l. 1. §. 2.*
rat. Conf. *t. J. per qvas person.*
ligat.

REGVLA LXXV.
De Variatione.

PAPINIANVS libro tertio Qv

NEmo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam.

Cum hæc regula multo minorem dubitandi rationem habeat, qvam præcedens, qvod hîc ûtrinqve ſemel fuerit conſenſum, & variatio regulariter ſit illicita. Rationem tamen dubitandi peperit hæc regula in ſpecie ab eodem Papiniano propoſita, qvam aſſervavit *l. nunqvam 8. π. de collat. bonor.* ubi ex æqvitate & ob favorem ſucceſſionis liberorum in bonis parentum mutatio conſilii intra certum tempus admittitur.

REGVLA LXXVI.

De judicio in rebus agendis rectè inſtructo.

PAPINIANVS libro XXIV. Qvæſtionum.

IN totum omnia qvæ animi deſtinatione agenda ſunt, nonniſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt.

Etſi omnium actionum moralium duo ſunt principia ex qvibus validitas earum dependat, ſcientia intellectus & voluntas, qvum tamen ea differentia inter eas notetur, qvod aliæ minus præjudicii parere agenti poſſint, aliæ

magis, nisi singulæ circumstantiæ pe
gnitæ: itaqve & LLatoria prudentia
vim & obligationem majorem gradu
& judicii reqvirit; itaqve plus præ
ferre potest aditio aut repudiatio he
qvàm legati alicujus: qvamobrem &
cii & circumspectionis hîc reqviritu
animi destinatio à Papiniano appellat
opponitur ignorantia, error, dubit
de alimentis legatis, qvum magnum v
dicium versetur. transactio non val
spectis prius tabulis *veritas* exqviratu
natio animi *certa* constituatur, *l. 6. π*
act. Eoqve pertinent imprimis actus
de qvibus regula seqvens speciatim.

REGVLA LXXVII

De actibus legitimis: & d
rentia Taciti & Expres

PAPINIANVS libro XXV
Qvæstionum.

*Actus legitimi, qvi (non) recipiun
conditionem, veluti Mancipatio,
tio, hereditatis aditio, servi optio, dat
in totum vitiantur per temporis vel cond
jectionem. Nonnunqvam tamen actus
pti tacitè recipiunt, qvæ apertè comprel
xm adferunt. Nam si accepto feratur*

conditione promisit, ita demum egisse aliqvis acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio exiterit: qvæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti facit actum.

Actus legitimi & legis actiones vocabantur civium Romanorum actus solennes, qvi publicè vel privatim inter præsentes, conceptis verbis, testibus præsentibus, atqve adeo solennitate lege civili præscriptâ fiebant. Horum duas facit classes Papinianus, qvarum una diem & conditionem recipiant, altera secus: & hujus porrò qvinqve species constituit. ait: ACTVS LEGITIMI qvos à legis actionibus novè & subtiliter distingvit J. Gothofredus, sed vide si lubet *Exerc. ad π. XIV, 11.* QVI NON RECIPIVNT DIEM VEL CONDITIONEM ita enim ex vetustis Codd. negativa restituenda est, qvam recentiores omiserunt. VELVTI EMANCIPATIO, velut recentiores malunt, *mancipatio*, qvâ acqvirebatur dominium juris Qviritum in rebus mancipi h. e. prædiis soli Italici cum contentis. *Vid. supra Inst. lib. 2. t. 1. §. 40.* ACCEPTILATIO contrarius mancipationis actus & ejus solutio. HEREDITATIS ADITIO sive Cretio. SERVI OPTIO à legatario facta ex integra familia. DATIO TVTORIS à magistratu qvæ fit, secùs te, lamentaria, *§. ad certum. J. de testam. tut.* de his ait: IN TOTVM VITIANTVR PER TEMPORIS VEL CONDITIONIS ADIECTIONEM expressam. Ratio- Reg.

magis, nisi singulæ circumstantiæ
gnitæ: itaqve & LLatoria prudent
vim & obligationem majorem grad
& judicii reqvirit; itaqve plus pr
ferre potest aditio aut repudiatio
qvàm legati alicujus: qvamobrem
cii & circumspectionis hîc reqvirit
animi destinatio à Papiniano appell
opponitur ignorantia, error, dub
de alimentis legatis, qvum magnum
dicium versetur. transactio non v
spectis prius tabulis *veritas* exqvira
natio animi *certa* constituatur, *l. 6.*
act. Eoqve pertinent imprimis act
de qvibus regula seqvens speciatim

REGVLA LXXV

De actibus legitimis: &
rentia Taciti & Expre

PAPINIANVS libro XX
Qvæstionum.

*Actus legitimi, qvi (non) recipi
conditionem, veluti Mancipatio
tio, hereditatis aditio, servi optio, d
in totum vitiantur per temporis vel co
jectionem. Nonnunqvam tamen act
pti tacitè recipiunt, qvæ apertè compr
xm adferunt. Nam si accepto ferat*

conditione promisit, ita demum egisse aliqua acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit: qvæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti facit actum.

Actus legitimi & legis actiones vocabantur civium Romanorum actus solennes, qvi publicè vel privatim inter præsentes, conceptis verbis, testibus præsentibus, atqve adeo solennitate lege civili præscriptâ fiebant. Horum duas facit classes Papinianus, qvarum una diem & conditionem recipiant, altera secus: & hujus porrò qvinqve species constituit. ait: ACTVS LEGITIMI qvos à legis actionibus novè & subtiliter distingvit J. Gothofredus, sed vide si lubet *Exerc. ad π. XIV, 11.* QVI NON RECIPIVNT DIEM VEL CONDITIONEM ita enim ex vetustis Codd. negativa restituenda est, qvam recentiores omiserunt. VELVTI EMANCIPATIO, velut recentiores malunt, *mancipatio*, qvâ acqvirebatur dominium juris Qviritum in rebus mancipi h. e. prædiis soli Italici cum contentis. *Vid. supra Inst. lib. 2. t. 1. §. 40.* ACCEPTILATIO contrarius mancipationis actus & ejus solutio. HEREDITATIS ADITIO sive Cretio. SERVI OPTIO à legatario facta ex integra familia. DATIO TVTORIS à magistratu qvæ fit, secùs te, lamentaria, *§. ad certum. J. de testam. tut.* de his ait: IN TOTVM VITIANTVR PER TEMPORIS VEL CONDITIONIS ADIECTIONEM expressam. Ratio- Reg.

Ratio. nem juris præ aliis exqvirit Alciatus *l*
verg. c. 4 seqq. & seqvitur J. Goth. h.
Cujac. *15. Obs. 17.* qvia nempe hi actus
factum contineant & à præsenti execut
men habeant. Planius: qvia hi actu
suo genere perfectiores &c. exqvisitissi
acqvirendi jus & objectum proprium
ctius autem qvodqve & de præsenti & i
tuum acqvirit, id qvod maximè secun
turam esse arbitror. Hinc concepto
borum cujuslibet formulæ & de præse

Exc. perpetuum conceptæ fuerunt. NO
QVAM TAMEN ACTVS SVPRA
TACITE RECIPIVNT, conditionem
QVÆ APERTE COMPREHENSA
contra formulas conceptas, VITIVM
& nullitatem ADFERVNT. NAM v
tia SI ACCEPTO FERATVR EI sim
QVI antea SVB CONDITIONE PR
ITA DEMVM EGISSE ALIQVID A
LATIO INTELLIGITVR, SI OBLI
NIS CONDITIO EXTITERIT. aliàs
conditio non extitit, etiam obligatio
scitur, ergo nec per acceptilationem
qvi debitor non factus est, liberari pote
conditionis vel diei adjectio SI VER
MINATIM expresse ACCEPTIL
COMPREHENDATVR, NVLLIVS
TI FACIET ACTVM. Hinc persp
scrimen inter *expressam* adjectionem
comprehensionem conditionis aut t

ita ut qvarum rerum natura respuat expressam, tacitam admittat. Conf. *l. 12 & 21. π. de acceptil.* Etsi autem formulæ & solennitates actuum legitimorum in nostro foro non receptæ sunt, Pontifex tamen recepit hanc regulam in librum sextum decretaliùm: *Actus legitimi conditionem non recipiunt nec diem.* ad qvam conf. Brunnemannum. Conf. *l. 195. h. t.*

Regvla LXXVIII.

De restitutione ejus qvod fraude adversarii abest.

Papinianvs libro XXXI. Qvæstionum.

Generaliter, cum de fraude disputatur, non qvid habeat actor, sed qvid per adversarium habere non potuerit, considerandum est.

Græci negativè legunt: ὅτι περὶ ἀπάτης ζητεῖται, ἐ πολυπραγμονῆμεν τί ἂν ἔχεν ὁ ἐνάγων, ἀλλὰ τί μὴ τῦ ἐναγομένυ ἔχειν ἐνεποδίζα. vel ἐνεποδίσθη. i. e. *Cum de fraude disputatur, non qvid non habuerit actor curiosè inqvirimus: sed qvid per adversarium prohibitus sit habere.* Cujacius utramqve lectionem probat. Cæteroqvin varias ac diversas interpretationes atqve species adferunt Interpretes. Novissimè Jac. Gothofredus ex Inscriptione hanc eru-

it: Titius arrogaverat Cajum, & Caj
rat una & altera hereditas, qvæ Titio
Cajus provocat ad emancipationem a
sionem arrogationis in fraudem factæ,
adopt. cognitâ causâ qvæsitum, an e
bona arrogator restituere debeat, qv
arrogatus & attulit arroganti, an & e
arrogatum interea acqvisivit? & affi
sterius Papinianus, regulam generale
tuens de iis rebus restituendis, qvæ pe
adversarii absunt. GENERALITE
DE FRAVDE commissa in aliqvo
qvod propterea revocatum, rescissum
seqvitur, & sic de restitutione eorum,
de absunt, DISPVTATVR, NON Q
BEAT ACTOR rescisâ v. g. arroga
na illata ipso jure jam habet actor,
tantum restituenda sunt & extraden
SED QVIDqvid etiam PER ADVER
reum HABERE sibi obveniens acqvi
POTVERIT, impeditus qvippe per
nem & patriam potestatem fraude qv
CONSIDERANDVM est restituend
Extenditur hæc regula etiam ad fruct
ceptorum & percipiendorum restitu
M. F. possessore faciendam. Con

J. de adopt. & *§. 35. J. de*

R. D.

Regvla LXXIX.

Fraus æstimatur ex consilio.

PAPINIANVS libro XXXII. Quæstionum.

FRAVDIS interpretatio semper in jure civili, non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur.

Conf. §. 3. *J. quib. ex caus. manum. non lic.* & *l. 1. C. qui manum. non poss.* itemque *l. ult. C. eod.* ubi exceptio continetur. Ratio facilè patet, quia fraus propriè doli species est, ergo & proæresin sive consilium continet. Etsi aliàs etiam solum pro damno usurpetur.

Regvla LXXX.

Specialia derogant generalibus.

PAPINIANVS libro XXXIII. Quæstionum.

IN toto jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

Jus Græcanicum cap. CVIII. Τὰ ἰδικὰ τῶν γενικῶν ἰσχυρότερα. i. e. *specialia plus valent,*

lent, quam generalia. Speciem
Paulus libro singulari de Instrume
tione *l. servis. 99. §. 5. de leg. 3.* ait :
(qvod genus est) *alii cursores* (qv
continentur) *legati sunt : si quidan
& vernæ sint, cursoribus cedent.
species generi derogat. Si verò in spe
nere plerique sint, plerumque comm
Ipse Papinianus verò alibi istam : S
quæ novissimè certam pœnam genera
ei, qvi legis præceptis non obtempe
eas species pertinere non videtur, qv
pœna specialiter addita est. Nec a
cætero omni jure, speciem generi derog
verisimile est, delictum unum eadem
stimationibus cöerceri. L. antep. π. d*
& eundem Paulum iterum ausculte
*culium prælegatum est, & vicarius li
sit : liberum eum esse constat. Mult
teresť inter genus & speciem. Specien
de Genere placet. qvod est in peculio le
cario manumisso l. 10. π. de manum. te*

Limit. infra *l. 147. h. t.* Intelligenda tame
gula. *salvo jure* tertii. Itaqve qvi
hypothecam obtinuit, ei ait pra
qvi specialem postea impetra
*l. 2. π. qvi pot. in
pign.*

Regvla LXXXI.

Supetflua non nocent.

PAPINIANVS libro tertio Responsorum.

Qvæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, Jus commune non lædunt.

Integer Papiniani locus unà cum specie extat *l. qui mutuam. 56. Mandati.* ait: Fidejussor *qui mutuam pecuniam dari* debitori principali *mandavit, omisso reo promittendi* seu ipso debitore, *& pignoribus* præterea datis *non distractis, eligi potest* fidejussor, jure scilicet veteri ante Justinianum Novellam IV. c. 1. *Quod uti liceat* creditori *si literis* & speciali pacto adjecto *exprimatur*, ita *destractis quoque pignoribus, ad eum* fidejussorem *creditor redire poterit.* Etenim QVÆ DVBITATIONIS TOLLENDÆ CAVSA ex abundanti & majoris cautelæ gratia CONTRACTIBVS INSERVNTVR, JVS COMMVNE NON LÆDVNT, non restringunt, neqve propterea ei qvod jure communi licet, renunciatum intelligitur. Conf. *l. pediculis. 32. §. Labeo. 6. de lepro & arg. leg.* item *L. 4. C. de pign. act.* & *l. 3. C. de fidej. L. 94. h. t.*

Reg.

REGVLA. LXXXI

De Præſumta donati

PAPINIANVS libro IX. Reſpo

DOnari videtur qvod nullo jure c ceditur.

Speciem ſuppeditat ipſe Papini *l. hæreditatem. 28. de donat.* ſi pater fil patæ conceſſit hereditatem, qvam ipſ ſtituta patri acqviſiverat. Qvum creditoribus ſatisfacere, cogenda eri re patrem contra creditores patrem entes. Neqve juvabit filiam, Non in donationem ſolennem, ſed conceſſi xat adminiſtrationem hactenus here ante emancipationem peculii jure. NARI VIDETVR intelligitur, præſ QVOD NVLLO JVRE COGENTE DITVR, nulla facta reſervatione, præ ter parentes & liberos: atqve qv cundum naturam ſit, ut is qvi c modum habet, etiam one- ra ferat.

R

Regvla LXXXIII.

De amissione rerum,

PAPINIANVS libro secundo definitionum.

Non videntur rem amittere, qvibus propria non fuit.

Speciem suppeditat *l. 93. infra h. t.* in peculio filiifam. amisso. ad cujus possessionem recuperandam ipse remedium non habet, ex ratione in præsenti regula proposita. Conf. *l. 1. & 19. π. qvæmadm. serv. amitt. l. 116. π. de V. O.*

Regvla LXXXIV.

De parte indebitè soluta.

PAVLVS libro tertio Qvæstionum.

Cvm amplius solutum est, qvàm debebatur, cujus pars non invenitur qvæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione.

Speciem Vlpianus *l. 26. §. 4. & 5. de condict. indeb.* suggerit: Si centum debens, qvasi ducenta deberem, fundum ducentorum solvi, competere repetitionem Marcellus scribit: & Casus.

cen-

R. dub. centum manere obligationem. placuit, rem pro pecunia solutam, rationem; tamen si ex falsa debit majoris pretii res soluta est, non fit c tis rei cum pecunia: nemo enim in

R. dec. pellitur ad communionem. Sed integræ rei manet, & obligatio ager autem retinebitur, donec deb

Exc. solvatur. Idem Marcellus ait, debens, oleum dederit pluris preti debens, vel cum oleum deberet, rit, qvasi majorem modum debe um oleum esse repetendum, non t hoc peremtum esse obligationem.

§. 1.

De eo qvod naturâ de

Is natura debet, qvem jure oporte: cujus fidem secuti sumus.

Titius conventus à Sempron procuratorem contestatur, manen dicio, Titius credens se debere, sc procurator obtinet sententiam ab Qværitur an repetere possit solutu lus *l. 60. pr. de cond. ind.* Julianum cet enim absolutus sit, natura ta permanet: Similemqve esse ei qvi *sive navis ex Asia venerit sive non ve* una causa alterius solutionis origo

Atqve ut alibi Paulus; Judex ſi malè abſolvit & abſolutus ſuâ ſponte ſolverit, repetere non poteſt *Conf. l. 8. §. 1. ff. rem rat. hab.* Hinc regulam Paulus colligit aut regulæ declarationem: IS NATVRA DEBET, QVEM JVRE GENTIVM & ſolâ naturali æqvitate DARE OPORTET & fidem ſervare, CVJVS qvippe FIDEM & nos SECVTI SVMVS.

Regvla LXXXV.
De dotis favore.

PAVLVS libro VI. Qvæſtionum.

In Ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.

Speciem ſuggerit idem Paulus *l. 45. de ſolut. matrim* V. Carpz. *P. 2. C. 29. def. 20. n. 15.*

§. 1.

Superveniens caſus non impedit qvi ab initio impedire potuiſſet.

Non eſt novum, ut qvæ ſemel utiliter conſtituta ſunt, durent, licet ille caſus extiterit, à qvo initium capere non potuerunt.

Speciem vide ſupra §. *ex contrario. 14. ff. de legat.*

§. 2.

De æqvitate & officio ju

Qvoties æqvitatem desiderii r tio, aut dubitatio juris moratur, j res temperanda est.

Casus. Titius pupilli Caji tutelam dif gotiosam suscepit, defertur eidem a se, & æqvitatem desiderii sui fu qvod Caji tutela exæqvet alias tres.

R. dub. desiderii æqvitatem moratur ut in non admittendam tum naturalis ra ves generatim ad tutelæ onera in gantur, tum civilis, qvod tres di

R. dec. tantùm justam excusandi causam pr respondet Paulus *l. 31. §. 4. de excus* rum Prætorem, si etiam unam tutel crediderit ad excusationem, si tam gotiosa sit, ut pro pluribus cedat. numerus pupillorum, sed difficult conficiendarum & reddendarum c est, inqvit, & tandem hanc regulam inde conficit de officio & potestat gem ex ratione juris interpretan qvàm ex verbis. *conf. l. 9 h. t.*

Regvla LXXXVI.

De litis conteſtationis effectu & favore actoris.

PAVLVS libro ſeptimo Qvæſtionum.

Non ſolet deterior conditio fieri eorum qui litem conteſtati ſunt, qvam ſi non: ſed plerumqve melior.

Rationem dubitandi & duas ſpecies proponit idem Paulus *l. aliam. 29. de novat.* qvod ſcilicet litis conteſtatio ſit qvædam novatio, atqvi ſi pupillus major factus obligationem, qva ipſi tutor tenetur, novat & in ſtipulationem commutat, ceſſat actio tutelæ cum ſuis privilegiis, & oritur actio ex ſtipulatu, qvæ ſtricti juris eſt. Similis ratio eſt dotis & ejus privilegiorum. Sed reſpondet Paulus, aliam cauſam eſſe novationis voluntariæ aliam judicio accepto ſive lite conteſtata. *Neqve enim*, ſubjicit, *deteriorem cauſam noſtram facimus actionem exercentes, ſed meliorem: ut aſſolet dici in his actionibus, qvæ tempore vel morte finiri poſſunt.* Ratio ſcilicet differentiæ eſt, qvod in litis conteſtatione non habeat actor ejusmodi animum novandi obligationem in aliud & deterius genus negotiorum, ſed aut meliorem conditionem ſuam faciendi, aut ſaltem non deteriorum. NON SOLET rationi qvippe juris con- Caſ. & R. dub.

trarium est, DETERIOR COND
EORVM actorum QVI LITEM C
TI SVNT cum reis: QVAM SI
contestati: SED PLERVMQVE
qvanqvam hoc non semper: sempe
fit deterior, sed permanet in suo stat
Eoqve pertinet & seqvens regula.

REGVLA LXXXV

PAVLVS libro XIII. Qvæst.

*NEmo enim in persequendo dete
sam, sed meliorem facit: Deniq
contestatam hæredi qvoque prospicit.
tenetur ex omnibus causis.*

Cont. *§. 1. J. de perpet. & tem*

REGVLA LXXXV

De Mora.

SCÆVOLA libro qvinto Qv

*NVlla intelligitur mora ibi fieri,
titio est.*

Putà, nullum jus petendi. sp
tur in textu pleniori *l. 127. π. de V.O.*
lus sine tutoris auctoritate Stichum
& fidejussores dederit: servus aute
ram à pupillo factam decedat: nec

sit propter moram pupilli obligatus. Nulla enim intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. Esse autem fidejussorem obligatum ad hoc, ut vivo homine conveniatur, vel ex mora sua postea.

Regvla LXXXIX.

De Legetimo herede vel tutore.

Pavlvs libro decimo Qvæstionum.

Qvandiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus non admittitur.

Et ut Vlpianus *l. 29. de acqvir. her.* ait: Qvandiu potest ex testamento adiri hereditas, ab intestato non defertur. Et alibi: Qvamdiu testamentaria tutela speratur, legitimam cessare, *l. 11. π. de testam. tut.*

Regvla XC.

De interpretatione ex æqvitate.

Pavlvs libro XV. Qvæstionum.

In omnibus qvidem, negotiis, privatis & publicis, conventionibus & ultimis voluntatibus,

maximè tamen in jure & legibus int
Æquitas ſpectanda eſt. Conf. ſup
b. t.

REGVLA XCI.

De repudiatione
ditatis.

PAVLVS libro XVII. Quæſt

*QVoties duplici jure defertur al
repudiato novo jure, quod ante
pererit vetus.*

Heres inſtitutus, idemqve
qvaſi inſtitutus repudiaverit: qv
non amittit hereditatem. Sed ſi
mus repudiaverit, ſiqvidem ſcit ſe
ſtitutum, credendum eſt, utrumqv
ſi ignorat, ad neutram ei repudia
neqve ad teſtamentariam, qvonia
repudiavit: neqve ad legitimam, q
dum ei fuerat delata; ſunt verba
§. *t. de acqv. her.* Qvare QVOTI
JVRE teſtamentario & legitimo D
ALICVI SVCCESSIO, REPVDIA
& poſteriori JVRE, teſtamenta
ANTE & primò DEFERTVR, SVP
TVS prius, ab inteſtato. Salvo ta
tii ut legatariorum, *conf. t. π. ſi qui
teſt.*

Regvva XCII.
De Notarii errore.

SCÆVOLA libro qvinto Reſponſorum.

Si librarius in transſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet, nihil nocere, qvominus & reus & fidejuſſor teneretur.

Lucius Titius ſtipulatus eſt à Septitio pecuniam mutuo datam & uſuras ſemiſſes, qvæ apud Sempronium depoſitæ. Septitius promiſit utrumqve. Librarius ſive tabellio vel Notarius in ſcripturam ſeu inſtrumentum hæc transſcribere ſive redigere juſſus, omiſit verba ſtipulantis & ſolùm verba promittentis debitoris & fidejuſſoris poſuit. Qværitur an valeat? reſpondet Paulus *l. Titia. 134. §. pen. de V. O.* Si inter præſentes actum eſt, intelligendum eſt etiam à parte L. Titii præcesſiſſe verba ſtipulationis. Nam ut Vlpianus ait: Non figura literarum, ſed oratione, qvam exprimunt literæ obligamur. *l. 37. De O. & A.* Conf. *l. 54. π. de manum. teſtam.*

Regvla XCIII.
De Peculio.

MÆCIANVS libro primo Fideicommiſſorum.

Filiusfamilias neqve retinère neqv
neque adipisci possessionem rei pec
tur.

Sibi scilicet, qvia qvidqvid a
tri acqvirit *l. placet. 78. π. de acqvi*
π. de Acqv. poss. excepto peculio
qvasi & adventitio.

REGVLA XCIV

De superfluo.

VLPIANVS libro secund
commissorum.

Non soleant qvæ abundant vit
ras.

Similiter Paulus ait: Non m
tiam rerum non necessaria verbor
catio. *l. pediculis 32. §. Labeo. 6. D*
leg. ubi & speciem videas.

Conf. *l. 81. h. t.*

REGVLA XCV

De eo qvi solvend

VLPIANVS libro VI.
commissorum.

Nemo dubitat, solvendo videri e
ditur.

Titius heres inſtitutus Sempronio hereditatem reſtituere juſſus eſt. utrinqve cautum eſt fidejuſſoribus pro more ſecundum ea qvæ *t. t. ut legatorum ſeu fideic. ſervandor. cav.* die qvo heres reſtituere debet, hic latitat: unde Sempronius petit misſionem in poſſeſſionem: ſed Cajus defendit Titium heredem, adeoqve & ſatisdat *judicatum ſolvi* pro eo, *l. 110. §. 1. & l. 166. infra h. t.* Sed condemnato Titio Sempronius ſolidum petit à fidejuſſoribus: hi opponunt exceptionem ordinis ſeu excusſionis, ut actor à Titio debitore principali rem repetat. Replicat actor, debitorem heredem non eſſe ſolvendo. Sed reſpondet Vlpianus pro fidejuſſoribus, eo qvod ſolvendo eſſe intelligatur Titius, qvia defenſor repertus qvi ſatisdedit, ergo ab ipſo defenſore impetrare poteſt. Et tandem conficit hanc regulam: NEMO DVBITAT, certi juris eſt, SOLVENDO VIDERI intelligi, pro tali haberi in effectu, EVM QVI DEFENDITVR & pro qvo defenſor promiſit ſatisdando judicatum ſolvi. Subit ſcilicet defenſor ſuâ ſatisdatione perſonam debitoris principalis, & excuſſo utroqve, ad fidejuſſores demum procedendum.

Conf. §. ſi plures. 4. J. de fidej.

Regvla XCVI.

De interpretatione ex ſenſu proferentis.

MÆCIANVS libro XII. Fideicommissorum.

IN ambiguis orationibus, maximè sententia spectanda est ejus qui eas protulisset.

De interpretatione ultimarum voluntatum hanc primam regulam tradit Paulus, ut verbis inhæreamus: *Cum in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstio, l. 25. de legat. 3.* & Marcellus: *Non aliter à significatione verborum recedi oportet, quàm cum manifestum est, aliud sensisse testatorem. l. 69. eo.* Quodsi jam oratio ambigua ut duplicem sensum pariat, & alium heres urgeat, alium fideicommissarius, tunc sensus proferentis spectandus est, maximè in fideicommissis. Itaque si quis certam quantitatem cui reliquerit, & addiderit, *facilius hanc summam posse compensari, cum debitor sit fideicommissarius ex causa hereditatis Gaji Seji.* Fideicommissarius verò non velit adire hereditatem Gaji Seji, nec debitor fieri, sed petat Fideicommissum, & compensationem velit effugere Et cum ambiguum esset, an etiam in hoc casu reliquerit testator fideicommissum, quæsita fuit Imperatoris Antonini Caracallæ decisio. Rescripsit ille: *Contra voluntatem testantis eum petere fideicommissum: cum in fideicommissis præcipuè spectanda servandaque sit testatoris voluntas.* referente Vlpiano *l. 11. §. 19. de legat. 3.* Itaque IN ejusmodi AMBIGVIS

IS ORATIONIBVS ſi à verbis recedendum eſt, MAXIME præcipuè & ante omnia SENTENTIA mens, ſenſus & voluntas SPECTANDA ſervandaqve EST EJVS QVI EAS PROTVLISSET, ut hîc teſtatoris. Par ratio LLatoris, *l. fi. C. de LL.* actoris, *l. 83. §. 1. π. de V. O.* Judicis *l. 4. §. 1. π. de appell. l. 9. π. de Præt or. ſtip.* Si de ſenſu proferentis conſtare non poteſt, in ultimis voluntatibus interpretatio fit, ut exitum eæ habeant, *l. 2. π. de his qvæ pro non ſcript.* Conf. *l. 73. §. 3. h. t.* In contractibus interpretatio fit contra paciſcentem ſeu ſtipulantem *l. 172. pr. h. t.*

Regvla XCVII.

De Deportationis effectu, Confiscatione.

HERMOGENIANVS libro tertio juris Epitomarum.

EA ſola deportationis ſententia aufert, qvæ ad fiscum perveniunt.

Titio deportationis ſententiâ damnato, cum omnia jura civitatis amittat, de *liberis* ejus qværitur, an aliqvid ipſis relinqvatur. Et regulam hîc tradit Hermogenianus: EA SOLA bona DEPORTATIONIS SENTENTIA AVFERT liberis deportati, QVÆ AD FISCVM PERVENIVNT. Qvæ autem iſta ſint, qvæ ad Fiſcum

Fiscum perveniant, & qvæ liberis relinqvantur, exponit Alphenus JC. Servii Sulpitii discipulus, *l. 3. de interdict. & releg.* inter ea qvæ liberis auferuntur recensens qvoqve libertos paternos. Sed istud ad prima Imperatorum tempora referendum, ubi Fisci bellis civilibus exhausti major ratio habita. Postea Impp. septimius severus & Ant. Caracalla benignissimè libertos etiam paternos, & eorum bona reliqverunt, ut Hermogenianus *l. 9. Ad L. Jul. Majest.* & Martianus *l. 4. de jure patronat.* testantur. Qvalem æqvitatem in usu fori nostri erga liberos bannitorum etiam exercent nostri Principes, *Vid. Exerc. ad π. 38, 25. & Exerc. 49, 156.*

REGVLA XCVIII.

De prærogativa legatariorum defuncti præ legatariis heredis.

HERMOGENIANVS libro IV. juris Epitomarum,

QVoties utriusqve causâ, lucri ratio vertitur, is præferendus est, cujus in lucrum causa tempore præcedit.

Speciem idem Hermogenianus expresit *l. 11. π. ut in possess. legator.* Si rei servandæ causa in possessionem missus esset proprius creditor

ditor heredis, & rei per fideicommiſſum mihi relictæ adeptus fuerit poſſeſſionem, nihil me per eum lædi oportere convenit. Qvod & reſcriptum Antonini confirmat *l. 1. C. de bon. auctor. jud.*

Regvla XCIX.

De Mora.

Venvleivs libro XII. Stipulationum.

Non poteſt improbus videri, qvi ignorat, qvantum ſolvere debeat.

Titius conventus à Lucio actione tutelæ, qvam pater geſſit: opponit exceptionem illiqvidi, qvod rationes paternæ nondum fuerint examinatæ & juſtificatæ. Titius itaqve ſententiâ remittitur ad rationes examinandas, & liqvidum conſtituendum: ne qvidem refuſis expenſis litis. Qvia NON POTEST IMPROBVS & temerarius, moroſus litigator VIDERI, præſumi, judicari & propterea in uſuras & expenſas condemnari, QVI adhuc IGNORAT, QVANTVM SOLVERE DEBEAT, liqvido nondum conſtituto.

Conf. 63. ſupra tit.

Regv-

REGVLA C.

De modo ſolvendi obligationem.

GAJVS libro primo Regularum.

OMnia qvæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt.

Speciem Juſtinianus ſuppeditat *§. 2. J. de nuptiis.* Si qva per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit, qvamdiu qvidem conſtat adoptio, ſanè inter de & eam nuptiæ conſiſtere non poſſunt: cum verò per emancipationem adoptio ſit diſſoluta, poteris eam uxorem ducere. Ratio ex regula hac patet, qvia OMNIA negotia eorum effectus juris, adeoqve & agnatio, QVÆ JVRE civili CONTRAHVNTVR ut hîc per adoptionem, CONTRARIO JVRE civili eoqve approbato conſenſu in diſſolutionem PEREVNT, diſſolvunturqve.

Conf. l. 35. & 153. h. t.

REGVLA CI.

De termino fatali duorum menſium.

PAVLVS libro ſingulari de Cognitionibus.

VBi lex DVORVM MENSIVM fecit mentionem, & qvi ſexageſimo & primo die venerit, audi-

audiendus est : Ita enim & Imperator Antonius cum D. Patre suo rescripsit.

Ratio juris hujus dependet ab æqvitate & humanitate, qvum alioqvin summo jure exclusus sit qvi venit sexagesimo primo die. Triginta enim dies in singulos menses computantur. Præterea benignitatem istam svadet etiam, qvod non omnes menses æqvali dierum numero computentur. Cæteroqvin ubi terminus fatalis de momento ad momentum computatur, veluti hodierno foriusu ferè solet, regula hæc locum vix inveniet: ex cujus tamen æqvitate terminis Saxones tres dies adjecti sunt. Cæterum facit huc Brocardicum: dies termini computatur in termino. de qvo vid. Carpz. *Proc. Civ. 17, 3, 35.*

REGVLA CII.

Contra legem feciſſe qvis dicatur.

VLPIANVS libro primo ad Edictum.

QVi vetante Prætore fecit, hic ADVERSVS EDICTVM FECISSE propriè dicitur.

Edictum de pactis ait: *Pacta conventa, qvæ neqve dolo malo neqve ADVERSVS LEGES, plebi-*

Integrum textum hujus laciniæ exhibet *l. nec ullam. 13. §. siqvis. 8. π. de H P.* ait JCtus; *Siqvis sciens alienam emit hereditatem, qvasi pro possessore possidet: & sic peti ab eo hereditatem qvidam putant. Qvam sententiam non puto veram. NEMO enim PRÆDO EST, QVI PRETIVM NVMERAVIT. Sed ut emtor universitatis, utili tenetur.* ut possessor malæ fidei, de cujus & prædonis differentia dissensum veterum JCtorum notat hîc Jac. Gothofredus.

§. 1.

Locupletior qvis necne: & de *Facio ut facias.*

Locupletior non est factus, qvi libertum acqvisierit.

Speci-

Speciem Paulus habet *l. naturalis §. pr. & §. fi. de præscr. verb.* ait: Naturalis meus filius servit tibi, & tuus filius mihi convenit inter nos, ut & tu meum manumitteres, & ego tuum. ego manumisi; tu non manumisisti. qva actione mihi teneris qvæsitum est? In hac qvæstione species contractus innominati *Facio ut facias* inspicitur. hæc species porro tractatus plures recipit. Nam si pacti sumus, ut *tu à meo debitore Carthagine exigas, ego à tuo Romæ:* Vel, ut *tu in meo, ego in tuo solo ædificem* & ego ædificavi, & tu cessas: in priorem speciem mandatum qvodammodo interveniisse videtur, sine qvo exigi pecunia alieno nomine non potest. qvamvis enim & impendia sequantur, tamen mutuum officium præstamus. & potest mandatum ex pacto etiam naturam suam excedere. Possum enim tibi mandare, ut *& custodiam mihi præstes & non plus impendas in exigendo, qvàm decem.* Et si eandem qvantitatem impenderemus, nulla dubitatio est. Sin autem alter fecit, ut & hîc mandatum interveniisse videatur, qvasi refundamus invicem impensas. neqve enim de re tua tibi mando. Sed tutius erit, & in insulis fabricandis, & in debitoribus exigendis præscriptis verbis dari actionem, qvæ actio similis erit mandati actioni. Si ergo hæc sunt, ubi de faciendo ab utroqve convenit; & in proposita qvæstione idem dici potest, qvod actio P. V. competat, & necessario sequitur, ut ejus fiat condemnatio qvanti interest mea, servum habere, qvem manumisi,

numisi. An deducendum erit, qvod libertum habeo? Sed hoc, inqvit Paulus, non potest æstimari, adeoqve nec deduci. Libertus enim ut homo liber non est in bonis, nec restitutioni obnoxius: ergo hactenus non locupletiorem reddit. Ex qvibus Vlpianus regulam hanc conficit: *Locupletior non est factus, qvi libertum acqvisierit.*

§. 2.

De possessionis commodo.

Cum de lucro duorum qværatur, melior est causa possidentis.

Concordat regulæ XXXIII. h. t.

REGVLA CXXVII.

De actione in heredem.

PAVLVS libro XX. ad Edictum.

CVm Prætor in hæredem dat actionem qvatenus ad eum pervenit, sufficit si vel momento ad eum pervenit, ex dolo defuncti.

Oratio Imp. Hadriani & SC. de Hereditatis petitione inter alia sancit: *Item placere, à qvibus hereditas petita fuisset, si adversus eos judicatum esset, pretia. qvæ ad eos rerum ex hereditate ven-*

venditarum, etsi eæ ante petitam hereditatem deperiissent deminutæve fuissent, restituere debere. qvod & de B. F. possessore intelligendum Vlpianus annotat, *Vid. l. item 20. §. 6. vers. item placere. & §. fi. π. de H. P.* atqve de vero pretio id explicat, additâ ratione: qvi si petitor rem consecutus esset, distraxisset, & verum pretium rei non perderet. Mox *l. 23. eo.* pergit: utrum autem omne pretium restituere debebit B. F. possessor, an verò ita demum, si factus sit locupletior, videndum. Finge pretium vel perdidisse vel consumsisse vel donasse. Et verbum qvidem PERVENISSE ambiguum est, respondet, solumne hoc contineat, qvod primâ ratione fuerit, mox desierit esse, an verò & id qvod durat? *Et puto*, inqvit, *sequendam clausulam SCti, etsi hæc sit ambigua, ut ita demum computet inter restituenda, si factus est locupletior.* Sed & ipse JCtus ambiguè satis. clarius itaqve Paulus in hac regula: SVFFICIT SI VEL MOMENTO AD EVM PERVENIT, bonæ fidei possessorem, nec duravit: additâ tamen hac restrictione, si EX DOLO DEFVNCTI ut M. F. possessoris ad hunc B. F. possessorem pervenerit: idqve in odium Malæ fidei. alioqvin regulariter PERVENIRE cum effectu accipiendum est, *l. 164. §. ult. π. de V. S.* de eo qvod est permansurum, *l. 71. pr. eod.* non qvod primâ tantum ratione pervenit, *l. 2. §. 3. π. de hered. vend.*

Reg.

REGVLA CXXVIII.

De Possessionis commodo.

PAVLVS libro XIX. ad Edictum.

IN pari causa possessor potior haberi debet.

Vti in aliis causis, ita etiam rei vindicatione, ut actore non probante, possessor rem retineat, etsi titulum æqve minus probare posset. *l. 73. π. de R. V.*

Conf. *l. 25. l. 33. l. 126. h. t.*

§. 1.

De Successore universali.

Hi qvi in universum jus succedunt, heredis loco habentur.

Sive sint bonorum possessores, de qvibus suprà *l. 117. h. t.* sive heredes fideicommissarii.

Conf. *l. 62. h. t.*

REGVLA CXXIX.

De creditoris jure petendi.

PAVLVS libro XXI. ad Edictum.

Nihil

Nihil dolo creditor facit, qvi suum recipit.

Speciem hujus regulæ alibi idem Paulus exhibet, *l. 9. §. 1. de condict. causf. dat.* puta Titius credens se debere Cajæ centum, jussu ejus promittit Sempronio, Gajæ Sponso illam summam dotis nomine. Nuptiis secutis petit Sempronius dotem promissam à Titio. hic agnito errore suo, opponit exceptionem doli. qværitur an audiendus? Negat Paulus, Maritus enim, inqvit, suum negotium gerit, & nihil dolo facit. nec decipiendus est. qvod fit, si cogatur indotatam uxorem habere. itaqve adversus mulierem condictio (per litis denunciationem) Titio competit, ut liberetur si nondum solvit. Et apud Labeonem scriptum est, referente Vlpiano *l. 6. §. 6. Qvæ in fraud. credit.* Eum qvi suum recipiat, nullam videri fraudem facere. Planè *vim* facere potest, qvi suum à debitore recipit, & in L. Juliam de vi incidere & jus crediti amittere, *l. 12. fi. π. qvod met. cau.*

§. 1.

De Accessoriis.

Cum principalis causa non consistit, ne ea qvidem qvæ sequuntur, locum habent.

Si adversus leges aliqvi cöierint nec nuptiæ aut matrimonium intelligitur, & conse-

qven-

qventer nec dos locum habet, §. *pen. J. de nuptiis.* Pariter si patris testamentum non valet, nec filii qvidem valebit, nam pupillare testamentum est seqvela paterni, §. 5. *J. de pupill. subst.*

Conf. §. 17. *J. de legat.*

REGVLA CXXX.

De Concursu actionum.

VLPIANVS libro XVIII. ad Edictum.

NVnqvam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

Extat hæc regula & *l. pen. π. de O. & A.* præterqvam qvod vocula *præsertim* ibi absit, & pro *re* habeatur *pecunia.* Sed qvemadmodum hîc legitur, ita habetur qvoqve §. *fi. J. si qvadrup. paup.* Fuit autem hac de re dissensus inter JCtos, de qvo Paulus *l. 34. pr. de O. & A.* ait: Qvi servum alienum injuriosè verberat ex uno facto incidit & in Aqviliam & in actionem injuriarum: injuria enim ex affectu fit, damnum ex culpa, & ideò possunt utræqve competere. Sed qvidam alterâ electâ, alteram consumi: alii per L. Aqviliæ actionem injuriarum consumi; qvoniam desiit bonum & æqvum esse, condemnari eum, qvi æstimationem eandem jam præstitit.

Conf. l. 2. π. de priv. delict.

Sed

Sed si ante injuriarum actum esset, qvâ *damni* æstimationem non adeptus actor, teneri reum adhuc ex L. Aqvilia. Sed & hæc sententia, ait Paulus, per Prætorem inhibenda est, ne ducatur in forum: Nisi in id qvod amplius ex L. Aqvilia competit, agatur. Rationabilius itaqve est, eam admitti sententiam, ut liceat ei qvam voluerit actionem prius exercere; qvod autem amplius in altera est, etiam hoc exseqvi. Vnde jam regula hæc conditur: NVNQVAM ACTIONES, PRÆSERTIM POENALES vel non-pœnales cum pœnalibus concurrentes, DE EADEM RE aut facto natæ CONCVRRENTES ita ut singulæ proponi possint, non idem sed diversa petentes, ALIA ALIAM CONSVMIT, sed successivè institui qveunt: imò & melius cumulari, ad lites abbreviandas. *Gail. 1. O. 63, 9.*

Regvla CXXXI.

Qvi dolo desiit possidere.

PAVLVS libro XXII. ad Edictum.

Qvi dolo desiit possidere, pro possidente damnatur: qvia pro possessione dolus est.

Qvi dolo desiit possidere id, qvod noxæ dedere poterat, damnatur in solidum, qvasi possideret, & noxæ dedere nollet, *l. 12. l. 16. & l. 21. π. de nox. act.*

Conf. *l. 150. h. t.*

REGVLA CXXXII.
De Imperitia.

GAJVS libro VII. ad Edictum Provinciale.

IMperitia culpæ annumeratur.

Exemplum unà cum regula suggerit Justinianus supra §. 7. *J. de L. Aqvilia.* Est autem propriè *Imperitia*, inscitia ejus rei, qvam qvis in se recepit aut profitetur.

REGVLA CXXXIII.
De servili acqvisitione.

GAJVS libro VIII. ad Edictum Provinciale.

MElior conditio nostra per servos fieri potest, deterior fieri non potest.

An servus dominum invitum obligare possit qværitur? Ratio dubitandi est, qvod servus generatim domino acqvirat, etiam ignoranti, nec enim invito præsumi potest. Ex qvo autem commodum sentit, ex eo & incommodum sentire debet. Sed ratio decidendi in eo con-

consistit, qvod qvilibet obligatur ex voluntate & facto suo, *Vid. supra Inst. tit. per qvas person. oblig. acqvir. §. 1.* at servus non habet voluntatem propriam, sed dominicam, dominus autem non præsumitur velle obligari ignorans, multò minus invitus, per servum.

Conf. *l. pen. π. depositi. l. 13. π. de Acq. poss.*

Regvla CXXXIV.

De defraudatione creditorum.

Vlpianvs libro XXI. ad Edictum.

Non fraudantur creditores, cum qvid non acqviritur à debitore, sed cum qvid de bonis diminuitur.

Titius heres institutus repudiat hereditatem: creditores Titii id factum in fraudem eorum arguunt & repudiationem actione Pauliana rescindi petunt. Qværitur an audiendi? negat Vlpianus *l. 6. §. 2. Qvæ in fraud. cred.* qvi, enim, inqvit, cum possit aliqvid qværere non id agit, ut acqvirat, ad hoc Edictum non pertinet. Pertinet enim hoc Edictum ad deminuentes patrimonium suum, non ad eos, qvi id agunt ne locupletentur. Planè si creditores probent, debitorem datâ operâ repudiasse hereditatem, ut defraudentur ipsi, competit actio

ex hoc Edicto, *d. l. 6. §. 5. fin.* qvod ipsum si excitato jam concursu fiat, præsumi, nec probatione indigere videtur. *Vid. Brunem. ad d. l. 6. n. 8.*

§. I.

Delictum non meretur favorem.

Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

Delictum hîc omnem dolum & fraudem continet: itaqve & delictum hactenus censetur, siqvis *bonis cessit* in fraudem creditorum, & ut suam conditionem meliorem faceret in his qvæ postea acqvisivisse videretur, qvippe in qvibus beneficium competentiæ habet, *§. ult. J. de act.* Sed fraude probata, beneficium hoc denegatur. Conf. *l. 68. §. 1. pro socio.*

REGVLA CXXXV.
De conditione impossibili.

VLPIANVS libro XXIII. ad Edictum.

EA qvæ dari impossibilia sunt, vel qvæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur.

Jura-

Jura vit Titius, aut condemnatus fuit, *Stichum dare*. qvi tamen diſierat in rerum natura eſſe, qværitur an *æſtimationem* dare debeat? negat Paulus *l. 30. §. 1. de jurej.* niſi ex cauſa furtiva aut mora, tunc enim etiam poſt mortem ſervi æſtimationem præſtari. Idem obtinet in ultimis voluntatibus, *§. 10. J. de her. inſtit.* Secus eſt in contractibus, qvos impoſſibilis conditio reddit inutiles, *§. 11. J. de inutil. ſtip.* Vid. *l. non ſolum. 30. π. de O. & A.*

Regvla CXXXVI.

De Bona fide.

PAVLVS libro XVIII. ad Edictum.

Bona fides tantundem poſſidenti præſtat, qvantum veritas: qvoties lex impedimento non eſt.

Regulæ ſpeciem ſuppeditat Juſtinianus *§. ſiqvis 35. J. de R. D.* qvoad fructuum acqviſitionem. Cum qvo convenit Paulus *l. bonæ fidei, 48. pr. de A. R. D.* addens, qvia qvod ad fructus attinet, loco domini *penè* eſt B. F. poſſeſſor. Penè ait, puta qvoties lex impedimento non eſt, ut regula noſtra habet: impedit autem ne acqvirantur extantes naturales, qvi non ex facto B. F. poſſeſſoris nati, *l. fructus. 45. π. de uſur.* Sic etiam denegat B. F. poſſeſſori Edictum de reli-

giosis, qvod domino vero concedit, actio scilicet in factum ad interesse, *l. 2. §. 1. π. de relig.*

Conf. *l. 1. §. 1. π. de serv. corrupt.*

REGVLA CXXXVII.

De emtione judiciali.

VLPIANVS libro XXV. *ad Edictum.*

QVi auctore judice comparavit, bonæ fidei possessor est.

Speciem ipse Vlpianus *l. 12. §. fi. & l. 14. § 1. de religios.* de homine mortuo, si non sit pecunia parata, unde funeretur, Prætor vel magistratus municipalis ad funus sumtum & media decernere debet, & distrahere aut pignorari qvædam jubere: & si adita postea fuerit hereditas, res emtori auferenda non est, qvia bonæ fidei possessor est, & *dominium habet, qvi auctore judice comparavit.*

REGVLA CXXXIIX.

Obligatio heredis à die mortis defuncti.

PAVLVS libro XXVII. *ad Edictum.*

OMnis hereditas qvamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

Non

Non inelegantem ſpeciem prætentat Gajus *l. 28. §. ult. de ſtipulat. ſerv.* ait: Illud qvæſitum eſt: An heredi *futuro* ſervus hereditarius ſtipulari poſſit? Proculus negavit, qvia is eo tempore extraneus eſt. *Vid. ſupra l. 73. ff. h. t.* Caſſius reſpondit, Poſſe, qvia qvi poſtea heres extiterit, videtur ex mortis tempore defuncto ſucceſſiſſe; adeoqve ex æqvitate naturali fictio juris civilis oritur. Qvæ ratio, *pergit*, illo argumento ex Jure Pontificio Romanorum commendatur, qvod heredis familia ex tempore mortis funeſta facta intelligitur, licet poſt aliqvod tempus heres extiterit.

§. 1.

De delicti æſtimatione.

Nunqvam creſcit ex poſt facto præteriti delicti æſtimatio.

Lucius apocham ſurripuit Cajo, eamqve delevit. Cajus inſtituit furti actionem in id qvod intereſt, *l. 27. §. 2. ff. de furt.* Sed qvia etiam delevit, pœnam augeri petit. Qværitur an rectè? negat Paulus *l. 28. eod.* delendo enim, inqvit, nihil ad pœnam actionis de furto adjicit: etſi actione L. Aqviliæ ob id teneatur. Atqve ita NVNQVAM CRESCIT EX POSTFACTO ſive continuato delicto, ſive novo PRÆTERITI DELICTI cui amplius per naturam rei

addi nihil poteſt, ÆSTIMATIO & pœna privatis debita. Cæteroqvin nunqvam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur, *l. 2. π. de priv. delict.* Sed & privatis intereſſe ſuum ex qvolibet petere licet, & pœna qvoqve publica qvodlibet ſua manet.

REGVLA CXXXIX.

De LConteſtatione & actionum perpetuatione.

GAJVS libro ad Edictum Prætoris Vrbani.

OMnes actiones, qvæ morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ judicio, ſalvæ permanent.

Sic actio injuriarum qvæ & anno præſcribitur & cum injuriato perit, litis conteſtatione tranſit in heredes.

Conf. *l. 87. ſupra h. t.* & *§. 1. J. de perp. & temp. act.*

§. 1.

De dominio revocabili.

Non videtur perfectè cujusqve id eſſe, qvod ex caſu (al. cauſa.) *auferri poteſt.*

Caſum

Casum Neratius refert, & ex eo Gajus libro singulari de Casibus, *l. 63. De condict. indeb.* Si is, qvi certum hominem deberet, statu liberum dederit, is eum qvem solvit, repetere non potest, qvod debitum dedit, nec tamen liberatur, qvia non in *plenum* ejus fecit cui dedit, h. e. perfectè, irrevocabiliter. Plenum enim & perfectum dicitur hoc loco tempore & duratione; solet verò aliàs perfectum & plenum partibus suis aut gradibus dici, cui opponitur minus plenum. *Vid. supra J. de Rer. div. in fin.* itaqve potest esse dominium plenum & perfectum, etsi revocabile, sicuti dominium cum pacto retrovenditionis conjunctum. *Conf. l. 205. h. t.*

Regvla CXL.
De Absentia Reip. causa.

VLPIANVS libro LVI. ad Edictum.

Absentia ejus qvi Reip. causa abest, neqve ei neqve alii damnosa esse potest.

Titius municeps nomine municipii sui Romam missus, per aliqvod tempus ibi commoratus amittit prædium ab alio municipe interim usucaptum: ipse vicissim aliud prædium Semprvnii hactenus possessum usucapionis tempus implens acqvirit. Reversus restitutionem in integrum ex capite absentiæ instituens, rescindi facit usucapionem sui prædii: Sed & vi-

cisſim tempus abſentiæ ſuæ etiam Sempronio non eſt damnoſum, neqve pro completa habetur uſucapio. Qvia ABSENTIA EJVS, QVI REIPVBL CAVSA ABEST, NEQVE EI qvi abeſt, contra præſentem tertium NEQVE ALII contra ipſum uſucapturum DAMNOSA ESSE DEBET. *Conf. l. 1. & l. 29. & l. ult. π. ex qvib. cau. maj. & §. 5. J. de act.*

REGVLA CXLI.

De jure ſingulari.

PAVLVS libro LIV. ad Edictum.

QVod contra rationem juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſeqventia.

Procurator Titii prædium per longum poſſeſſum uſucapione dicit ſe acqviſiviſſe Titio: verus dominus probat Titium id ignorare. Qværitur an ignoranti acqvirare poſſit? Ratio dubitandi, nam & heredi futuro tempore jacentis hereditatis uſucapitur, *l. 44. §. 3. π. de uſucap.* Ratio decidendi: Sed hæc jure ſingulari recepta ſunt, ait ibidem Papinianus. Qvod autem CONTRA RATIONEM JVRIS communis pro jure ſingulari RECEPTVM EST, NON EST PRODVCENDVM AD CONSEQVRNTIA & alia exempla. *Conf. l. peregrè. 44. §. 1. π. de Acqvir. Poſſ. & L. 68. h. t.*

§. 1.

§. 1.

Duo heredes in ſolidum.

Vni duo pro ſolido heredes eſſe non poſſunt.

Ratio, qvia nec duæ hereditates unius hominis eſſe poſſunt, nec unius duo patrimonia, *l. 30. §. 1. π. de excuſ.* itaqve nec duo domini in ſolidum, *l. 19. §. 3. π. de caſtr. pecul.* nec plures eandem rem in ſolidum poſſidere, *l. 3. §. 5. π. de A. P.* eodem ſcilicet tempore & dominii aut poſſeſſionis genere, non diverſo, *l. 1. §. 15. eod.* idqve cum effectu, *conf. §. reſtituta. 3. J. de fideicomm. hæred.*

REGVLA CXLII.

De tacet non negat.

PAVLVS libro LVI. ad Edictum.

QVi tacet, non utiqve fatetur; ſed tamen verum eſt, eum non negare.

Titius conventus à Cajo de aliqvo debito, ad evitationem probationis ambagium, interrogatur in jure. reus tacet. Qværitur qvid juris, utrum tanqvam contra confeſſum executio decernenda, an pro negante habendus & probatio decernenda actori? Reſpondetur ex ſententia

tentia Pauli neutrum fieri debere. Nam QVI TACET, NON VTIQVE FATETVR, ergo nec ut contra confessum executio fieri potest, SED TAMEN VERVM EST, EVM etiam NON NEGARE debitum, aut litem contestari, igitur necdum probatio injungenda actori: Sed potius compellendus est reus ad respondendum: sicut Javolenus scribit Possessorem fundi cogi debere respondere, *l. antep. §. 1. π. de interr. in jure.* aut actio in solidum datur, si de parte interrogatus non respondet, nam qvi omnino non respondet, contumax est: contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, ut in solidum conveniatur, qvemadmodum si negasset, qvia Prætorem contemnere videtur, ait Vlpianus, *l. 11. §. 4. eod.* Alioqvin communiter tacens habetur pro consentiente, in iis, ubi Lex non reqvirit consensum expressum, de qvo in *Manuduct. Phil. Mor. ad JPrud. c. 4. n. 7. 36. & ad π. Exerc. XXI. 7. sq.*

REGVLA CXLIII.
De exceptionibus contra heredes.

VLPIANVS libro LXII. ad Edictum.

QVod ipsis qui contraxerunt obstat, & successoribus eorum obstabit.

Si qvis initium suæ possessionis justum non habuit, heredi & bonorum possessori, licet ignō-

gnoranti, poſſeſſio non prodeſt ad uſucapiendum, §. 12. J. de uſucap. Sed obſtat & huic exceptio de M. F. Idem in conventionibus obtinet.

REGVLA CXLIV.

De licito.

PAVLVS libro LXII. ad Edictum.

NOn omne qvod licet, honeſtum eſt.

Medium inter Honeſtum & Turpe eſt licitum; Turpe eſt, liberam mulierem conſvetudinis cauſa, non matrimonii, continere; concubinam tamen habere, licitum, Jure Romano, *l. 34. π. ad l. Jul. adult* Vid. *Manndučt. c. 6, 22.*

§. 1.

Tempus conventionis conditionalis qvod ſpectetur.

In ſtipulationibus id tempus ſpectatur, qvo contrahimus.

Integer textus habetur *l. ſi filius. 78. pr. π. de V. O.* Si filiusfam. ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio

ditio, patri actio competit. qvia IN STIPVLATIONIBVS aut aliis conventionibus conditionalibus, ID TEMPVS SPECTATVR QVO CONTRAHIMVS, non qvo conditio exsistit, in qvæstione cui acqviratur ex ejusmodi contractibus. *Conf. l. 18. supra h. t.*

REGVLA CXLV.

Fraus non fit consentienti.

VLPIANVS libro LXVI. ad Edictum

NEmo videtur fraudare eos qvi sciunt & consentiunt.

Textus ex qvo decerpta est hæc regula *l. 6. §. 9. Qvæ in fraud. cred.* extat: Eum qvi consentientibus creditoribus aliqvid à fraudatore vel emit vel stipulatus est, vel qvid aliud contraxerit, non videri in fraudem creditorum fecisse. NEMO enim VIDETVR FRAVDARE EOS, QVI SCIVNT ET ad hoc CONSENTIVNT.

REGV-

REGVLA CXLVI.

De ſervo, libero facto.

VLPIANVS libro LXII. ad Edictum.

QVod qvis dum ſervus eſt, egit, proficere libero facto non poteſt.

Par ratio qvæ filiifam. de qvo antea ad Reg. CXLIV. §. 1. ſemel enim domino vel patrif. jus acqviſitum eſt, §. *item vobis. J. per qv. perſ. cuiqve,*

REGVLA CXLVII.

De Genere & ſpecie.

GAJVS libro XXIV. ad Edictum Provinc.

SEmper ſpecialia generalibus inſunt.

Genus enim continet ſpecies, ajunt Philoſophi *Conf. l. 80. b. t.*

REG.

REGVLA CXLVIII.

De Executione in concursu Creditorum.

PAVLVS libro XVI. brevis Edicti.

CVjus effectus omnibus prodest, ejus & partes ad omnes pertinent.

Cum unus ex creditoribus postulat, in bona debitoris se mitti: qværitur, utrum solus is, qvi petit, possidere possit? an cum unus petit, & Prætor permiserit, omnibus creditoribus aditus sit? Et commodius dicitur, inqvit Paulus *l. 12. pr. de bon. aut. jud.* cum Prætor permiserit, non tam *personæ* solius petentis, qvàm aliis creditoribus, & *in rem* permissum videri. qvod & Labeo putavit. Nec videbitur libera persona acqvirere alii, contra *l. 73. §. fi. supra h. t.* qvia nec sibi qvicqvam acqvirit, cui Prætor permittit hoc, sed aliqvid ex ordine facit: & ideò cæteris qvoqve prodest. Vnde regula: CVJVS rei, ut hîc missionis in bona debitoris, EFFECTVS ut possessionis impetratio, OMNIBVS creditoribus PRODEST, ad hoc ut ipsis aditus sit ad bona, *Vid. l. 15. eo.* EJVS ET PARTES veluti inventarii confectio, bonorum venditio, instrumentorum descriptio, *d. l. 15.* AD OMNES PERTINENT. Sed vide *l. ult. C. eod.*

R. dub.

R. dec.

REG.

Regvla CXLIX.

De præstatione facti alieni.

VLPIANVS libro LXVII. ad Edictum.

EX qva persona qvis lucrum capit, ejus factum præstare debet.

Illud tenendum est, ait Vlpianus, sive à te, sive ab eo, in cujus locum successisti, possideri aliqvid legatorum cœptum est propriâ auctoritate, æqvè interdicto *Qvorum legatorum* locum fore, *l. 1. §. 13. Qvor. legat.* Qvia EX QVA PERSONA veluti filiisam. QVIS LVCRVM legatum CAPIT, EJVS FACTVM occupationem legati illegitimam PRÆSTARE DEBET.

Regvla CL.

De eo qvi dolo desiit possidere.

VLPIANVS libro LXVIII. ad Edictum.

PArem esse conditionem oportet ejus qvi qvid possideat, vel habeat, atqve ejus cujus dolo malo factum sit qvo minus possideret vel haberet.

Ejusdem est hæc sententiæ qvæ supra Reg CXXXI.

REGVLA CLI.

De Damno.

PAVLVS libro LXIV ad Edictum.

NEmo damnum facit, nisi qvi id fecit, qvod facere jus non habuit.

Prætor edixit: Ne qvid in loco publico facias, qva ex re qvid illi damni detur. *l. 2. π. ne qvid in loco publ.* Qvoties itaqve aliqvid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut sine injuria cujusqve fiat: & ita solet Princeps qvoties aliqvid novi operis instituendum petitur, permittere, ait Vlpian*o d. l. 2. §. 10.* qvi permissu itaqve Principis aut Magistratus aliqvid facit, nil damni facit. Qvia NEMO DAMNVM FACIT, NISI QVI ID FECIT, QVOD sine permissu fecit & QVOD FACERE JVS NON HABVIT. qvi verò jure suo utitur, qvod ipsi concessum, nemini facit damnum aut injuriam. *l. 55. supra h. t.*

REG.

Regvla CLII.

De Vi.

VLPIANVS libro LXIX. ad Edictum.

HOc jure utimur, ut qvicqvid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis privatæ crimen incidat.

Qvomodo utraqve distingvenda sit, expositum supra *lib. ult. Instit. t. ult. n.* XXVI.

§. 1.

De vi mandantis.

Dejicit & qvi mandat.

§. 2.

Aut ratihabentis.

In maleficio ratihabitio mandato comparatur.

Vt itaqve ex vi privata & publica vel civiliter ex Interdictis tenemur, vel criminaliter Lege Julia: ita utrobiqve vim facit etiam qvi jubet, vel saltem vim factam ratam habet. *Vid. l. 1. §. 14. π. de Vi & Vi arm.* unde hæc regula delibata est.

§. 3.

De heredis obligatione

In contractibus, qvibus dolus præstatio vel bona fides inest, heres in solidum tenetur.

Supra *l. 44. h. t.* dictum, qvod ex dolo defuncti in heredem actio detur in qvantum ad ipsum pervenit, non in solidum. Hic restringitur illa regula ad contractus *stricti juris*, qvalis & precarium, *Vid. l. 8. §. fi. π. de precar.* Contra de contractibus *bonæ fidei*, & de contractibus stricti qvidem juris, sed qvibus *clausula doli* expressè adjecta, dicitur heredem etiam *in solidum* teneri. De clausula doli *Vid. l. 19. π. judicat. solvi. L. ex ea. 121. §. fi. π. de V. O.*

REGVLA CLIII.

De amittenda possessione.

PAVLVS libro LXV. ad Edictum.

FErè qvibuscunqve modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: qvum, qvibus modis acqvirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Vi igitur nulla possessio acqviri, nisi animo & corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qva utrumq; in contrarium actum.

Conf.

Conf. *l. 8. π. de A. P.* ſupra *l. 35. & 100. h. t.* & *Inſt. lib. 2. t. 1. n.* XLIV. Dicitur FERE hoc eſſe, non Semper, ſed tamen plerumqve, regulariter. Nam poſſunt per Aqvilianam ſtipulationem omnis generis contractus ſolvi.

Regvla CLIV.

De Poſſeſſoris prærogativa.

VLPIANVS libro LXX. ad Edictum.

CVm par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa; ſicut fit, cum de dolo excipitur petitoris: neqve enim datur talis replicatio petitori: AVT SI REI QVOQVE IN EA RE DOLO ACTVM SIT.

§. 1.

Illi dedet permitti pœnam petere, qvi in ipſam non incidit.

Julianus *l. 7. §. 3. Qvod Vi aut clam*, ait: Si tu ædificaveris vi aut clam: ego idem demolitus fuero vi aut clam: Tu utaris adverſus me Interdicto *qvod vi aut clam* & pœnam qvoqve petas: Ego eandem Exceptionem opponam: *Qvod tu non vi aut clam feceris.* Tu es petitor, ego poſſeſſor: qværitur hæc exceptio mihi competat? Rationem dubitandi affert JCtus: Regulariter talis demolitio non vi aut clam &

propriâ auctoritate, sed officio & autoritate judicis celebrari oportet. Sed addita decidendi ratione: Hanc exceptionem qvidem profuturam, sed non regulariter, non aliter, nisi ex magna & satis necessaria causa, atqve ex æqvitate, puta si copia judicis haberi non potuit. Conf. *supra Inst. lib. ult. t.* XIV. *n. 3. & l. 128. pr. h. t.*

REGVLA CLV.

Obligatio ex Facto alieno nulla.

PAVLVS libro LXV. ad Edictum.

Factum cuiqve suum, non adversario nocere debet.

L. qvidam. 25. §. 2. ff. ad SC Treb.

Speciem Julianus exhibet: Cajus filium suum ex asse heredem instituit, & codicillis, qvos post mortem filii aperiri jussit, fidei ejus commisit, ut si sine liberis decessisset, hereditatem suam sorori restitueret. Filius Stichum servum hereditarium manumisit, & mortuus est, instituto herede Titio. Defuncti soror & totam hereditatem jure fideicommissi petit & Stichum vel ejus pretium. Respondet JCtus, heredem pretium ejus præstare debere, addita hac ratione: *Ne factum ejus alteri damnum afferat.*

Conf. *l. 11. & l. 74. & l. 173. §. 2. supra h. t.* itemqve *§. fires. 16. J. de legat.*

§. 1.

§. 1.

De Vi.

Non videtur vim facere, qvi jure ſuo utitur, & ordinariâ actione experitur.

Conf. *l. 55. l. 119. pr. l. 151. h. t.*

§. 2.

De interpretatione pœnalium.

In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.

Conf. *l. 56. h. t.* Speciem in pœnalibus Vlpianus *l. 32. de pœnis.* exhibet: Si Judex interlocutus ſit: *Vim feciſti.* neqve adjecerit, utrum ex Interdicto duntaxat, an ex L. Julia, ex qva infamia notatur; Itemqve ſi & de vi publica & privata accuſatus fuerit, Judex autem ſimpliciter de vi condemnaverit, Mitior Lex, id eſt, privatorum ſeu de vi privata, erit ſeqvenda, ait JCtus d. l.

Regvla CLVI.

Ad proceſſum nemo obligatur.

VLPIANVS libro LXX. ad Edictum

Invitus nemo rem cogitur defendere.

Concordat *L. 119. supra, h. t.* Conf. *l. in qui. 25. L. ult. π. de R. V. L. 21. π. de judic.*

§. 1.

Qvod per actionem, idem & per exceptionem proponi potest.

Cui damus actionem, eidem & exceptionem competere, multò magis qui dixerit.

Textus integer cum specie extat *l. 1. §. 4. π. de superfic.* Titius dominus soli, rei vindicationem instituit contra superficiarium, qui ad non modicum tempus conduxit superficiem. Quæritur an exceptione aliqua tutus sit superficiarius? & respondet JCtus? Dicendum est, exceptione utendum in factum data, eaque dominum removendum. Nam cum vindicatio utilis ei competat, si possessione expulsus à domino, cur non multo magis & exceptio in factum adversus dominum turbantem sive superficiem vindicaturum. *Vid. Exerc. ad π. 47, 62. ad §. 4.* Nam CVI DAMVS ACTIONEM: EIDEM ET EXCEPTIONEM COMPETERE MVLTO MAGIS QVIS DIXERIT. Conf. *supra Instit. lib. 4. t. 13. n. 2.*

§. 2.

§. 2.

De jure ſucceſſoris.

Cum qvis in alicujus locum ſucceſſerit, non eſt æqvum, ei nocere, hoc qvod adverſus eum non nocuit, in cujus locum ſucceſſit.

Integer textus habetur cum ſpecie ſua, *l. 3. §. 2. π. de itin. actuqve.* conf. *l. 120. h. t.*

§. 3.

De eodem.

Plerumqve emtoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum ac defendendum, qvæ fuit autoris.

Ratio eadem eſt, qvi & emtor eſt ſucceſſor, isqve ſingularis: igitur & eodem autoris ſui jure utitur. Sed hoc qvidem *plerumq;*, & regulariter: excipitur tamen ſi de jure perſonali qværitur, qvod rei emtæ non inhæret, *Vid. l. 1. §. 43. π. de aqva qvotid.* & *l. 68. ſupra h. t.*

§. 4.

De conceſſione perſonali.

Qvod cuiq; (pro eo) præſtatur, invito non tribuitur.

PRO EO, h. e. pro sua persona qvod cuiqve instar beneficii præstatur, id invito non tribuitur, sed volenti intelligitur & acceptanti tributum.

Conf. *l. 69. h. t.*

REGVLA CLVII.

De obseqviosa voluntate.

VLPIANVS libro LXXI. ad Edictum.

AD ea qvæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur servis, si vel domini vel his qvi vice dominorum sunt, veluti tutoribus vel curatoribus, obtemperarunt.

Vid. *l. 4. h. t.* Conf. *l. ult. C. ne S. Baptisma iter.*

§. 1.

De eo qvi dolo desiit possidere.

Semper qvi dolo fecit, qvo minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet.

Vid. *l. 131. & 150. h. t.* Conf. *l. 8. §. 3. π. de precario.*

§. 2.

§. 2.

De obligatione heredis.

In contractibus successores, ex dolo eorum qvibus successerunt, non tantum in id qvod pervenit, verùm etiam in solidum tenentur: hoc est, unusqvisq; pro ea parte qva heres est.

Vid. supra *l. 152. §. 3. h. t.*

REGVLA. CLVIII.

De jure pignoris.

GAJVS libro XXVI. ad Edictum Provinciale.

CReditor qvi permittit rem venire, pignus dimittit.

Ratio est manifesta, qvia consensu suo solvit obligationem pignoris. Conf. §. *fi. J. qvib. mod. toll. obl. & t. π. qvib. mod. pign.* itemqve *C. de remiss. pign.*

REGVLA CLIX.

De eo qvod nostrum est: & de differentia juris in re & in personam.

PAV-

PAVLVS libro LXX. ad Edictum.

Non ut ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe.

Integer textus extat *l. 14. §. 2. π. de except. rei jud.* ait Paulus: Actiones in perſonam ab actionibus in rem, hoc differunt, qvod, cum eadem res ab eodem mihi debeatur, ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ ſeqvuntur, nec ulla earum alterius petitione vitiatur. At cum in rem ago, non expreſsâ causâ, ex qva rem meam eſſe dico; omnes cauſæ unâ petitione apprehenduntur. Neqve enim amplius qvàm ſemel res mea eſſe poteſt: ſæpius autem deberi poteſt.

Conf. *§. 14. J. de act.*

REGVLA CLX.

De venditione per mandatarium.

VLPIANVS libro LXXVI. *ad Edictum.*

Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire.

Ait

Ait idem Vlpianus: Si qvis rem meam, mandatu meo, vendiderit, vindicanti mihi rem venditam, nocebit exceptio rei venditæ & traditæ: Nisi probetur, me mandasse seu mandatum & consensum meum restrinxisse, ita ut ne traderetur anteqvam pretium solvatur. Similiter Celsus ait: si qvis rem meam vendidit minoris, qvàm ei mandavi, non videtur alienata, & si petam eam, non obstabit mihi hæc exceptio. qvod verum est, ait idem Vlpianus, *l. 1. §. 2. 3. de except. rei vend.* rationem hîc suggerens, qvia ALIVD EST VENDERE per se, ALIVD per alium mandatarium & illi VENDENTI CONSENTIRE, consensus enim si ipse vendo, ex facto ipso æstimatur, sed consensus in mandato ex formula mandati judicandus, cujus fines si egressus alter, consensus deficit, & venditio nulla est.

§. 1.

De majore parte.

Refertur ad universos, qvod publicè fit per majorem partem.

Rectè itaqve Syndicus universitatis constituitur si major pars constituerit. Qvod major pars curiæ efficit, ait Scævola, pro eo habetur ac si omnes egerint, *l. 19. ad Municip.* Atqve Speciatim Lege Municipali cautum fuit, ut ordo decurionum sive Senatus non aliter habeatur,

atur, & decreta ab eo fiant, qvàm duabus partibus adhibitis, tertiâ parte decurionum licet absente, *l. 3. π. de decret. ab ord.* Omnino enim credenda est, inqvit H. Grotius, fuisse voluntas in societatem cœuntium, ut ratio aliqva esset expediendi negotia. est autem manifestè iniqvum, ut pars major seqvatur minorem. qvare naturaliter, pars major jus habet integri.

2, 5, 17.

Conf. *Pufend. de J. N. & G. 7, 5, 20.* Instrum. *Pac. Osnabr. Art. V. §. 52.*

§. 2.

De Legatarii jure.

Absurdum est, plus juris habere eum, cui legatus sit fundus, qvàm heredem, aut ipsum testatorem, si viveret.

Titius legavit Sempronio rem apud se depositam qvasi suam: cujus possessionem dominus nactus est, à qvo vindicare vult legatarius rem legatam, qva de re ait Paulus: Siqvis ex causa legati vindicet, an de dolo exceptionem patiatur ex causa ejus, in cujus locum successerit. & respondet affirmando, adjiciens; cum lucrativam causam sit nactus. Aliud est enim emere, aliud ex causa legati vel donationis succedere, *l. 4. §. siqvis autem. 29. π. de doli except.*

Conf. *l. 6. π. de except. & l. 54. supra h. t.*

Reg.

Regvla CLXI.

De conditione non impleta.

VLPIANVS libro LXXVII. *ad Edictum.*

IN jure civili receptum eſt, Qvoties per eum, cujus intereſt conditionem non impleri, fiat qvo minus impleatur, perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet. Qvod ad libertatem, & legata, & ad heredum inſtitutiones perducitur. Qvibus *exemplis, Stipulationes qvoqve committuntur, cum per promiſſorem factum eſſet, qvo minus ſtipulator conditione pareret.*

Eadem ferè leguntur apud Julianum, *l. 24. de condit. & dem.* qvæ ex hac emendanda & negativa inſerenda. Conciſiùs Paulus: Tunc demum pro impleta habetur conditio, cum per eum ſtat, qvi ſi impleta eſſet, debiturus erat, *l. Julius. 80. §. 1. de condit. & dem.* Vid. ſupra *l. 39. h. t.* & *l. 174. eo.*

Regvla CLXII.

De jure ſingulari.

PAVLVS libro LXX. ad Edictum.

QVæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.

Vid. ſupra *l. 141. pr. h. t.*

Reg.

REGVLA CLXIII.

De jure alienandi.

VLPIANVS libro LV. ad Edictum.

CVi jus est donandi, eidem & vendendi & concedendi jus est.

Argumentum ducitur à jure alienandi sive onere sive ex causa lucrativa, qvod magis est, ad jus alienandi ex causa onerosa, aut saltem concedendi precariò, vel qvoad usum. qvod minus est.

Vid. *l. 21. h. t.*

REGVLA CLXIV.

De actione pœnali contra heredem.

PAVLVS libro LI. ad Edictum.

Pœnalia judicia semel accepta in heredes transmitti possunt.

Vid. *l. 139. h. t.*

REG.

REGVLA CLXV.

De conſenſu in alienationem.

VLPIANVS libro LIII. ad Edictum.

CVm quis poſſit alienare, poterit conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec, ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam ejus voluntatem habendum.

Titius, & Lucius pupillus, habent agrum communem. Titius Sempronio concedit ſervitutem aqvæ ducendæ per illum. Conſentit pupillus, abſente tutore. Qværitur an voluntas pupilli rata habenda? Negatur ſecundum hanc regulam. Ratio dubitandi arceſſi poterit ex *l. 160. h. t.* qvum aliud ſit vendere aut alienare, aliud conſentire alienanti: itaqve etſi pupillus ſocius Titii non poſſit alienare, poterit tamen conſentire, ad hunc effectum, ut ratum habeat poſtea tutor. Sed fundamentum deciſionis ſuppeditat hæc regula: CVM QVIS POSSIT ALIENARE, vel ex cauſa oneroſa, vel etiam ex cauſa lucrativa, iſte POTERIT qvoqve ſine dubio CONSENTIRE ALIENATIONI. Sed pupillus alienare non poteſt, igitur nec conſentire alienanti ſocio. CVI AVTEM alienare vel DONARE jure NON CONCEDITVR, PROBANDVM, approbandum, ſtatuendum, reſpon-

Caſus.

R. dub.

R. dec.

respondendum EST, NEC, SI is v. g. pupillus, absente tutore, DONATIONIS CAVSA CONSENSERIT, RATAM EJVS VOLVNTATEM HABENDAM à tutore vel judice. Neqve distinatio ista *l. 160. h. t.* ad pupillum pertinet, ut alterutrum in istum cadat, sed ad majorennem & sui juris, ejusqve mandatum, ut ibi expositum fuit.

REGVLA CLXVI.

De defensoris cautione.

PAVLVS libro XLVIII. ad Edictum.

QVi rem alienam defendit, nunqvam locuples habetur.

Ad eum scilicet effectum, ut pro principali suo non teneatur cavere *judicatum solvi*, de qvo vide *l. 95. h. t.*

REGVLA CLXVII.

Data qvæ dicantur.

PAVLVS libro XLIX. ad Edictum.

NOn videntur DATA, qvæ eo tempore, qvo dantur, accipientis non fiunt.

Titius fecit opus in fundo suo, qvo aqva pluvia vicino noceat. vendit fundum, sed simulatè,

latè, aut aliàs non jure, ita ut emtoris non fiat dominium istâ datione. Qværitur an emtor teneatur actione aqvæ pluviæ arcendæ? Negat Paulus *l. 12. de aqva pluv. arc.* Sed venditor tamen, *l. 14. pr. π. eod.* Ratio ex regula hac est manifesta, de qva & *§. 14. J. de act.*

§. 1.

De voluntate obsequiosa.

Qvi jussu judicis aliqvid fecit, non videtur dolo malo facere, qvi parere necesse habet.

Speciem præbet *l. 2. §. Cassius. 3. π. de aqva pluvia arcend.* Vid. *l. 4. & l. 157. h. t.*

Regvla CLXVIII.

De interpretatione benigniori.

PAVLVS libro primo ad Plautium.

Rapienda occasio est, qvæ præbet benignius responsum.

Circumstantia facti aliqva in mitiorem partem inclinans rapienda est pro ratione decidendi.

Vide supra *l. 56. & l. 155. §. 2. h. t.*

§. 1.

De interpretatione ex affectu proferentis.

QVod factum est, cum in obscuro sit, ex adfectione cujusq; capit interpretationem.

Ex *affectione*, h. e. ex intentione agentis, utrum bono animo, an dolo & malitiâ egerit, Qvæ porrò intentio vel ex affectu & inclinatione præsumenda, vel aliàs ex circumstantiis dijudicanda.

Conf. *l. 96. h. t.*

REGVLA CLXIX.

De obsequiosa voluntate.

PAVLVS libro secundo ad Plautium.

IS damnum dat, qvi jubet dare: Ejus verò nulla culpa est, cui parere necesse sit.

Convenit hæc regula cum *l. 4. l. 157. l. 167. §. 1. h. t.* Et speciem Javolenus præbet *l. 37. pr. ad L. Aqvil.* Liber homo si jussu alterius, manu injuriam dedit, actio L. Aquiliæ cum eo est, qvi jussit, si modo jus imperandi habuit. Qvodsi non habuit, cum eo agendum est qvi fecit

cit. Quia IS DAMNVM DAT, eſt vera cauſa damni, QVI JVBET DARE: etſi non ſit phyſica. EJVS VERO NVLLA CVLPA EST, qvi phyſica cauſa fuit, CVI PARERE NECESSE SIT. Secus ſi & ipſe voluntariè juſſum perfecit, tunc enim uterqve de propria voluntate tenetur.

§. 1.

De eo qvod in ſuſpenſo eſt.

Qvod pendet, non eſt pro eo qvaſi ſit.

Græci: Τὸ ἔτι ἠρτημένον, ὡ δοκεῖ εἶναι. i. e. *qvod adhuc pendet, non videtur eſſe.* Si ſtatu liber noxam fecit, & rei judicandæ tempore adhuc in ſuſpenſo eſt libertas, liberatur dominus tradendo talem ſervum, etſi fortè mox liberum, qvia toto ſuo jure cedit, ait Gajus Sabinum & Callium ſecutus, *l. 15. π. de nox. act.* Vnde generalem regulam Paulus colligit: QVOD PENDET, ut hîc libertas in ſtatu libero, NON EST PRO EO QVASI SIT de præſenti.

REGVLA CLXX.

De exceſſu judicis.

PAVLVS libro tertio ad Plautium.

Actum à judice, qvod ad officium ejus non pertinet, ratum non eſt.

Vt fundus hereditarius fundo non hereditario serviat, arbiter disponere non potest: qvia ultra id, qvod in judicium deductum est, excedere potestas judicis non potest, ait Javolenus *l. 18. Comm. divid.* Qvamobrem etsi ab executione appellatio non detur, datur tamen si executor excesserit. *l. 4. π. de appell.*

REGVLA CLXXI.

De habente regressum.

PAVLVS libro IV. ad Plautium.

NEemo ideò obligatur, qvia recepturus est ab alio, qvod præstiterit.

Speciem ipse Paulus alibi exhibet, *l. supra iter 11. §. apud Ferocem. 2. de aqva pluv. arc.* Si cum uno dominorum actum sit de opere facto, qvo aqva pluvia nocet, qvi opus non fecit, qvæsitum, an hic debeat opus restituere suâ impensâ? asseruit Proculus, qvia communi dividundo actionem habeat. At Vrsejus Ferox JC. notavit, sibi magis placere patientiam duntaxat eum præstare oportere, ut actor diruat opus; qvia suâ culpa id actor patiatur, qvi non agit cum eo, à qvo opus factum sit. Et est inqvit Paulus, iniqvum, eum qvi non fecit, id restituere oportere, qvoniam communi dividundo agere potest. Qvid enim fiet, si socius ejus solven-

ſolvendo non fuerit? Scilicet NEMO IDEO OBLIGATVR ad præſtandum aliqvid, QVIA RECEPTVRVS EST AB ALIO QVOD PRÆSTITERIT.

REGVLA CLXXII.

De interpretatione ampigui pacti, & libelli.

PAVLVS libro V. ad Plautium

IN contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt: Ambigva autem intentio ita accipienda eſt, ut res ſalva actori ſit.

Non tantum in contractu venditionis, ſed & locationis & aliis conventionibus id locum habere, innuit Papinianus *l. 39. de pact.* adjiciens cauſam: In qvorum qvippe poteſtate eſt legem ſeu pactum apertius conſcribere, contra illos fit interpretatio. Sed aliter obtinere in interpretanda *intentione* h. e. libello actoris, cujus differentiæ rationem Vlpianus refert: Judicium, inqvit, etiam in invitum redditur: Et ideò potius actori credendum eſt: alioqvin ſemper negabit reus, ſe non conſenſiſſe. *L. inter. §3. §. 1. De V. O.*

REGVLA CLXXIII.

De beneficio Competentiæ.

PAVLVS libro VI. ad Plautium.

IN condemnatione personarum, qvæ in id qvod facere possunt, damnantur, non totum qvod habent extorqvendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. Vid. *l. 28. h. t. & §. sed etsi qvis. 38. §. de act.*

§. 1.

De fructuum restitutione.

Cum verbum RESTITVAS [in] Lege invenitur, etsi non specialiter de FRVCTIBVS adtitum est, tamen etiam fructus sunt restituendi.

In Faviana & Pauliana actione, per qvam qvæ in fraudem creditorum alienata sunt, revocantur, fructus qvoqve restituuntur. Nam Prætor id agit, ut perinde sint omnia, atqve si nihil alienatum esset. qvod non est iniqvum; Nam & verbum *Restituas*, qvod in hac re Prætor dixit, plenam habet significationem, ut fructus qvoqve restituantur, ait Paulus, *l. videamus. 38. §. 4. de usur. & fruct.* Secus est, si verbo *dandi* aut *reddendi* Lex utatur, ut Lex Julia Papia

Papia, *l. 64. §. 6. π. ſolut. matrim.* Conf. *l. ult. infra de V. S.*

§. 2.

De Mora.

Vnicuique ſua mora nocet: Qvod & in duobus reis promittendi obſervatur.

Si pater in mora fuit, non tenetur filius: qvæ & in fidejuſſoris perſona dicuntur, *l. 49. pr. π. de V. O.* Sed & ſi duo rei promittendi ſint, alterius mora alteri non nocet, *l. 32. §. 4. π. de uſur.* Nam generatim, factum cuiqve ſuum nocere debet, *l. 155. pr. h. t.* Niſi factum correi tale ſit, qvod obligationis ſubſtantiam afficiat, tollitve, ut jurisjur. delatio: In duobus enim reis ſtipulandi, ab altero delatum jusj. etiam alteri nocebit, *l. 28. pr. π. de jurej.* Unde Pomponius ait: Ex duobus reis ejusdem Stichi promittendi factis, alterius factum alteri qvoqve nocet, *l. 18. de duob. reis.*

§. 3.

De Retentione.

Dolo facit, qvi petit qvod redditurus eſt.

Hæc regula etiam *l. 8. de doli except.* legitur, ubi Paulus hanc ſpeciem ſubjicit: *ſic ſi ha-*

res damnatus sit à testatore inteſtamenro, *non petere à debitore*, cui qvippe eo ipſo teſtator debitum legavit, ſi nihilominus petit hæres debitum, *poteſt debitor uti exceptione doli mali.* qvia etſi ipſo jure debet, poteſt tamen *& agere ex teſtamento* debitor ut aut liberetur, aut ſolutum reddatur. Conf. *§. idem. 37. ſ. de act.* & *l. 25. h, t.*

REGVLA CLXXIV.

De conditione poteſtativa.

PAVLVS libro VIII. ad Platium.

QVi poteſt facere, ut poſſit conditioni parere, JAM poſſe videtur.

Titius inſtitutus eſt heres ſub conditione, ſi ſervum qvem in poteſtate habet, manumiſerit. publicatis tabulis, non manumittit, ſed conditionem trahit, cui facilè tamen parere poſſet. Qværitur qvid juris? Legatarii & creditores adire Prætorem poſſunt, & ejus erunt partes, ut ſecundum Edictum præfiniat tempus, intra qvod adeatur hereditas, *l. ſi qvis. 23. §. 1. π. de her. inſtit.* qvia QVI POTEST FACERE, manumittere ſervum ſuum, VT per hoc POSSIT CONDITIONI PARERE, JAM de præſenti, necdum factâ manumiſsione, POSSE parere VIDETVR, intelligitur in mora eſſe, & con

conditio pro impleta. *Conf. l. 161. h. t.* & ſupra *Inſt. l. 2. t. 19. n 2.*

§. 1.

De Repudiatione.

Qvod qvis, ſi velit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt.

Sempronius ſub conditione heres inſtitutus eſt, ſi navis ex Aſia venerit; repudiat hereditatem anteqvam conditio exſiſtit: ea exiſtente, pœnitet, & vult adire. Qværitur an repudiatio antea facta valeat? negatur. Sic enim ait Vlpianus: Heres inſtitutus ſub conditione, ſi ante conditionem exſiſtentem repudiavit, nihil egit, *l. 13. De acqv. vel om. her.* conf. *l. 9. ſq. π. ad SC. Treb.* Ratio hac Regula continetur: QVOD enim QVIS SI VELIT HABERE NONdum POTEST, ut heres hereditatem, adire non poteſt ante conditionem exſiſtentem, ergo & ID REPVDIARE NONdum POTEST, aut repudiando nihil agit. Scilicet ante conditionem exſiſtentem non defertur hereditas, non delata autem nec adiri nec repudiari poteſt validè. Id qvod tamen limitationes recipit, de qva re vid. *Exerc. ad π. 38, 156. ſq.*

Regv-

Niſi ex magna & ſatis neceſſaria cauſa, alioqvin hæc omnia officio judicis celebrari oportet, ait Vlpianus *l. 7. §. bellisſimè. 3. Qvod vi aut cl.* ubi & ſpeciem recitat, de qva & ſupra ad *l. 154. h. t.*

§. 1.

De perſonis conjunctis.

Infinita æſtimatio eſt libertatis & neceſſitudinis.

Sicut libertas eſt res inæſtimabilis, de qva ſupra *l. 106. h. t.* ita ſimilem favorem obtinet neceſſitudo ſive conjunctionis jus & vinculum inter cognatos, *affines*, & *alios* neceſſarios, *l. ult. π. de J. J.* Itaqve Interdictum de libero homine exhibendo omnibus competit. Nemo enim prohibendus eſt libertati favere, *l. 3. §. 9. π. de lib. hom. exh.* Sed & ſi mulier vel pupillus hoc interdictum deſideret, pro cognato, vel parente vel affine ſuo ſolliciti, tantum eis eſſe interdictum, dicendum eſt. Nam & publico judicio reos facere poſſunt, dum ſuas ſuorumqve injurias exſeqvuntur.

d. l. 3. §. 11.

REGVLA CLXXVII.

De jure Succeſſoris.

PAVLVS libro XIV. ad Plautium.

QVi in dominium veljus alterius ſuccedit, jure ejus uti debet.

Vide ſupra *l. 54. l. 56. §. 2. l. 160. §. 2. h. t.*

§. 1.

De juſta ignorantia.

Nemo videtur dolo exſeqvi, qvi ignorat cauſam, cur non debeat petere.

Qvi alieno nomine agit, de rato cavet & amplius non peti, *l. 15. π. rem ratam. haberi.* dominus ignorans negotiorum geſtorum ita caviſſe, ſi amplius petit, dolo petere non videtur, ſed excuſabitur.

REGVLA CLXXVIII.

De Acceſſoriis.

PAVLVS libro XV. ad Plautium.

CVm principalis cauſa non conſiſtit, plerumqve ne ea qvidem, qvæ ſeqvuntur, locum habent.

Alio

Alio loco idem JCtus hanc regulam protulit, qvæ & ſupra *l. 129. §. 1. h. t.* fuit recenſita.

Regvla CLXXIX.

De favore libertatis.

Pavlvs libro XVI. ad Plautium.

In obſcura voluntate manumittentis, favendum eſt libertati.

Vid. *l. 56. h. t. l. 106. eod.* & ſpeciem qvoqve Vlpianus *l. ſi fuerit. 10. in fi. de reb. dub.* exhibet.

Regvla CLXXX.

De Solutione per mandatarium.

Pavlvs libro XVII. ad Plautium.

Qvod juſſu alterius ſolvitur, pro eo eſt, qvaſi ipſi ſolutum eſſet.

Qvemadmodum ſcilicet is, qvi mandat ſolvi, ipſe videtur ſolvere, *l. 56. π. de ſolut.*

Ita

Ita cum jussu meo id qvod mihi deberes solvere, solvis creditori meo, & tu à me, & ego à creditore meo liberor. *l. 64. eod.* Qvod enim qvis facit per alium, per se ipse fecisse putatur: & mandans pro causa principali habetur.

REGVLA CLXXXI.

De hereditate destituta.

PAVLVS libro primo ad Vitellium

SI nemo subiit hereditatem, omnis vis testamenti solvitur.

Ratio est, qvia testamenta vim ex institutione hæredis accipiunt, *§. 34 J. de legat.* Vid. *t. J. de testam. ordin. n. 1.* Itaqve si nemo hereditatem adierit, nihil valet ex his, qvæ testamento scripta sunt. Si verò unus ex pluribus adierit, tutelæ statim valent; nec exspectandum erit, ut omnes hereditatem adeant, *l. 9. π. de testam. tut.*

REGVLA CLXXXII.

De Rerum acqvisitione qvæ sunt extra commercium

PAV-

PAVLVS libro III. ad Vitellium.

QVod nullius esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.

Si talis sit res, cujus commercium non est, vel adipisci non potest, nec æstimatio ejus debetur: veluti si Campum Martium, vel templa, vel qvæ publico usui destinata sunt, legaverit; nam nullius momenti tale legatum est. *§. 4. J. de legat.*

REGVLA CLXXXIII.
De juris Solennitatibus attemperandis.

MARCELLVS. libro III. *digestorum.*

ETsi nihil facile mutandum est ex solemnibus, tamen ubi Æqvitas evidens poscit, subveniendum est.

Textus integer extat *l. 7. π. de restit. in integr.* D. Antoninus Marcio Avito Prætori de succurrendo ei, qvi absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit: *Etsi nihil facilè mutandum est ex solennibus: tamen ubi æqvitas evidens poscit, subveniendum est. Itaqve si citatus non respondit, & ob hoc more pronunciatum est: confestim autem pro tribunali te sedente adiit: existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita*

voce præconis defuisse: ideoqve restitui potest. Conf. supra *l. 85. §. 2. h. t.*

REGVLA CLXXXIV.
De Metu vano.

CELSVS libro VII. digestorum.

VAni timoris justa excusatio non est.

Speciem in locatione conductione suppeditat Alphenus *l. 27. §. 1. Locati.* Interrogatus, siqvis timoris causa emigrasset, deberet mercedem necne? respondit: si causa fuisset, cur periculum timeret, qvamvis periculum verè non fuisset, tamen non debere mercedem: sed si causa timoris justa non fuisset, nihilominus debere. *Conf. l. in hanc. 28. π. de damn. inf. & l. si qvis ab alio. 13. π. de re judic.* supra *Instit. lib. 4. t. 13. n. 3.*

REGVLA CLXXXV.
De conditione impossibili.

CELSVS libro VIII. Digestorum.

IMpossibilium nulla obligatio est.

Vid *l. 182. h. t. & l. 31. eod. L. 6. pr. π. de contrah. emt.*

REG.

REGVLA CLXXXVI.

De tempore Solutionis,

CELSVS libro XII. Digeſtorum.

NIhil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolvi poſſit. Et cum ſolvendi tempus obligationi additur, niſi eo præterito peti non poteſt.

De priori membro Vid. ſupra §. *fin. J. de inutil. ſtip. & l. 14. h. t.* De poſteriori Vid. §. *ſi qvis agens. 33. J. de action.*

REGVLA CLXXXVII.

De clauſula: ſine liberis.

CELSVS libro XVI. *Digeſtorum.*

SI qvis prægnantem uxorem reliqverit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

Idem Julianus, & latius: Is cui ita legatum eſt: *Qvandocunqve liberos habuerit.* ſi prægnante uxore relictâ deceſſerit: intelligitur expleta conditione deceſſiſſe, & legatum valere. Si tamen poſthumus natus vivus fuerit. *l. 18. π. qvando dies leg.*

REGVLA CLXXXVIII.

De contradictoriis in testamento.

CELSVS libro XVII. *Digestorum.*

VBi pugnantia inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est.

Testator ita jusit: *Si Titius heres erit, Sejus heres esto. Si Sejus heres erit, Titius heres esto.* Julianus inutilem esse institutionem scribit, cum conditio exsistere non posit. *l. 16. π. de condit. instit.* Conf. *l. 13. §. 3. π. de reb. dub. & L. fi. π. de vulg. substit.* itemqve *l. scripturæ. 14. C. de fide instrum.*

§. 1.

De imposibilibus.

Qvæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt.

Papinianus hæc ita explicat: obligationes qvæ non propriis viribus consistunt, neqve officio judicis, neqve à Prætoris imperio: neqve legis potestate confirmantur. *l. 27. de O. & A.* Legis scilicet publicæ: *Conf. l. 182. h. t. §. 4. J. de adopt.* imprimis *l. 104. §. 1. de legat. 1.*

REG.

REGVLA CLXXXIX.

De pupilli obligatione.

CELSVS libro XIII. *Digestorum.*

PVpillus nec velle nec nolle in ea ætate, nisi appositâ tutoris autoritate, creditur. Nam qvod animi judicio fit, in eo tutoris autoritas necessaria est.

Vid. *l 3. & 5. supra h. t. & §. 1. J. de aut. tut.*

REGVLA CXC.

De evictione.

CELSVS libro XXIV. Digestorum.

QVod evincitur, in bonis non est.

Titius servum pignori datum Sempronio, noxæ dat Cajo, qvem Sempronius mox evincit, & Cajus noxalem actionem denuo instituit. Qværitur an admittendus? Etsi verò servus noxæ datus & usus Prætoris ductus, in bonis fit ejus, qvi duxit, *l. 26. ff. π. de nox. act.* Is tamen qvi evincitur, in bonis esse dici neqvit. *Conf. §. 2. J. de vi bonor. rapt.* Pariter qvi re evictioni subjecta, cautionem vult præstare, admitten-

dus

dus non est, qvia qvod evincitur, in bonis non est.

REGVLA CXCI.

De Privilegiorum & dispensationum interpretatione.

CELSVS libro XXXIII. Digestorum.

NEratius consultus, an qvod beneficium dare se qvasi viventi Cæsar rescripserit, jam defuncto dedisse existimaretur? Respondit: Non videri sibi Principem, qvod ei qvem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse. Qvem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius æstimationem esse.

Titius cum Lucia nuptias contraxerant contra Legem Juliam Papiam de maritandis ordinibus: itaqve intestabiles erant. Titius petit ab Imperatore, ut testamentifactionem recuperet: sed anteqvam diploma impetrat, moritur, relicto testamento. Post mortem emanat diploma. Qvæsitum an hoc valeat vi beneficii? Negat. Neratius, NON enim VIDERI SIBI PRINCIPEM id, puta jus testabilitatis, QVOD EI QVEM VIVERE EXISTIMABAT, CONCESSISSET, DEFVNCTO etiam CONCESSISSE. Intentio enim Principis fuit, viventi dare hoc beneficium, non mortui testamentum confirmare. Cæteroqvin & voluntatis

tis esse qvæstionem, & ipsius Principis esse æstimationem & dijudicationem, qvem modum beneficii sui esse vellet, an etiamsi interim mortuus fuisset, uxor tamen & heres eo, veluti communi, gaudere habeat. Per preces itaqve *authenticam*, qvam vocant, interpretationem esse impetrandam.

Regvla CXCII.
De rebus individuis.

MARCELLVS libro XXIX. Digestorum.

EA qvæ in partes dividi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur.

Cajus *l. si is qvi. 80. §. 1. ad LFalid.* ait: Qvædam legata divisionem non recipiunt, ut ecce, legatum viæ, itineris, actusve, ad nullum enim ea res pro parte potest pertinere. Sed & si heres opus municipibus facere jussus est, individuum videtur legatum. Neqve enim ullum balineum aut theatrum, aut stadium fecisse intelligitur, qvi ei propriam formam, qvæ ex consummatione contingit, non dederit. Qvorum omnium legatorum nomine, etsi plures hæredes sint, singuli in solidum tenentur. non ut idem sæpius præstetur, sed ut ab uno solidum peti possit, salvo huic regressu contra cæteros.

§. 1.

De interpretatione benigniore.

In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus justius est, quàm tutius.

Integer textus, ex quo hæc regula excerpta, legitur *l. 3. π. de his quæ in testam. delentur.* ubi elegans species facti cum sententia Imperatoris prolixè recensetur. *Conf. l. 168. h. t.* & *l. 200. eo.*

REGVLA CXCIII.

De aditione hereditatis,

CELSVS libro XXXVIII. *Digestorum.*

OMnia ferè jura hæredum perinde habentur, ac si continuò sub tempus mortis exitii essent.

Vid. supra *l. 138. h. t.* ait, *Ferè.* excipitur enim possessio quæ non retrotrahitur, *l. 23. π. de acqu. poss.* itemque ususfructus *l. usus fr. 26. π. de stip. serv.*

REGVLA CXCIV.

De herede heredis.

MODESTINVS libro VI. Differentiarum.

QVi per successionem quamvis longissimam defuncto heredes constiterunt, non minus heredes

des intelliguntur, qvàm qvi principaliter heredes exiſtunt.

Titius heredem inſtituit Cajum, Cajo defuncto heres eſt Sempronius, qvi Titii hereditatem repudiare & Caji hereditatem vult adire. Qværitur an poſſit? negat Paulus *l. 7. §. fi. de acq. hæred.* ait: *In omni ſucceſſione, qvi ei hæres extitit, qvi Titio hæres fuit: Titio qvoqve hæres videtur eſſe, nec poteſt Titii omittere hereditatem.* Ad hunc effectum juris tendit & hæc Modeſtini regula. Qvi vicisſim ab eunda hereditate Titii hæredem hæredis non excludit, etſi falſum Titii teſtamentum dixiſſet. *L. 7. De his qvib. ut indign.* ait: *Qvi Titii teſtamentum falſum dixit, nec obtinuit*, hæres Titii ex illo teſtamento eſſe non poteſt: Tamen *hæredi ejus hæres exiſtere*, & ſic Titio mediatè ſuccedere *prohibendus non eſt: qvia non principaliter in Titii hæreditatem ſuccedit.*

REGVLA CXCV.

De Expreſſo & Tacito.

MODESTINVS libro ſeptimo differentiarum.

EXpreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

Integer textus extat *l. nonnunqvam 51. De condit. & dem.* ait Modestinus: NONNVNQVAM *contingit, ut qvædam nominatim expressa officiant*, ut & supra l. 77. h t. cum alias regulariter non expressa nil noceant, *qvamvis omissa tacitè intelligi potuissent, nec essent obfutura.* ut eadem d. l. 77. h. *Qvod evenit, si alicui ita legetur:* TITIO DECEM DO LEGO, SI MÆVIVS CAPITOLIVM ADSCENDERIT. ubi implicitè continetur conditio: si Mævius voluerit, qvæ tamen expressa nocet, qvia ultima voluntas in alienam voluntatem poni non potest. non expressa ut ibi: non nocet. *Nam qvamvis in arbitrio Mævii sit, An Capitolium abscendat & velit efficere, ut Titio legatum debeatur: non tamen poterit aliis verbis utiliter legari*, qvibus scilicet expressè in voluntate Mævii poneretur, veluti: SI MÆVIVS VOLVERIT, TITIO DECEM DO. *Nam in alienam voluntatem conferri legatum non potest* expressè & simpliciter. *Inde dictum est*, inqvit Modestinus, EXPRESSA NOCENT nonnunqvam, NON EXPRESSA NON NOCENT. Conf. *l. sita legatum. 65. §. 1. de leg. 1.* & Exerc. *ad π. 39, 28. sq.*

REG.

Regvla CXCVI.

De privilegiorum transmissione.

MODESTINVS libro VIII. Regularum.

PRivilegia qvædam causæ sunt, qvædam personæ: & ideo qvædam ad hæredem transmittuntur, qvæ causæ sunt; qvæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt.

Vid. *l. 68. h. t.* itemqve *l. 3. §. 1. π. de censib.*

Regvla CXCVII.

De Honesti obligatione.

MODESTINVS libro singulari de ritu nuptiarum.

SEmper in conjunctionibus non solum qvid liceat, considerandum est, sed & qvid honestum sit.

Vid. *l. 144. pr. h. t.* & speciem *§. 9. J. de nupt.* itemqve *c. 1. & 3. X. de secund. nupt.*

REGVLA CXCVIII.
De Tutoris dolo.

IAVOLENVS libro XIII. ex Cassio.

NEq; in interdicto, neq; in cæteris causis, pupillo nocere oportet dolum tutoris: sive solvendo est, sive non.

Factum enim cuiqve suum, non alteri nocere debet, *l. 155. pr. l. 173. §. 2. h. t.* Vid. *Inst. l. 4. t. 12. n. 5.* Qvod Papinianus *l. 3. Quando ex facto tutoris*, explicat & definit: dolus tutorum puero neqve nocere neqve prodesse debet. Qvod autem vulgo dicitur: *Tutoris dolum pupillo non nocere:* tunc verum est, cum ex illius fraude locupletior pupillus factus non est. & mox: Si modo qvod tutoris dolo defiit, pupilli rationibus illatum probetur.

REGVLA CXCIX.
De contumacia.

IAVOLENVS libro VI. Epistolarum.

NOn potest dolo carere, qvi imperio Magistratus non paruit.

Veluti qvi tribus edictis propositis vel uno pro tribus, qvod vulgo peremtorium vocatur,

catur, præſentiam ſui facere contemnit, *l. 53. π. de re jud.* vel qvi executoribus ſeſe opponit, *Vid. t. π. Ne vis fiat ei qvi in poſſ.* Vicisſim qvi imperio Magiſtratus paret, dolo non facit, *l. 167. §. 1. h. t.*

Regvla CC.

De interpretatione benigniori ſeu minus iniqva.

Javolenvs libro VII. Epiſtolarum.

Qvoties nihil ſine captione inveſtigari poteſt, eligendum eſt, qvod minimum habeat iniqvitatis.

Speciem ipſe Javolenus exhibet *l. 4. de diverſ. & tem. præſcr.* Si ſervus hereditarius nondum aditâ hereditate aliqvid ſtipuletur hereditati, & fidejuſſores eam in rem ſatisdantes acceperit in triennium. Qværitur unde dies ſatisdationis computandus? Si à die ſtipulationis, captio ſeu damnum actoris ſeu heredis eſſe poterit, ſi tempus cedat anteqvam is adeat & agere poſſit. Sin à die aditæ hæreditatis, erit damnum fidejuſſoris, ſi fortè poſt triennium demum adita ſit hereditas, qvippe qvi in tantum tempus non promiſit. Atqve poſterius Caſſius exiſtimavit, qvem refert Venulejus *l. 25. de ſtip. ſervor.* Sed Javolenus prius eligit: *Continuò*, inqvit,

h. e.

h. e. à die ſtipulationis *dies ſatisdationis cedere incipiet. Intueri enim debemus, an experiundi poteſtas fuerit adverſus eum, qvi obligatus eſt, non an is agere poſſit, qvi rem in obligationem deduxit.* h. e. rationem decidendi facit obligatio rei & jus agendi ex ea, non conditio obligantis & an ipſe jus hoc exercere ſtatim potuerit. Et qvanqvam hoc damni exinde oriri poſſit, ut triennium ſatisdationis præterlabatur & fidejuſſorum obligatio extingvatur, ante aditionem; tamen momentum decidendi inde non pendet, & plerumqve ex culpa propria heres non adit. *Alioqvin erit iniqviſſimum, ex conditione actorum*, hæredum, ſi fortè captivitate adire impediantur, *obligationes reorum extendi* ultra tempus à die ſtipulationis computandum, *per qvos* tamen *nihil factum erit, qvo minus cum his agi poſſit.* Scilicet & hîc favor rei prævalet. Atqve adeo QVOTIESCunqve NIHIL ad decidendam qvæſtionem SINE CAPTIONE damno & præjudicio aliqvo utriusqve partis INVESTIGARI exqviri in jure POTEST, ex utroqve ELIGENDVM & ex eo res decidenda EST, QVOD MINIMVM HABET INIQVITATIS. Conf. *l. 192. §. 1. h. t.*

REG.

Regvla CCI.

De eo qvod ab initio vitiosum.

JAVOLENVS libro X. Epistolarum.

Omnia qvæ ex testamento proficiscuntur, ita statum eventus capiunt, si initium qvoqve sine vitio ceperint.

Vid. *l. 29. h. t. §. 10. & 32. ff. de legat.*

Regvla CCII.

De natura Regularum juris.

JAVOLENVS libro XI. Regularum.

Omnis definitio in Jure civili periculosa est: Parum est enim, ut non subverti possit.

Græci: Πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρός ἐστιν. Ἐυχερῶς γὰρ ἀνατρέπονται. *i. e. Omnis legalis regula fragilis est. facilè enim subvertuntur.* Definitio scilicet non significat hîc naturæ cujusqve rei explicationem per genus & differentiam specificam, qvæ qvippe etiam in jure civili satis certa est: Sed regulam ex jure collectam, de qvarum natura ab initio hujus tituli dictum. Qvò etiam pertinent qvæ vulgo vocantur Brocardica, sive Burchardica, à Burchardo qvippe col-

collectore Scholastico. Qvintiliani ævo *Catholica* vocata, qvi de iis ita judicat: *Moris mihi semper fuit, qvàm minimùm me alligare ad præcepta, qvæ Catholica vocant, i. e. Vniversalia & perpetua. Rarò enim reperitur hoc genus, ut non labefactari parte aliqvâ aut subrui possit.* Enimverò hæ Juris Civilis regulæ non sunt æternæ veritatis, ut præcepta Juris naturæ, §. *fi. J. de J. N. G.C.* Sunt tamen certitudinis moralis, qvamdiu intra terminos & limites subjectæ materiæ continentur, qva de re actum *Cap. 3. Manuduct. §. 5. sqq.* extra qvos multæ instantiæ dari possunt, iisqve subverti *universalitas* regulæ, non *veritas* regulæ limitatæ: Sed qvoniam limitationes & exceptiones ab ipsa regula indefinitè posita non exprimuntur, hinc *applicatio* ejus utiqve *periculosa* est & prudentiam ex ratione juris instructam postulat. Id qvod ut in limine hujus tituli, ita ad finem qvoqve ejus optimâ ratione denuo inculcatur.

2, 13.

REGVLA CCIII.

De damno.

POMPONIVS libro VIII. ad Q. Mutium.

QVod qvis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur sentire.

Spe-

Speciem idem Pomponius suppeditat *l. fin. Commodati.* Si commodavero tibi eqvum, qvo utereris usqve ad certum locum, si nulla culpa tua interveniente, in ipso itinere deterior eqvus factus sit, non teneris commodati. Nam ego in culpa ero, qvi in tam longum iter commodavi, qvi eum laborem sustinere non potuit. Conf. *§. 2. fi. J. de LFal. can. 86. de reg. jur. in 6.*

Regvla CCIV.

De jure reali.

POMPONIVS libro XXVIII. ad Q. Mutium.

Minus est, actionem habere, qvàm rem.

Ratio facilè patet, qvia plus cautionis & securitatis est in detentione rei, qvàm in actione instituenda, Vid. *l. 25. h. t.*

Regvla CCV.

De vi dominii in re avocabili.

POMPONIVS libro XXXIX. *ad Q. Mutium.*

Plerumqve fit, ut etiam ea, qvæ nobis abire possunt, proinde in eo statu sint, atqve si non essent

ejus conditionis, ut abire possent. Et ideò quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitutem (in) prædio imponere possumus.

Titius fisco obligavit fundum suum, eumqve ab alio occupatum interim vindicavit, servitutem imposuit, & deniqve planè alienavit. Qværitur an jure? Ait Pomponius. Ratio dubitandi est in *l. 139. §. 1. h. t.* non perfectè videtur penes aliqvem esse, qvod ex causa auferri potest. Sed dominium licet non absolutum, sed revocabile, vim & effectum dominii tamen exserit, ut non ideo minus rectè qvid nostrum esse vindicarimus, qvod abire à nobis dominium speratur, ait Paulus *l. non ideo. 66. de R. V.* Itaqve porrò & servitutem imponere & planè alienare possumus, sed cum sua causa, ait, Pomponius *l. alienatio. 67. de contrab. emt.* h. e. salvo jure tertii, fisci vel alterius cujusvis creditoris jus reale habentis.

REGVLA CCVI.

De lucro injusto.

POMPONIVS libro IX. ex Variis Lectionibus.

JVre naturæ æqvum est, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem.

Eadem

Eadem ab eodem alibi repetita, *l. 14. de condict. indeb.* & fundatur in primo illo principio: Neminem lædere: & ſuum cuiqve tribuere. Exceptionem tamen habet cum eodem Pomponio Paulus *l. 40. Mandati.* ſi pro te præſente & vetante fidejuſſerim, & utilem mihi denegari contra te actionem. Rationem exceptionis ſuggerit *l 203. h. t.*

REGVLA CCVII.

De autoritate rei judicatæ.

VLPIANVS libro I. ad L. Juliam & Papiam.

RES judicata pro veritate accipitur.

Plenior extat *l. ingenuum. 25. π. de ſtat. hom.* ait: Ingenuum debemus accipere etiam eum, de qvo ſententia lata eſt, qvamvis fuerit libertinus. qvia RES JVDICATA PRO VERITATE ACCIPITVR. Res judicata autem eſt ſententia, cui acqvievit adverſarius, nulla appellatione vel alio juris remedio interpoſito: itaqve ex conſenſu ſaltem tacito res judicata ſuſtinetur, ut litium freqventia & reſtauratio denegetur.

§. 1.

De interpretatione benigniore.

In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus justius est, quàm tutius.

Integer textus, ex quo hæc regula excerpta, legitur *l. 3. π. de his quæ in testam. delentur.* ubi elegans species facti cum sententia Imperatoris prolixè recensetur. *Conf. l. 168. h. t. & l. 200. eo.*

REGVLA CXCIII.

De aditione hereditatis,

CELSVS libro XXXVIII. *Digestorum.*

OMnia ferè jura hæredum perinde habentur, ac si continuò sub tempus mortis extitissent.

Vid. supra *l. 138. h. t.* ait, *Ferè.* excipitur enim possessio quæ non retrotrahitur, *l. 23. π. de acqu. poss.* itemque ususfructus *l. usufr. 26. π. de usu. serv.*

REGVLA CXCIV.

De herede heredis.

MODESTINVS libro VI. Differentiarum.

QVi per successionem quamvis longissimam defuncto heredes constiterunt, non minus heredes

des intelligumtur, qvàm qvi principaliter heredes exiſtunt.

Titius heredem inſtituit Cajum, Cajo defuncto heres eſt Sempronius, qvi Titii hereditatem repudiare & Caji hereditatem vult adire. Qværitur an poſſit? negat Paulus *l. 7. §. fi. de acq. hæred.* ait: *In omni ſucceſſione, qvi ei hæres extitit, qvi Titio hæres fuit: Titio qvoqve hæres videtur eſſe, nec poteſt Titii omittere hereditatem.* Ad hunc effectum juris tendit & hæc Modeſtini regula. Qvi vicisſim ab eunda hereditate Titii hæredem hæredis non excludit, etſi falſum Titii teſtamentum dixiſſet. *L. 7. De his qvib. ut indign.* ait: *Qvi Titii teſtamentum falſum dixit, nec obtinuit*, hæres Titii ex illo teſtamento eſſe non poteſt: Tamen *hæredi ejus hæres exiſtere*, & ſic Titio mediatè ſuccedere *prohibendus non eſt: qvia non principaliter in Titii hæreditatem ſuccedit.*

REGVLA CXCV.

De Expreſſo & Tacito.

MODESTINVS libro ſeptimo differentiarum.

EXpreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

Integer textus extat *l. nonnunqvam 51. De condit. & dem.* ait Modestinus: NONNVNQVAM *contingit, ut qvædam nominatim expressa officiant*, ut & supra l. 77. h t. cum alias regulariter non expressa nil noceant, *qvamvis omissa tacitè intelligi potuissent, nec essent obfutura.* ut eadem d. l. 77. h. *Qvod evenit, si alicui ita legetur:* TITIO DECEM DO LEGO, SI MÆVIVS CAPITOLIVM ADSCENDERIT. ubi implicitè continetur conditio: si Mævius voluerit, qvæ tamen expressa nocet, qvia ultima voluntas in alienam voluntatem poni non potest. non expressa ut ibi: non nocet. *Nam qvamvis in arbitrio Mævii sit, An Capitolium abscendat & velit efficere, ut Titio legatum debeatur: non tamen poterit aliis verbis utiliter legari*, qvibus scilicet expressè in voluntate Mævii poneretur, veluti: SI MÆVIVS VOLVERIT, TITIO DECEM DO. *Nam in alienam voluntatem conferri legatum non potest* expressè & simpliciter. *Inde dictum est*, inqvit Modestinus, EXPRESSA NOCENT nonnunqvam, NON EXPRESSA NON NOCENT. Conf. *l. sita legatum. 65. §. 1. de leg. 1.* & Exerc. *ad π. 39, 28. sq.*

REG.

Regvla CXCVI.

De privilegiorum transmisſione.

MODESTINVS libro VIII. Regularum.

PRivilegia qvædam cauſæ ſunt, qvædam perſonæ: & ideo qvædam ad hæredem transmittuntur, qvæ cauſæ ſunt; qvæ perſonæ ſunt, ad hæredem non transeunt.

Vid. *l. 68. h. t.* itemqve *l. 3. §. 1. π. de cenſib.*

Regvla CXCVII.

De Honeſti obligatione.

MODESTINVS libro ſingulari de ritu nuptiarum.

SEmper in conjunctionibus non ſolum qvid licet, conſiderandum eſt, ſed & qvid honeſtum ſit.

Vid. *l. 144. pr. h. t.* & ſpeciem *§. 9. J. de nupt.* itemqve *c. 1. & 3. X. de ſecund. nupt.*

REGVLA CXCVIII.
De Tutoris dolo.

IAVOLENVS libro XIII. ex Cassio.

NEq; in interdicto, neq; in cæteris causis, pupillo nocere oportet dolum tutoris: sive solvendo est, sive non.

Factum enim cuiqve suum, non alteri nocere debet, *l. 155. pr. l. 173. §. 2. h.t.* Vid. *Inst. l. 4. t. 12. n. 5.* Qvod Papinianus *l. 3. Quando ex facto tutoris.* explicat & definit: dolus tutorum puero neqve nocere neqve prodesse debet. Qvod autem vulgo dicitur: *Tutoris dolum pupillo non nocere:* tunc verum est, cum ex illius fraude locupletior pupillus factus non est. & mox: Si modo qvod tutoris dolo desiit, pupilli rationibus illatum probetur.

REGVLA CXCIX.
De contumacia.

IAVOLENVS libro VI. Epistolarum.

NOn potest dolo carere, qvi imperio Magistratus non paruit.

Veluti qvi tribus edictis propositis vel uno pro tribus, qvod vulgo peremtorium vocatur,

catur, præsentiam sui facere contemnit, *l. 53. π. de re jud.* vel qvi executoribus sese opponit, *Vid. t. π. Ne vis fiat ei qvi in poss.* Vicissim qvi imperio Magistratus paret, dolo non facit, *l. 167. §. 1. h. t.*

REGVLA CC.

De interpretatione benigniori seu minus iniqva.

JAVOLENVS libro VII. Epistolarum.

QVoties nihil sine captione investigari potest, eligendum est, qvod minimum habeat iniqvitatis.

Speciem ipse Javolenus exhibet *l. 4. de diverſ. & tem. præscr.* Si servus hereditarius nondum aditâ hereditate aliqvid stipuletur hereditati, & fidejussores eam in rem satisdantes acceperit in triennium. Qværitur unde dies satisdationis computandus? Si à die stipulationis, captio seu damnum actoris seu heredis esse poterit, si tempus cedat anteqvam is adeat & agere possit. Sin à die aditæ hæreditatis, erit damnum fidejussoris, si fortè post triennium demum adita sit hereditas, qvippe qvi in tantum tempus non promisit. Atqve posterius Cassius existimavit, qvem refert Venulejus *l. 25. de stip. servor.* Sed Javolenus prius eligit: *Continuò*, inqvit,

h. e.

h. e. à die ſtipulationis *dies ſatisdationis cedere incipiet. Intueri enim debemus, an experiundi poteſtas fuerit adverſus eum, qvi obligatus eſt, non an is agere poſſit, qvi rem in obligationem deduxit.* h. e. rationem decidendi facit obligatio rei & jus agendi ex ea, non conditio obligantis & an ipſe jus hoc exercere ſtatim potuerit. Et qvanqvam hoc damni exinde oriri poſſit, ut triennium ſatisdationis præterlabatur & fidejuſſorum obligatio extingvatur, ante aditionem; tamen momentum decidendi inde non pendet, & plerumqve ex culpa propria heres non adit. *Alioqvin erit iniqviſſimum, ex conditione actorum*, hæredum, ſi fortè captivitate adire impediantur, *obligationes reorum extendi* ultra tempus à die ſtipulationis computandum, *per qvos* tamen *nihil factum erit, qvo minus cum his agi poſſit.* Scilicet & hîc favor rei prævalet. Atqve adeo QVOTIESCunqve NIHIL ad decidendam qvæſtionem SINE CAPTIONE damno & præjudicio aliqvo utriusqve partis INVESTIGARI exqviri in jure POTEST, ex utroqve ELIGENDVM & ex eo res decidenda EST, QVOD MINIMVM HABET INIQVITATIS. Conf. *l.* 192. §. 1. *h. t.*

REG.

Regvla CCI.

De eo qvod ab initio vitiosum.

JAVOLENVS libro X. Epistolarum.

OMnia qvæ ex testamento proficiscuntur, ita statum eventus capiunt, si initium qvoqve sine vitio ceperint.

Vid. *l. 29. h. t. §. 10. & 32. f. de legat.*

Regvla CCII.

De natura Regularum juris.

JAVOLENVS libro XI. Regularum.

OMnis definitio in Jure civili periculosa est: Parum est enim, ut non subverti possit.

Græci: Πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρός ἐστιν. Ἐυχερῶς γάρ ἀνατρέπονται. *i. e. Omnis legalis regula fragilis est. facilè enim subvertuntur.* Definitio scilicet non significat hîc naturæ cujusqve rei explicationem per genus & differentiam specificam, qvæ qvippe etiam in jure civili satis certa est: Sed regulam ex jure collectam, de qvarum natura ab initio hujus tituli dictum. Qvò etiam pertinent qvæ vulgo vocantur Brocardica, sive Burchardica, à Burchardo qvippe col-

collectore Scholastico. Qvintiliani ævo *Catholica* vocata, qvi de iis ita judicat: *Moris mihi semper fuit, qvàm minimùm me alligare ad præcepta, qvæ Catholica vocant, i. e. Vniversalia & perpetua. Rarò enim reperitur hoc genus, ut non labefactari parte aliqvâ aut subrui possit.* Enimverò hæ Juris Civilis regulæ non sunt æternæ veritatis, ut præcepta Juris naturæ, *§. fi. J. de J. N. G.C.* Sunt tamen certitudinis moralis, qvamdiu intra terminos & limites subjectæ materiæ continentur, qva de re actum *Cap. 3. Manuduct. §. 5. sqq.* extra qvos multæ instantiæ dari possunt, iisqve subverti *universalitas* regulæ, non *veritas* regulæ limitatæ: Sed qvoniam limitationes & exceptiones ab ipsa regula indefinitè posita non exprimuntur, hinc *applicatio* ejus utiqve *periculosa* est & prudentiam ex ratione juris instructam postulat. Id qvod ut in limine hujus tituli, ita ad finem qvoqve ejus optimâ ratione denuo inculcatur.

2, 13.

REGVLA CCIII.

De damno.

POMPONIVS libro VIII. ad Q. Mutium.

QVod qvis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur sentire.

Spe-

Speciem idém Pomponius ſuppeditat *l. fin. Commodati.* Si commodavero tibi eqvum, qvo utereris usqve ad certum locum, ſi nulla culpa tua interveniente, in ipſo itinere deterior eqvus factus ſit, non teneris commodati. Nam ego in culpa ero, qvi in tam longum iter commodavi, qvi eum laborem ſuſtinere non potuit. Conf. *§. 2. ſi. J. de LFal. can. 86. de reg. jur. in 6.*

REGVLA CCIV.

De jure reali.

POMPONIVS libro XXVIII. ad Q. Mutium.

MInus eſt, actionem habere, qvàm rem.

Ratio facilè patet, qvia plus cautionis & ſecuritatis eſt in detentione rei, qvàm in actione inſtituenda, Vid. *l. 25. h. t.*

REGVLA CCV.

De vi dominii in re avocabili.

POMPONIVS libro XXXIX. *ad Q. Mutium.*

PLerumqve fit, ut etiam ea, qvæ nobis abire poſſunt, proinde in eo ſtatu ſint, atqve ſi non eſſent

ejus conditionis, ut abire possent. Et ideò qvod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitutem (in)prædio imponere possumus.

Titius fisco obligavit fundum suum, eumqve ab alio occupatum interim vindicavit, servitutem imposuit, & deniqve planè alienavit. Qværitur an jure? Ait Pomponius. Ratio dubitandi est in *l. 139. §. 1. h. t.* non perfectè videtur penes aliqvem esse, qvod ex causa auferri potest. Sed dominium licet non absolutum, sed revocabile, vim & effectum dominii tamen exserit, ut non ideo minus rectè qvid nostrum esse vindicarimus, qvod abire à nobis dominium speratur, ait Paulus *l. non ideo. 66. de R. V.* Itaqve porrò & servitutem imponere & planè alienare possumus, sed cum sua causa, ait, Pomponius *l. alienatio. 67. de contrah. emt.* h. e. salvo jure tertii, fisci vel alterius cujusvis creditoris jus reale habentis.

REGVLA CCVI.

De lucro injusto.

POMPONIVS libro IX. ex Variis Lectionibus.

JVre naturæ æqvum est, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem.

Eadem

Eadem ab eodem alibi repetita, *l. 14. de condict. indeb.* & fundatur in primo illo principio: Neminem lædere: & ſuum cuiqve tribuere. Exceptionem tamen habet cum eodem Pomponio Paulus *l. 40. Mandati.* ſi pro te præſente & vetante fidejuſſerim, & utilem mihi denegari contra te actionem. Rationem exceptionis ſuggerit *l 203. h. t.*

REGVLA CCVII.

De autoritate rei judicatæ.

VLPIANVS libro I. ad L. Juliam & Papiam.

REs judicata pro veritate accipitur.

Plenior extat *l. ingenuum. 25. π. de ſtat. hom.* ait: Ingenuum debemus accipere etiam eum, de qvo ſententia lata eſt, qvamvis fuerit libertinus. qvia RES JVDICATA PRO VERITATE ACCIPITVR. Res judicata autem eſt ſententia, cui acqvievit adverſarius, nulla appellatione vel alio juris remedio interpoſito: itaqve ex conſenſu ſaltem tacito res judicata ſuſtinetur, ut litium freqventia & reſtauratio denegetur.

REGVLA CCVIII.
De amissione rei.

PAVLVS libro III. ad L. Jul. & Papiam.

NOn potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit.

Ita nulla fœmina aut suos habet heredes, aut desinere habere potest, propter capitis diminutionem, ait Cajus ad eand. L. Jul. & Papiam. *l. 13. de suis & legit.*

REGVLA CCIX.
De Servis.

VLPIANVS libro IV. ad L. Jul. & Papiam.

SErvitutem mortalitati ferè comparamus.

Qui in servitutem apud hostes redactus est, ferè mortuo comparatur; nec tamen perœqvè, nam si redit, pro eo est, ac si semper fuisset liber. Sed pœnæ servitus morti adsimilatur. *l. intercidit. 38. π. de condit. & dem.* Conf. *l. 32. h. t.*

REG.

Regvla CCX

De eo qvod ab initio vitiosum.

LICINIVS RVFINVS libro II. Regularum.

Qvæ ab initio inutilis fuit institutio, ex postfacto convalescere non potest.

Vid. *l. 29. & l. 201. h. t.*

Regvla CCXI.

De servis.

PAVLVS libro LXIX. ad Edictum.

Servus Reipublicæ causa abesse non potest. Ratio est in *l. 175. pr. h. t.*

SVPPLEMENTVM
REGVLARVM
JVRIS
ex
INSTITVTIONIBVS
JVSTINIANI
collectum.

I.

JVris præcepta ſunt hæc: HONESTE VIVERE. ALTERVM NON LÆDERE: SVVM CVIQVE TRIBVERE. *§.3. de J. & J.*

II. Jus gentium omni humano generi commune eſt, *§.2. de J. N. G. & C.*

III. Diuturni mores conſenſu utentium comprobati legem imitantur. *§.9. eod.*

IV. Naturalia jura, ſemper firma atqve immutabilia permanent: Ea verò qvæ ipſa ſibi qvoqve civitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent. *§.pen. eo.*

V. Non debet calamitas matris ei nocere, qvi in utero eſt. *pr. de ingen.*

VI. Ju-

VI. Jure naturali omnes homines liberi naſcuntur. *pr. de libertin.*

VII. In fraudem creditorum manumittere videtur, qvi jam vel eo tempore qvo manumittit, ſolvendo non eſt, vel qvi datis libertatibus, deſiturus eſt, ſolvendo eſſe. *§. 3. qvib. ex cauſ.*

VIII. Duas uxores habere non potes. *§. 7. de nupt.*

IX. Adoptio naturam imitatur. *§. 4. de adopt.*

X. Perſonæ non cauſæ vel rei tutor datur. *§. 4. Qvi teſtam. tut.*

XI. Datus tutor ad univerſum patrimonium datus creditur. *§. 17. de excuſ. tut.*

XII. Qvod divini juris eſt, id nullius in bonis eſt. *§. 7. de rer. diviſ.*

XIII. Qvod ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. *§. 12. eo.*

XIV. In iis animalibus, qvæ ex conſvetudine abire & redire ſolent, talis regula comprobata eſt: ut eo usqve tua eſſe intelligantur, donec animum revertendi habeant. *§. 15. eo.*

XV. Omne qvod ſolo inædificatur, ſolo cedit. *§. 29. de rer. div.*

XVI. Nihil tam conveniens eſt naturali æqvitati, qvàm voluntatem domini, volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. *§. 40. eo.*

XVII. Nemo servitutem, potest acqvirere urbani vel ruptici prædii nec qvisqvam debere, nisi qvi habet prædium. *§. 3. de serv. R. & V. P.*

XVIII. Furtum sine affectu furandi non committitur. *§. item si is. De usucap. & §. 7. & §. 18. De oblig. ex del.*

XIX. Nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi. *§. 8. De testam. ord.*

XX. Neqve testamentum ritè factum, neqve ullum aliud negotium rectè gestum, postea furor interveniens perimit. *§. 1. Qvib. non est permiss. fac.*

XXI Impossibilis conditio in institutionibus & legatis, nec non in fidecommissis & libertatibus, pro non scripta habetur. *§. 10. De hered. instit.*

XXII. Ignorantia testantis inutilem institutionem non facit. *§. ult. eod.*

XXIII. Pupillare testamentum pars & sequela est paterni testamenti. *§. 5. De Pupill. substit.*

XXIV. Licet legibus soluti sint Principes, attamen legibus vivunt. *§. fi. Qvib. mod. testam. inf.*

XXV. Semper necessitas probandi incumbit illi, qvi agit. *§. 4. De legat.*

XXVI. Traditum est, duas lucrativas causas in eundem hominem & in eandem rem concurrere non posse. *§. 6. De legat.*

XXVII.

XXVII. Ea qvoqve res qvæ in rerum natura non eſt, ſi modo futura eſt, recte legatur. *§. 7. eo.*

XXVIII. Qvod proprium eſt ipſius, amplius ejus fieri non poteſt. *§. 10. eo.* & *§. 14. de act.*

XXIX. Plus valet qvod in veritate eſt, qvàm qvod in opinione. *§. 11. eo.*

XXX. Inutile eſt legatum, ſi nihil plus eſt in legato, qvàm in debito. *§. 14. eo.*

XXXI. Nomina ſignificandorum homium gratia reperta ſunt: qvi ſi alio qvolibet modo intelligantur, nihil intereſt. *§. 29. eo.*

XXXII. Huic proxima eſt illa juris regula: Falſa demonſtratione legatum non perimi. *§. 30. eo.*

XXXIII. Qvod inutile foret legatum, ſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſſiſſet teſtator: non debet hoc ideò valere, qvia diutius teſtator vixerit. *§. 32. eod.*

XXXIV. Teſtamenta vim ex inſtitutione heredis accipiunt: & ob id veluti caput atqve fundamentum intelligitur totius teſtamenti heredis inſtitutio. *§. 34. eo.*

XXXV. Inutile eſt teſtamentum, in qvo nemo heres inſtituitur. *§. 2. de fideic. her.*

XXXVI. Naturalia jura civilis ratio perimere non poteſt. *§. 11. de her. ab inteſt.*

XXXVII. Conſangvinitatis jus ſpecies eſt agnationis. *§. 4. de ſucceſſ. cogn.*

XXXVIII. Qvi negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet. *§. 3. Qvib. mod. re.*

XXXIX. Id qvod in diem stipulamur, statim qvidem debetur: sed peti, prius qvam dies venerit, non potest. *§. 2. de V. O.*

XL. Qvæ per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint. *§. 6. de V. O.*

XLI. Hæreditas in plerisqve personæ defuncti vicem sustinet. *pr. de stip. serv.*

XLII. Si qvis alii, qvàm ei cujus juri subjectus sit, Stipuletur, nihil agit. Planè Solutio, etiam in extraneam personam conferri potest. *§. 4. de inutil. stip.*

XLIII. Pupillus omne negotium rectè gerit: ita tamen, ut ubi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor, veluti si ipse obligetur. *§. 9. de inutil. stip.*

XLIV. Verborum obligatio inter absentes concepta, inutilis est. *§. 12. de inutil. stip.*

XLV. Fidejussores ita obligari non possunt, ut plus debeant, qvam debet is, pro qvo obligantur. *§. 5. de fidej.*

XLVI. Non solum in qvantitate, sed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. *§. 5. de fidej.*

XLVII. Nulla emtio sine pretio esse potest *pr. de emt. vend.*

XLVIII. Qvicqvid ſine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor ſecurus eſt. *§. Itaqve. 3. de emt. vend.*

XLIX. Commodum ejus eſſe debet, cujus periculum eſt. *§. ſed etſi. 3. de emt. vend.*

L. Qvi rem nondum emtori tradidit, adhuc ipſe dominus eſt. *§. 3. de emt. vend.*

LI. Locatio & conductio proxima eſt emtioni & venditioni, iisdemqve juris regulis conſiſtit. *pr. de locat. & cond.*

LII. Manet ſocietas eo usqve donec in eodem conſenſu perſeveraverint. *§. 4. de ſociet.*

LIII. Qvi ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit. *§. 5. eod.*

LIV. Nemo ex conſilio mandati obligatur. *§. 6. de mandat.*

LV. Is qvi exſeqvitur mandatum, non debet excedere fines mandati. *§. 8. de mand.*

LVI. Imperitia culpæ annumeratur. *§. 7. de L. Aqvil.*

LVII. Defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus, æqvum eſt. *§. 2. de injur.*

LVIII. Secundum gradum dignitatis, vitæqve honeſtatem, creſcit aus minuitur æſtimatio injuriæ. *§. 7. de injur.*

LIX. Qva ratione qvi tardius ſolvit, qvam ſolvere deberet, minus ſolvere intelligitur: eadem ratione, qvi præmaturè petit, plus petere videtur. *§. 33. de act.*

LX. Omnis noxalis actio caput seqvitur. *§. 5. de nox. act.*

LXI. Non potest animal injuriam feciſſe dici, qvod ſenſu caret. *pr. Si qvadrupes.*

LXII. Nemo defenſor in aliena re ſine ſatisdatione idoneus eſſe creditor. *§. 1. & 5. de ſatisd.*

LXIII. Eſt certisſima juris regula: Ex maleficiis pœnales actiones in heredem rei non competere. *§. 1. de perp. & temp.*

LXIV. Pacto convento obligationes non omnino diſſolvuntur. *§. 3. de except.*

LXV. Commodum posſidendi in eo eſt, qvod etiamſi ejus res non ſit, qvi posſidet: ſi modo actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet in ſuo loco poſſeſſio. *§. 4. de Interdict.*

LXVI. Illud obſervare debet Judex, ne aliter judicet, qvam qvod legibus, aut conſtitutionibus aut moribus proditum eſt. *pr. de O. J.*

TITV-

TITVLVS
LIBRI SEXTI DECRETALIVM

De
REGVLIS JVRIS.

BONIFACIVS Octavus.

Regula I

BEneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione canonica, obtineri.

Reg. II.

Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit.

Reg. III.

Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.

Reg. IV.

Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

Reg. V.

Peccatì venia non datur niſi correcto.

Reg. VI.

Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.

Reg.

Reg. VII.

Privilegium perſonale perſonam ſeqvitur, & extingvitur cum perſona.

Reg. IIX,

Semel malus, ſemper præſumitur eſſe malus.

Reg. IX.

Ratum qvis habere non poteſt, qvod ipſius nomine non eſt geſtum.

Reg. X.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari.

Reg. XI.

Cum ſunt partium Jura obſcura, reo favendum eſt potiùs, qvàm actori.

Reg. XII.

In Judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda.

Reg. XIII.

Ignorantia facti, non Juris excuſat.

Reg. XIV.

Cum qvis in Jus ſuccedit alterius, juſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

Reg. XV.

Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.

Reg. XVI.

Decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum.

Reg. XVII.

Indultum à Jure beneficium, non eſt alicui auferendum.

Reg. XIIX.

Non firmatur tractu temporis, qvod de Jure ab initio non ſubſiſtit.

Reg. XIX.

Non eſt ſine culpa, qvi rei, qvæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet,

Reg. XX.

Nullus pluribus uti defenſionibus prohibetur.

Reg. XXI

Qvod ſemel placuit, amplius diſplicere non non poteſt.

Reg. XXII.

Non debet aliqvis alterius odio prægravari.

Reg. XXIII.

Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliqvis puniendus.

Reg. XXIV.

Qvod qvis mandato facit Judicis, dolo facere non videtur: Cum habeat parere neceſſe.

Reg. XXV.

Mora ſua cuilibet eſt nociva.

Reg. XXVI.

Ea, qvæ fiunt à Judice, ſi ad ejus non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt.

Reg.

Reg. XXVII.

Scienti, & consentienti non fit injuria neqve dolus.

Reg. XXVIII.

Qvæ à Jure communi exorbitant, neqvaqvam ad consequentiam sunt trahenda.

Reg. XXIX

Qvod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

Reg. XXX.

In obscuris minimum est sequendum.

Reg. XXXI.

Eum, qvi certus est, certiorari ulterius non oportet.

Reg. XXXII.

Non licet actori, qvod reo licitum non existit.

Reg. XXXIII.

Mutare consilium qvis non potest, in alterius detrimentum.

Reg. XXXIV.

Generi per speciem derogatur.

Reg. XXXV.

Plus semper in se continet, qvod est minus.

Reg. XXXVI.

Pro possessore habetur, qvi dolo desiit possidere.

Reg.

Reg. XXXVII.

Vtile non debet per inutile vitiari.

Reg. XXXIIX.

Ex eo non debet qvis fructum conſeqvi qvod niſus extitit impugnare.

Reg. XXXIX.

Cùm qvid prohibetur, prohibentur omnia, qvæ ſeqvuntur ex illo.

Reg. XL.

Pluralis locutio, duorum numero eſt contenta.

Reg. XLI.

Imputari non debet ei, per qvem non ſtat, ſi non faciat, qvod per eum fuerat faciendum.

Reg. XLII.

Acceſſoriam naturam ſeqvi congruit principalis.

Reg. XLIII.

Qvi tacet, conſentire videtur.

Reg. XLIV.

Is, qvi tacet, non fatetur: Sed nec utiqve negare videtur.

Reg. XLV.

Inſpicimus in obſcuris, qvod eſt veriſimilius, vel qvod plerumqve fieri conſvevit.

Reg. XLVI.

Is qvi in Jus succedit alterius, eo Jure, qvo ille uti debebit.

Reg. XLVII.

Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur.

Reg. XLIIX.

Locupletari non debet aliqvis cum alterius injuria vel jactura.

Reg. XLIX.

In pœnis benignior est interpretatio facienda.

Reg. L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt neqve diem.

Reg. LI.

Semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum.

Reg. LII.

Non præstat impedimentum, qvod de Jure non fortitur effectum.

Reg. LIII.

Cui licet, qvod est plus, licet utiqve, qvod est minus.

Reg. LIV.

Qvi prior est tempore potior est Jure.

Reg.

Reg. LV.

Qvi ſentit onus, ſentire debet commodum, & è contra.

Reg. LVI.

In re communi potior eſt conditio prohibentis.

Reg. LVII.

Contra eum, qvi legem dicere potuit, apertius eſt interpretatio faeienda.

Reg. LVIII.

Non eſt obligatorium, contra bonos mores præſtitum juramentum.

Reg. LIX.

Dolo facit, qvi petit, qvod reſtituere oportet eundem.

Reg. LX.

Non eſt in mora, qvi poteſt exceptione legitima ſe tueri.

Reg. LXI.

Qvod ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorqvendum.

Reg. LXII.

Nullus ex conſilio, dum modo fraudulentum non fuit, obligatur.

Reg. LXIII.

Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adverſarii conſiteri.

Reg. LXIV.

Qvæ contra jus fiunt: debent utiqve pro infectis haberi.

Reg. LXV.

In pari delicto, vel causa, potior est conditio possidentis.

Reg. LXVI.

Cum non stat per eum, ad qvem pertinet, qvò minus conditio impleatur: haberi debet perinde ac si impleta fuisset.

Reg. LXVII.

Qvod alicui suo non licet nomine: nec alieno licebit.

Reg. LXIIX.

Potest qvis per alium, qvod potest facere per se ipsum.

Reg. LXIX.

In malis promissis fidem non expedit observari.

Reg. LXX.

In alternativis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri.

Reg. LXXI.

Qvi ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus.

Reg. LXXII.

Qvi facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum.

Reg. LXXIII.

Factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eveniat, à qvo non potuit inchoari.

Reg. LXXIV.

Qvod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet aliis in exemplum.

Reg. LXXV.

Frustrà sibi fidem qvis postulat ab eo servari, cum fidem à se præstitam Servare recusat.

Reg. LXXVI.

Dictum personæ, non debet in detrimentum ecclesiæ redundare.

Reg. LXXVII,

Rationi congruit, ut succedat in onere, qvi substituitur in honore.

Reg. LXXIIX.

In argumentum trahi neqveunt, qvæ propter necessitatem aliqvando sunt concessa.

Reg. LXXIX.

Nemo potest plus Juris transferre in alium, qvam sibi competere dignoscatur.

Reg. LXXX.

In toto partem non est dubium contineri

Reg. LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea, qvæ qvis non esset verisimiliter in specie concessurus.

Reg. LXXXII.

Qvi contra Jus mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.

Reg. LXXXIII.

Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur.

Reg. LXXXIV.

Cum qvid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

Reg. LXXXV.

Contractus ex conventione, legem accipere dignoscuntur.

Reg. LXXXVI.

Damnum qvod qvis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare.

Reg. LXXXVII.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

Reg. LXXXIIX.

Certum est, qvod is committit in legem, qvi legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

SERIES TITVLORVM
in
PANDECTARVM
LIBRIS

cum
INSTITVTIONVM
Harum
TITVLIS ET SVPPLE-MENTIS COLLATORVM.

Quæ instar manductionis cujusdam ad opus Digestorum esse poterit.

LIBER I.

Tit. I. De Justitia & Jure. *Instit. Lib. 1. T. 1.*

Tit. II. De origine juris, & omnium magistratuum, & successione Prudentium. *Inst. Lib. 1. 2, 10.*

Tit. III. De LL. SCtis & longa consvetudine. *Inst. Lib. 1. t. 2.*

Tit. IV. De Constitutionibus Principum. *J. l. 2.*
Tit. V. De Statu hominum. *J. l. 3. sqq.*
Tit. VI. De his qvi sui vel alieni Juris sunt. *J. l. 8.*
Tit. VII. De Adoptionibus, & Emancipationibus, & aliis modis qvibus potestas solvitur. *J. l. 11. sq.*
Tit. IIX. De divisione rerum & qvalitate. *J. 2. l.*
Tit. IX. De Senatoribus. *J. l. 2, 4. sq.*
Tit. X. De officio Consulis. *J. l. 2, 4.*
Tit. XI. De officio præfecti prætorio.
Tit. XII. De officio præfecti urbis. *J. l. 20, 4. & l. 23, 3. & l. 24. fi. & l. 26, 10. sq.*
Tit. XIII. De officio qvæstoris.
Tit. XIV. De officio prætorum. *J. l. 2, 7. & l. 20, 4. & l. 23. & l. 24 fi.*
Tit. XV. De officio præfecti vigilum. *J. 4. ult. n. fin.*
Tit. XVI. De officio proconsulis & legati. *J. l. 26, l.*
Tit. XVII. De officio præfecti Augustalis.
Tit. XIIX. De officio Præsidis. *J. l. 20, 4. & l. 23. & l. 24 fi.*
Tit. XIX. De officio Procuratoris Cæsaris vel rationalis. *J. l. 25, l.*
Tit. XX. De officio Juridici. *J. l. 20, 5.*
Tit. XXI. De officio ejus cui mandata est Jurisdictio. *J. 4. 17. n. 3.*
Tit. XXII. De officio adsessorum. *J. 4. 17. n. XXI.*

LI-

LIBET II.

Tit. I. De Jurisdictione. *J. 4. 17. n. 1. sqq. & 4. 6, 12.*

Tit. II. Qvod qvisqve Juris in alterum statuerit, ut ipse eodem Jure utatur. *J. 4. 4, 2. & 4. 5. postpr.*

Tit. III. Si qvis Jus dicenti non obtemperaverit.

Tit. IV. De in Jus vocando. *J. 4. 17. n. XXXI. & 4. 6, 12. & 4. 16, 3.*

Tit. V. Si qvis in Jus vocatus non ierit, sive qvis eum vocaverit qvem ex edicto non debuerit.

Tit. VI. In Jus vocati ut eant, aut satis vel cautum dent. *J. 4. 11.*

Tit. VII. Ne qvis eum qvi in Jus vocabitur, vi eximat. *J. 4. 6, 12.*

Tit. VIII. Qvi satisdare cogantur, vel jurato promittant, vel suæ promissioni committantur. *J. 4. 11.*

Tit. IX. Si ex noxali causa agatur, qvemadmodum caveatur. *J. 4. 8.*

Tit. X. De eo per qvem factum erit, qvo minus qvis in Judicio sistat. *J. 4. 6, 12.*

Tit. XI. Si qvis cautionibus in Judicio sistendi causa factis non obtemperaverit.

Tit. XII. De feriis & dilationibus & diversis temporibus. *J. 4. 17. n. XXXIII.*

Tit. XIII. De edendo. *J. 4. 17, n. XLVI.*

Tit. XIV. De pactis. *J. 3. 14. n. VI. & 4. 13. 3.*

Tit. XV. De transactionibus. *J. 4. 6. n. 2.*

Liber III.

Tit. I. De postulando. *J. 4. 10. n. 1.*
Tit. II. De his qvi notantur infamia. *J. 4. 1. n. VI. & 4. 16, 2.*
Tit. III. De procuratoribus & defensoribus. *J. 3. 27. & 4. 10. n. 2.*
Tit. IV. Qvod cujus cunqve universitatis nomine vel contra eam agatur. *J. 4. 10. n. IV.*
Tit. V. De negotiis gestis. *J. 3. 28, 1. & n. ult.*
Tit. VI. De Calumniatoribus. *J. 4. 16.*

Liber IV.

Tit. I. De in integrum restitutionibus. *J. 4. 13. n. 2. & 4. 17. n, 56.*
Tit. II. Qvod metus causa gestum erit. *J. 4. 13. n. 3. & 4. 6, 27.*
Tit. III. De dolo malo. *J. 4. 1. n. 2. 4. 13. n. 4.*
Tit. IV. De minoribus viginti qvinqve annis. *J. 4. 13, n. V.*
Tit. V. De capite minutis. *J. 1. 16.*
Tit. VI. De qvibus causis majores viginti qvinq; annis in integrum restituantur. *J. 4 13. n. VI.*
Tit. VII. De alienatione judicii mutandi causa facta. *J. 2. 8. fi.*
Tit. IIX. De receptis qvi arbitrium receperint, ut Sententiam dicant. *J. 4. 6. n. 3.*
Tit. IX. Nautæ, caupones, stabularii ut recepta restituant. *J. 3. 28. n. XI. & 4. 5, 3.*

Liber V.

Tit. I De Judiciis. ubi qvisqve agere vel convenire debeat. *J. 4. 17.*

Tit.

Tit. II. De inofficioſo Teſtamento. J. 2. 18.
Tit. III. De hæreditatis petitione. J. 2. 19. fi. & l. 3. poſt t. 13.
Tit. IV. Si pars hæreditatis petatur. J. ibid. & 2. 2, 2.
Tit. V. De poſſeſſoria hæreditatis petitione. J. l. 3. poſt t. 13. 1.
Tit VI. De fidei commiſſaria hæreditatis petitione. J. 2. 23, n. VIII. & 3. 13. n. 1.

Liber VI.

